IOANNIS MEVRSI
CRITICVS
ARNOBIANVS
Tributus in libros septem.

Item

HYPOCRITICVS
MINVTIANVS.

&

EXCERPTA MS.
Regii Parisiensis.

Editio altera, & melior.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officinâ Ludovici Elzevirii.
ANNO cIↃ. IↃ. IC.

Illuſtriſſ. & potentiſſ. Dominis,

D. ORDINIBVS GENERALIBVS

Provinciarum Federatarum Belgii, Muſarum Fautoribus.

Salutem & felicitatem in Domino.

LItterarum humaniorum V. I. A. Q. *magnus uſus, magnus fructus; utinam dignitas! Mitto, quod proprium illis & inſitum, emollire efferatos mores, humanitatemque hominum animis infundere: hoc autem quanti cenſendum, quod ſine earum cognitione parum utiliter in bonis utriuſque linguæ Auctoribus verſemur? Crebrò enim occurrunt cùm voces notionis ſelectæ, tùm priſci ritus in penitiſſimis venerandæ Antiquitatis penetralibus reconditi; quæ utraque non intellecta adimunt legenti omnem intellectum, & ſimul utilitatem exinde ſperatam. Nec utiles tantùm, aut iucundæ, verùm etiam (audeo dicere) maximè neceſſariæ: adeò ut, qui ſine harum adminiculo ad S. Theologiæ Iuriſprudentiæve culmen perventurum ſe ſperet, nihilò melius faciat quàm*

si det operā ut cum ratione insaniat. Hoc ipsum verum esse (ut alios multos veteres recentes taceam) scivit M. Tullius Cicero ille, ad summum in dominâ mundi urbe Fortunæ (ut veteres loquebantur) indulgitate dignitatum & honorū fastigium evectus, qui post fori labores Antonii Gniphonis, eâ tempestate celebris Grammatici, scholam adire minimè erubuit. Quò sanè mirum est existere quosdam infrunitos & proiectissimæ vesaniæ homines, qui elegantissima & utilissima hæc studia iuventuti nostræ de manibus omnibus machinis excutere conantur: quid? nonne nuperrimè etiam ego passus? & quidem ab iis, quorum erat iuvenātis huius ingenii igniculos fovere, quàm extinguere. Sed abeant isti, abeant, & cucurbitas pingant: ego, quò magis urantur, constanter pertendam, certus, quod Lacones olim fortiter, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. *Interim tamen nec Themidos deseram castra, quibus me consecravi; quin dabo operam, ut aliquando iuvante Deo Opt. Max. nō segniter in iis militasse iudicari possim. In præsens verò post Lycophronem, Theocritum, Macrobium, Parthenium, Catonem, etiam Arnobio medicinam feci (magno Scaligero iudice) utilem, sexcentis plus minus) Historicè loquor) vulneribus confecto. Atque hanc opellam meam*

vobis V.I.A.Q. *offerre visum. Cum enim annò Tertullianum innumeris itidem locis à viro rerum divinarum humanarumque peritissimo,* FRANCISCO IVNIO, *correctum hilari fronte exceperitis, Arnobium etiam, qui post eum inter sacros Scribtores doctissimus, benignè à vobis acceptum iri sperabam; quæ spes si non fallit, alacriore alia maiora, quæ molior, anima capessam. Valete* V.I.A.Q. *& feliciter diu gubernate, ad Dei Opt. Max. solius gloriam, subditorumq; utilitatem. Lugduni Batavorum anno Domini* CIↃ. IↃ. XCVIII. *natali meo* XIX.

D. N. M. Q. V.

IOANNES MEVRSIVS.

LECTOREM MEVM SALVERE IVBEO.

CRITICVM Arnobianum en tibi, mi Lector. hui! inquies fortè, ante Canterum? ante, & quidem eo Iubente, immò verò jubente: ne in messem me ejus falcem injectum ivisse malignè dictites. Quicquid autē in hoc Scribtore præstiti, id omne ab ingenio; nam libros veteres nullus habui: itaque cōdonabis, si humanitùs errasse offendes, memor istorum Cratetis, ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ῥοιᾷ, καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι. Etsi mendas omnes non sustuli, effeci certè, nec hoc quis lividulus negârit, ut minus multæ residuæ sint. Annotare initiò nihil erat decretū soli Auctoris valetudini curandæ intento, non potui tamen mihi tēperare, quin aliquotiens, loci potissimùm alterius emendandi occasione invitatus, excurrerem. In his omnibus testor nihil me alieni vēdicasse mihi, quod si posteà cognôro etiam aliis in mentē venisse quædam, paratus sum deincipe editione libenter transscribere: quin tu, si quid tale observâris, submone gratias acturum pro istâ gratissimâ operâ. Aliorum emendationes nō adduxi, contentus mea proposuisse simpliciter, & sine verborum phaleris. Neque errata item aliorum persequi consilium fuit, cum scirē quàm hoc odiosum nimis, licet non omninò otiosum, immò necessarium: siquidē nihil interest, à mēdis auctorem quempiam, an à pravis aliorum correctionibus vindices. Sicubi tamē effugere minimè potui, modestè id feci, ut decet studium hoc, hanc ætatem. Et sanè ita à naturâ comparatus sum, ut pessimè oderim istos qui in humanioribus literis inhumanissimos sese declarant, altercando, convitiando, lacerando aliorum scripta, famam. Sed isthęc mitto,

ne &

ne & dum ea narro quenquam lædam, irritemve. Duo verò in hâc scriptione sæpenumerò optavi; primum, ut plures nobis variantes Romani codicis lectiones Vir Amplissimus, Theodorus Canterus, repræsentasset; alterum, ut Clarissimi Petri Ciacconii editionem videre licuisset: quorum illud plura investigandi occasionē præbiturum, hoc bonam mihi laboris partem minuturum fuisse censebam. Criticum inscribsi, ab argumento: in septem libros, etsi eos breviores quidem, distribui, ad Arnobii nostri exemplum. Hoc quoque sine dolo dictum habe. Commentarium scribere non ita difficile fuisset, si experiri libuisset, nolui autē, cum scirem eam Spartam demandatam viris magnis cùm in Belgio nostro tùm Galliâ, quorum sine fraude quod facere me posse putavi, feci. Capita alius rei quæ erant abscîdi, ut haberes hîc ea tantū, quæ propriè ad Arnobium. Amicisque quibusdam meis id melius visum, ideoque mihi: nec tu, credo, improbabis. Te rogo, ut digneris hæc qualiacunque boni consulere; quod si feceris, propediem dabo Catonē de Re Rusticâ, multò quàm hactenus auctiorē emendatioremque: item Augustinum de Civitate Dei. Vale benivole Lector, & quisquis es,

ÆTERNITATEM COGITA.

PROLEGOMENA.

DE Arnobii patriâ, aut parentibus, quod olim in re obscurâ Judices, pronuntiare necesse habeo, NON LIQVET. *Hoc saltem, Siccæ aliquando, quod Africæ oppidum, Rhetoricam docuisse. De vitæ genere satis certum. Initio gentilis, postea Dei spiritu illuminatus mente saniore indutâ Christianam religionem amplexus ardenter est, & tutatus constanter. Ejus rei testes uberes libri isti septem disputationum adversus Gentes, quos, ut ex animi sui sententiâ prisco errori renuntiasse se fidem faceret, Episcopis pro baptismo impetrando obtulit, ut patet ex Appendice Chronicorum Eusebii. De ætate ejus, Clarum vixisse sub Diocletiano, trecẽtos præterpropter annos à nato Servatore nostro. Ipse index lib. 1.* Trecenti sunt anni fermè, minus vel plus aliquid, ex quo cœpimus esse Christiani, & terrarum in orbe censeri. *Iterum lib. 11.* Ante quadringentos annos (inquitis) religio vestra non fuit. Et dii vestri non fuerunt ante millia annorum duo. *De opere hoc. Scribsit anno ferè Christi* CCXCVIII. *Vrbis* CIↃ.L. *id est, exeunte* CIↃ.XLIX. *Coss. Maximiano & Galerio; & quidem (nisi hoc nimis argutum videbitur) extremo Decembri, cum jam Kalendæ anni sequentis L. numerari inciperent, ut propterea eum etiam maluerit nominare. Ait enim lib. 11.* Ætatis urbs Roma cujus esse in Annalibus indicitur? annos ducit quinquaginta & mille, aut non multum ab his minus. *Quod tempus quinquennio post secuta est*

nona

nona Christianorum persecutio acerbissima, & decennalis, Diocletiano Maximianoq; imperantibus. Ergo duo illi primores libri scripti sub annum CIↄ.L. *reliqui verò quinque tempore subsequenti. Soleo verò non leviter interdum mirari, præter unum Hieronymum & alterum Eusebium, neminem veterum Arnobii nostri meminisse; ne Lactantium quidem, seriò indignor. Sanè, quam in Minutio, Tertulliano, & Cypriano, laudabat eloquentiam, in præceptore optimè de se merito negligere minimè debebat. Causa autem quæ? an isthæc in eo nulla? aut exigua, ut laudem non mereatur? arguit abundè Scribtum hoc. An dicendum est, vivo adhuc Præceptore suo scribsisse Lactantium? quod probabile, cum id acciderit sub Constantino, qui cœpit imperare anno ab* V.C. CIↄ.LVIII. *Itaque hoc pacto ignoverim. Ita etiam alii Scribtores virorum suâ ætate clarorum meminisse noluerunt. Is animus Solino in Plinium, illi in Dioscoridem, Platoni in Xenophontem, Xenophonti in Platonem, aliis in alios. Atque hæc de Arnobio, in Arnobii ejusque studiosorum gratiam.*

Docto & raræ indolis Iuveni, viro D. Ioanni Meursio.

Libros suos de integro recensenti Epigramma hoc offerebam.

Μεύρσιε ἐγκύρσας σκολίοισι Λυκόφρονος ἔργοις,
  Τῶν γ' ἀπὸ τραῖς σπουδαῖς πᾶν σκότος ἐσκέδασας.
Ἐξ οὗ δὲ περιφανῆ τὰ Λυκόφρονος ἔργα ἔθηκας,
  Οὐκ ἔτ' ἀναγνώσεως τῶδέ τις ἐγκαλέει.
Τὸν δὲ μετ' ἐμπεδέμως βάσανον ποτὶ σεῖο κέκειται
  Ἄτλα βίβλων ἐντὸς Θειοκείτοιο πέλει.
Ἀρνοβίου δ' οὐ μὴν μεμνῆσθαι ὑπόφθονον εἴη,
  Ὃς διὰ σῆς μελέτης φέρτερος ἐξέδοτο.
Εἰ δέ τις ἐς ἀγαθοῦ παρὰ Θεῷ μελεδήματος ὥρη,
  Ἄξιος ἀθανάτου Μεύρσιος ἐστὶ βίου.
Αἰψιάδην ἄζαμαι, σεῖ' ἐνὶ πραπίδεσσιν ἔθηκε
  Σκαλίγερ', ἄνδρεσσιν λώϊον εἰνὶ σοφοῖς.
Μεύρσιε σεῖο πόνους φιλέω, θεὸς αἴθε γε δοίη,
  Ὄφρα ἀεὶ τούτων ἄμμιγα κάλλος ἔοις.

G. Coddæus.

PETRVS SCRIVERIVS
LAVDEM ET AMOREM
IN IOANNEM MEVRSIVM
SVVM
Hâc Schediaſmatum Decade

Tribus Gratiis; & totidem
Tribus Muſis conſecrabat.

SCHEDIASMA
I.

OSCEN OLOR *clangit leta omina, jubila paßim*
Gaudiáque admiſſæ *vaticinantur* aves.
Quid ſuperat? dicam bona verba, *& ture vapore*
Inficiam Superi *coerula templa* Iovis.
Iam facio *Amſteliis* DIs *Magnis. ecce, citatis*
Lugduno advehitur nuncia Fama rotis;
Inſinuatque mihi iam denuò dedere luci
Meurſiadem *Ingenii ditia dona ſui.*
Imitus inflamor; linguâq; animoq; favere
Incipio, & votis tollo ſiniſtra meis.
Atque Eboris capior tetricos extendere nervos
Suſpenſi Templo, Diva Vacuna, *tuo.*
Et ſubitum, inſubidumq; melos tibi condere Meurſi
Mens avet, aut ſaltim ſe voluiſſe probat.
Da facilem veniam quòd paullò incultior adſim;
Fortè Amor *in modulos ingenioſus erit.*
Pax! poſtliminio me Phœbi *ad ſacra reverti*
Sat tibi, dùm vincit me Dea Iuſta, *liquet.*
Mattya nulla dabo, ſparſáſque papavere voceis,
Verùm erit in modulos ingenioſus Amor.
Qui tibi Relictis Rebus *facit omnia, cuique*
In Laudem *volupe eſt pervigilaße tuam.*
Et meritò. cauſa ſatis eſt. me percipit horror
Quùm numero ingenii dia reperta tui.

Ausus es, ô Critica Luctator magne Palæstræ,
Spargere Chalcidicum *Musica in ora* Virum;
Et clarâ Obscurum *faculâ illustrare* Poëma:
O benè! vix lectus nunc legitur Lycophron.
Ausus es & magna subnixus robore mentis
Fida Syracosio *subdere fulcra* Seni.
Colligere & Spicas è magni vatis agello,
Gallorum messis quæ superare queant.
Ausus & es nostro dare Saturnalia cœlo
Macrobii, *& Brevibus condecorare Notis.*
Ausus es hæc facere, ô Iuvenis, vernantibus annis,
Quod credo emeritos vix potuisse senes.
Adde, quod in Latium à Græcis traduxeris annò
Parthenium, *& cultâ iusseris ire Togâ.*
Sed nondum in dias prodúxísti luminis oras,
Hunc utinam numerò promere, Iane, *velis.*
Prome, Age; *quùr condis? vulgi convitia fallunt?*
Promissis dives quilibet esse potest.
Da nobis casci præclara Iuventa Catonis,
Agricolísque tuas gratum opus adde Notas.
Profer Opus, nullum quo quidquam Augustius *avum*
Maiorum vidit, Hoc Age, *profer Opus.*
Multa tuo Hispanus *Genio Ingenióque reliquit*
Interpres, spicas colligere inde licet.
Imò aliquam messem facere accedentibus annis.
Fide: aderit cœptis Persica Diva *tuis.*
Fide isto Genio: fide isto robore Mentis;
Meursi *anima ac Seiren Attydis & Latii.*
Æternum qui nomen habes, famámque perennem,
Cuius in auratis Gloria fertur Equis.
Quod certè satis esse potest; sed fervidus instas,
Pôrgis & ulterius te magis atque magis.
Dùm primi invigilas pernox Scriptoribus ævi
Adsiduóq; Tuum perlegis Arnobium.
Qui studio ingenióque tuo nunc cultior exit,
Effulgens crocina floridus in tunicâ.
Christiades *multùm hoc debetis nomine: sed qua*
Digna satis dabitur gratia Christiades?
Scilicet Arnobius *iam verè vivere discet,*
Inqùe Suo vivet Meursius Arnobio.

Hos

Hæc satis. Eoos *alius petat impiger* Indos,
Magnamq; hinc turis vim piperisque *ferat.*
Adsuescatque alius Sinarum *quærere fines,*
Hincq; vehat plenâ serica texta *rate.*
Guinea *fusca tuos alius trabe pergat ad ocreis,*
Lamnam auri *in pelago colligat* Acra *tuo.*
Postuma si Fors me cognoscat & audiat, ipsis
Regibus edicam Res sibi habere suas.

SCHEDIASMA II.

PORrò Quirites! Seculum in damnum pote'st!
Minuta, magna dissupat;
Topperque perdit, & cædit quæque optuma,
Nec signat albâ lineâ:
Quæ nata sunt ajunt denasci. novimus.
Hæc nostra consolatio est:
Misella certè! Sed quid iratis Diis
Diducimus nos lacrumis?
E vax! Quirites, Næniis pausam demus:
Fortuna Fors nos *Respicit.*
Adeste, adeste: gaudiale largitus
Vobis propino nuntium;
En Christiani Nominis quinquertio,
Ecclesiæque destina,
Furvi favissas Aggerontis incidit
Lumbagine, atque mattiis
Endopeditus querqueris, sentus situ.
Et putrilagine obsitus;
Sed *Meursius* parectatûm omninm optumus
AEgro atque anhelo *præcinit,*
Manumque pôrgit DIs Magnis juvantibus,
Fovetque molli dexterâ,
Maculásque spongia eluit venustimè;
Ventrísque tollit vermina:
Nunc, ecce, dias oras endo luminis
Audet venire sanior;
Eiusque subcedaneus *Minutius.*
Qui squale inantè putidus,

Scabre-

Scabréque victus atque fortitudine,
  Miserque factus mirio,
Inmane quamtùm à flore mutârat suo!
  Cluëbat haut Felix magis.
Nunc restitutus in cohum erigit caput,
  Fugitque SonInI scrinia.
Vt pollet ille *Meursius*! quoï IngenI
  Hic cædit acrimonia?
Pubeda macte! Istis tuis Laboribus
  AETERNITATEM COGITAS;
Nec fallit, EVge! Sumbolum: mox laureâ
  Perënniflora præcluis
Endo falanti fornices vocaberis;
  Nostræ, extumæque vinciæ
Opima Famæ suggeres alebria,
  Duônúmque calpar adduës,
Faciésque hemonum musinantium satis
  Cuppedini Musis tuis,
Ignarurésque gnarures scriptis dabis,
  Quò demerebis demagis.
Redantrüabunt Postumi munes tibi
  Famæ perennem adoream:
Honesta merx, & auro contrà carior!
  Non ullus *Orbis* angulus
Alid profectò dignius munus dabit,
  Non *Iava* Major aut Minor.
Mihipte, si quid umquàm proferam, velim
  Famæ tuæ præconium.

III.

Temporis Invidiâ factum est, Scribisq; sinistris,
  Quòd sit facundus (prô dolor!) Arnobius
Mendarum hospitium. quid? non propè traditus Orco,
  Vel saltim huic prisco tempore sponsus erat?
Certè eius Maneis scio tristem iterasse querelam,
  Et salso exsangueis imbre rigasse genas.
Verùm olim. nunc quod mutilum manus inscia fecit,
  Quódque adeo fractum est Temporis invidiâ;
Ingenio superans Iuvenaleis Meursius *annos*
  Vnxit, in antiquum restituitque decus.

Vnà

Vnâ alióſque operâ ſtanteis in limine Leti
Præſtanti Cheiron eſt medicatus ope.
Dignum laude opus herclè, atqui hoc qui denegat, ille
Debet adhuc dignum diſcere quod ſit opus.

IV.

Bruti atque inſubidi malè docta Incuria ſecli
Fecerat Arnobium *diſsimilem eſſe ſui.*
Religio *gemuit ſpoliata* Antiſtite *tanto,*
Qui potis erroreis tollere nullus erat.
Tu, medice ô Meurſi, *& Critici nova fama Senati,*
Illum penè ſuâ veſte nitere facis.
Et poſtliminiò poſt aſpera fata reducis;
Et ſolidum donas ferre ſub aſtra caput.
Quæ tibi pro tanto dabit Hoſtimenta labore
Poſteritas? quantùm nominis inde tibi?
Scilicet, illa tuæ extendet pomæria Famæ
Longè ultrà Eöas Heſperiáſque plagas.

V.

Mille cruceis animi vitæ quoque vulnera mille
Arnobio *adſtruxit Temporis invidia.*
Mille cruceis animi, vitæ quoque vulnera mille
Divinum Meursl *demſit ei Ingenium.*
Dicite Iö Critici; quæ vos ſub pectore fixa
Cura coquit? mecum dicite Iö Critici:
Quod carioſa poteſt ævi mutilare vetuſtas,
Omne hoc reſtituet Meurſius *Ingenio.*

VI.

E priſcis Veterum cartis Gulielmius *olim*
Pænè unus mendas tollere doctus erat:
Favit ei Ingenium & divinæ mentis Acumen,
Fecêre hunc primi quæ Criticum eſſe loci.
Quod ſimul ut vidit Mors ſæva invidit, & illum
(Eheu!) viventum ſuſtulit è numero.
Publica Res dudum flevit, Criticúſque Senatus,
Quin ipſe in Batavis Lipſius *indoluit.*
Verùm, EVge, atqe σοφῶς! qui triſtia funera penſet
Meurſius *exſurgit: Plaudite* Pierides.

Plan-

Plaudite Pierides; *vestrum hic renovabit honorem,*
Hic vos è densis surripiet tenebris.
Et nunc Gulielmi *mensuram nominis implet,*
Ingenii vulgat dùm monumenta sui.
Quis pius Arnobius, *purique* Minutius *oris*
Incipiunt fato prosperiore frui:
Ambo Orci cancros, Letiq; cubilia frangunt.
Quo duce patratum? quo, nisi Meursiade.

VII.

AVgiæ stabulum sabulis plenum atque sucerdis
Purgasse Alceidem *pagina prisca refert.*
Tu verò Alceide, Meursi, *perhibebere maior,*
Dùm dextrè insano præcinis Arnobio.
Dùm propè Depositum vitalibus inseris auris,
Sexcentum melius dùm facis esse locis.
Magni Animi & Pietatis opus! quod (Fascinus absit)
Canescet seclis innumerabilibus.

IIX.

Obscuro per se bardi Ignorantia secli
Non unam addiderat Arnobio *nebulam.*
Non opus his Lectore fuit sed Apolline libris.
Certè illi, heic crebrò qui fuit, basit aqua.
Nunc factum est MeursI *seculis illustribus Afer*
Vt sine Grammatico Grammaticis placeat.

IX.

Anagramma.

Iohanes Meursius:
Have ô Siren Musis.

Adtonitæ audierant propè Rheni fluminis actas
Te, Meursi, *ingenuæ promere mentis opes*
Musæ Pierides; *quarum lectissima Cleio*
O Siren Musis *provida dixit* Have;
Dixit, Have ô Siren Musis *quoque cetera pubes,*
Officio claudit nec Soror *ulla suo.*

Felix

Felix antè obitum! felix cultiſsime Meurſi!
Momen certè ingens nominis omen habet.
Ingens momen habet; dùm Muſas *adlicis omneis,*
Num meritò inverſum nomen in omen abit?

X.

Ἀντίδοτον

In Arnobii ſalutem comparatum.

Lumine penè ſuo caſſus confinia Leti
Defenſor Chriſti *nominis* Arnobius
Circat, & adfixus ſpondæ niſi lugubre murmur
Eliquat, & Medicos poſtulat auxilium;
Nequicquam. certè Porrò *clamaſſe* Quirites
Inſignem priſcâ Religione virum
Cœpi indignari. vôvíque huic Numen adeſſe
Aſclepi, qui Praes, Praſtis & eſſe queat.
Cuique ſalutiferum concedit nominis * *omen*
Luminis uſuram reddere Depoſitis.
Vt vôvi. lævùm intonuit. Vox adtigit aureis
Dia meas, & me Mactum animi eſſe iubet:
Talíque Antidoto me diram avertere peſtem
Poſſe decuſque Afro quod fuit antè dare.
Sigmundi *Ingenii libram unam & ſcriptula quinque,*
Si ſapis, Emplaſtris adde Ciacconiis.
His miſce Ambroſiam, Nectarque adfunde Notarum
Canteri *adpendit quas tibi docta manus.*
Vtque habeat meliùs; Criticas ſeptem adde Libellas,
Suppeditat Meursi *quas tibi diva* Criſis.
Codicis his adhibe Scripti Excerpta aurea, quorum
Meurſiadæ *à Magno copia facta Viro eſt:*
Nuncq; inſcripta Tibi; *Templóque adfixa Moneta*
Doctorum properant pergere in ora hominum.
At ſi quis Remedi fors hac ſatis eſſe negabit,
Ille Notas adeat, magne Pithœe, *tuas.*
Adjiciatq; tuos, ſoiers Cantere, *Laboreis,*
Quîs Solem pulſa Nocte ſoloce dabis.

* *Ἀσκλήπιος enim à voce Afrâ & Orientali Aſchalapho venit (ut doctis placet) quod redintegrare, novare, transformare denotat.*

Qua

Quæ subitò ut videns in lucem currere fracto
Carcere, sic partes Postulionis age,
Ede, Pithœe *tuis limis grossisque politum*
Arnobium, Trico quid precor esse velis.
Tu, Cantere,*etiam tua Commentaria profer,*
Iam puto perfecit Persica,*profer, Opus*
Velle, volupque siet vobis dispungere nomen,
Hoc mecum totus Musicus Ordo petit.
Desiit adplaudens. Ego vobis refero; verbum
Addere non licuit nec libuitque mihi:
Quippè aliò propero. Tibi lux mea SPICA *litandum est,*
Versibus ut fias ANNA PERANNA *meis.*

IN

IN
IOANNIS MEURSI,
Criticum Arnobianum.

INgenio præstans juvenis, doctissime MEURSI,
Et Lugdunensis gloria magna Scholæ,
Quem stupet hęc præsens, veniens mirabitur ætas,
Cum scribas juvenis plurima digna viris.
IANI nomen habes, & primo flore juventę
Omen habere tuum nomen amice doces.
Ut IANUM prisci vates fecere bifrontem,
Vidisse ętates & cecinere duas:
Sic quoque tu quamvis hoc nostro vivis in ęvo,
Attamen ingenio sęcula prima vides.
Quod si nunc taceant cuncti, tua scripta loquentur,
AEternum per quę nomen ob Orbe feres.
Testatur Siculus vates, tuus atque LYCOPHRON,
Atque ad MACROBII pagina docta libros.
Nunc etiam ARNOBII quot atrocia vulnera sanas!
Atra per indoctam vulnera facta manum.
Docti quę variis tentarunt tollere libris.
Irritus aut vanus non fuit ille labor.
Plura tamen nullus, quàm tu doctissime MEURSI,
Sustulit ingenii dexteritate sui.
Ergo quod hic scriptor nunc multo tersior extat,
Posteritas dicet munus id esse tuum.
Nec poterit dignas unquam tibi reddere grates,
Sed MEURSI laudes semper in ore feret.
Perge tuum nomen doctis extendere scriptis,
O juvenis patrię sidus honosque tuæ.
Nec metuas ulli tua displicitura legenti,
Quin quamvis scribas plurima, plura petent.
Proque tuâ vitâ facient solemnia vota,
Optantes studiis tempora longa tuis.

Franekeræ scribebat BALTHASAR LYDIUS.

IN

Doctissimi Clarissimique juvenis IOHANNIS MEVRSII Criticum Arnobianum.

MEVRSI Pesageo madens liquore
Pectus nobile, & ora, docte MEVRSI,
Quem non MVRTIA segnis, aut remotis
LIBIDO invida detinet sub antris,
Quid nunc FRISIACIS meos ab oris
Vocare aridulos putem PHALEVCOS?
PHALEVCOS miserabiles, suoque
Indignos nimis ah nimis labore,
Ille nobilis, ille CHRISTIANÆ
VARRO maximus eruditionis,
Sublimes caput erigit sub auras,
Ignotus prius omnibus, sibique,
Notus omnibus & sibi, benigno est
MEVRSI munere, MEVRSI I, quid ohe
Adhucariduli mei PHALEVCI
Leni serpitis agmine? ille patrum
Præsul optimus, ille CHRISTIANÆ
VARRO maximus eruditionis
Vitæ redditus est, sibique, cunctos
Qui neruos prius obrutus, thorosque
Semimortuus emicabat. At tu
MORTA invisa laboribus DIESQVE
Qui fero omnia detinetis ungue
Vobisne arbitrium putatis esse
MEVRSI in Pegaseo madens liquore
Pectus nobile, & ora, longiorem
Qui vitam morientibus ministrat?

Ludebam DANIEL HEYNSIVS.

IOANNIS MEVRSI CRITICI ARNOBIANI,

LIBER PRIMVS.

Cap. I.

Invisitatum. *Mundus*, pro cælo. Severus Sulpitius correctus.

E*Xterminandi sumus longè, si per nos examina tanta mærorum mortalium importata sunt seculis.* Romanus habet. Pag. 7. Lin. 18. *Exterminati sumus dum longè examina*, &c. Facile restituere est. *Exterminati simus longè dum examina*, &c. *Exterminati simus*, id valet, *exterminemur.* Deest nihilominùs tale quid quale acutissimus Gelenius affinxit. *Postquàm esse nomen in terris Christianæ religionis occœpit,* Pag. 8. Lin. 2. *quidnam inusitatum, quid incognitum, quid contrà leges principaliter institutas, aut sensit, aut passa est ipsa rerum quæ dicitur appellaturq; natura?* Legerim; *quid invisitatum, quid incognitum.* Quam vocem sæpiusculè depravatam emendârunt Lipsius in Epistolicis, & Colvius Notis Apuleianis. Severus Sulpitius quoque corrigendus lib. III. de vitâ D. Martini. *Leæna post dies quinque ad auctorē tanti beneficii revertisse dicitur, eidemq; invisitatæ feræ pellem pro munere detulisse.* Hodie est *inusi-*

Lib.II. *tatæ.* Paullò post idem mendum. *Nunquid vertigo hæc mundi primigenii ortus moderamē excedēs, aut tardius repere, aut præcipiti cœpit volubitate raptari?* In illis verbis *Mūdus* pro cælo, ut ferè semper in hoc scripto, ab Arnobio ponitur; & à plurimis veterū, Manilio, Lucretio, aliis. Festus *Mundus appellatur cælum, terra, mare, & aër.* Macrobius ad Somn. Scip. lib. I. cap. xx. *Non solum terram, sed ipsum quoque cælū, quod vere mundus vocatur, temperari à sole certissimum.* Lib. II. cap. xx. *Unde & mundanus dicitur, quia mundus propriè cælum dicitur.* Ennius in Scipione.

—— mundus cæli vastus constitit silentio.
Et Neptunus sævus undis asperis pausam dedit.
Sol equis iter repressit ungulis volantibus.
Consistêre amnes perennes, arbores vento vacant.

Sunt hi versus apud Macrobium Saturnal. lib. VI. cap. II. Prudentius ἀποθ.

———— improba Virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.

Et ἁμαρτιγ.

———— ne quis duo numina credat,
Imperitare vagis mundi per inania formis.

Virgilius.

—— vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Apuleius de Deo Socratis. *Suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo.* Nec alia notione *Orbis* apud Horatium.

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Cap. 11.

Exardere. Semper-restitutio. Animæ ventis attributæ.

NVnquid ipse siderum sol princeps, cujus omnia luce vestiuntur atque animantur, calore exarsit, intepuit. Interpungo. c. o. l. vestiuntur, a.a. calore, exarsit, i. Quod visum doctissimo amicissimóque viro Petro Bertio. *Exardere* verò dixit, pro, *ardere desiit.* *Atque in veteres formas novellarum semper restitutione traduci.* Nota ὑφὲν, *semper-restitutione.* Sic Lucretius, quē sæpissimè imitatur Arnobius noster, lib. I. Lin. 16. Lin. 20.

Unde sibi exortam semper-florentis Homeri
Commemorat speciem. ———

Ita quoque *Semper-lenitas* apud Terentium Andria Act. 1. Sc. 11. *Nunquid tepores medii inæqualium temporum confusionibus occiderunt?* Scribo, *c. acciderunt?* *Nunquid suas animas exspiraverunt venti?* Eleganter. *Animæ* enim ventis tribuuntur. Lucretius lib. v. Lin. 22. Lin. 25.

Non divûm pacem votis adit, ac prece quæsit.
Ventorum pavidus paces, animasq; secundas.

Et *Anima* pro vento apud illum sæpè. Virgilius.

Quantum ignes animæq; valent. ——

Horatius lib. IV. Od. 11.

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Varro περὶ φθορᾶς κόσμου.

Detis habenas animæ levi,
Dum ventus vos flamine sudo
Suavem ad patriam perducit.

 Hinc

Hinc bellè admodum *venti inanimes* ab Apuleio dicuntur Milef. I. *Mare pigrum colligari, ventos inanimes exſpirare.*

Cap. III.

Pythagoricorum opinio. *Surire.* Καπρᾶν. Κάπρος. Feſtus tentatus. Nonius correctus. *Periculum*, pro interitu.

VEteres omnia deficientia *Mori* dicebant, ex Pythagoricorum ſententiâ, qui omne quod creſceret animam habere cenſebant. Virgilius Georg. I.

Et cum exuſtus ager morientibus æſtuat herbis.

Ad quæ Servius. *Secundum Pythagoricos, qui dicunt omne quod creſcit habere animam.* Hinc in-
Lin.26. telligendus nimirum Arnobius. *Emortuiſq; flaminibus neque cælum coarctatur in nubila.* Perſius Sat. IV.

Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti.

Quintilianus Declamat. XII. *Nos per arentes effuſi campos morientium herbarum radices vellimus.* Cyprianus contrà Demetrianum. *Vinea licet fallat, & olea decipiat. & herbis ſiccitate morientibus æſtuans campus areſcat, quid hoc ad Chriſtianos?* Arnobius iterum. *Difficiles pluviæ ſata faciunt*
Lin.27. *emori. Nec madidata ex imbribus arua ſucceſcunt.* In Romano codice eſt, *nec madidari ex i.a. ſuccedunt.* Rectè, niſi quod *ſuccedit* legendum. Ianus Grotius tamen, vir ampliſſimus, *madidarier imbribus* malebat. Valdè probè. Prius tamen
Lin.31. magis Arnobianum eſt. *Animalia terris ſueta atque*

atque in aquis degentia nõ esuriunt, nec concipiunt? Hugejanus Grotius meus felicissimi ingenii adolescens, *non suriunt*. Ego, *nonne suriunt*. Nam *Surire* veteribus Latinis, quod nos honestius *Gignere* efferimus. Atque de maribus propriè dicebatur. Apuleius in Apologiâ elegantissimâ. *Qui eorum coitu progignantur: qui ex limo coalescãt: quoties & quid anni cujusque eorum generis fœminæ subent, mares suriant.* Festus. *Suillum genus invisum Veneri prodiderunt Poetæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat dea. quidam autem, quod immundissimi sint sues ex omni mansueto pecore, & ardentissimæ libidinis. ita, ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare, & surire dicuntur.* Ita verè emẽdavit penultimum verbum divinus Scaliger. Libet tamen suspicari scribsisse Festum plenius, *& maribus cum surire dicuntur*, à librario autem festino omissas duas voces. Sed hoc arbitrarii esse juris volo. Glossarius. *Surit.* Καπρᾷ. Certè de maribus dici firmat etiã τὸ καπρᾷν, nam κάπρος est Græcis το αἰδοῖον τ' ἀνδρὸς, ut ait Suidas. Emendandus verò & in *Catullire* Nonius, ubi pessimè hodiè est. *Catullire, esurire, vel libidinari.* Lego. *Catullire, surire, v. l.* *Terrarum validissimis motibus tremefactæ nutant usque ad periculum civitates.* Novè *Periculũ*, sed propriè, usurpat pro interitu. Sic infrà. *Qui si sunt nativi & geniti, & interitionibus utique periculisq́; vicini.* Lib. VI. *Quicquid enim causis & rebus fulcitur extraneis, necesse est esse mortale, & habere ad periculum viam pronam, ubi aliquid cæperit deesse quo vivitur.* Invenio etiam Cypriano usitatum in Tracta- Pag. 10. Lin. 20.

tu de habitu virginum. *Quid ornata, quid compta procedit, quasi maritũ habeat, aut quærat? Timeat potius placere si virgo est, nec periculum sui appetat, quæ ad meliora & divina se servat.*

Cap. IV.

Rursus. Prorsus. Plautus emendatus. Mos vetus. *Chromatiarii.* Seneca illustratus.

Pag. 11. Lin. 20. QUemadmodum *possumus miseriarum esse præsentium causa cum novi fiat nihil, sed sunt omnia vetera.* Scribo, *sed sint omnia vetera.*
Pag. 12. Lin. 25. *Modò secundæ res affluunt, modò rursus refluunt malis reciprocantibus prospera.* Quo loco *Rursus* pro *retrorsum* posuit. Plautus obiter emendandus Amphytruone, Sc. *Spes, atque opes.* Loquitur ancilla Bromia.

Ego cunas recessim rursum vorsum trahere & ducere.

Metuens pueris, mihi formidans. ——

Lego. *Ego c. vicissim r. prorsum t. a. d* Nam τὰ *recessim rursum* sunt ταυτόλογα, & inepta. *Prorsum* pro *vorsum* restitui ad proverbialem formulam. Terentius Hecyrâ Act. III. Sc. I.

Trepidari sentio, cursari rursum prorsum.

Ad quæ vetus ejus interpres Ælius Donatus. *Rursum propriè retrò, Prorsum antè significat.* Virgilius Georg. lib. III.

Rursus cura patrum cadere. ——

Ennius Andromedâ.

Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.

Varro Andab.

Mor-

Mortales multi rursus ac prorsus meant.

Vidé Nonium, si operæ. ut autem hic Arnobius *Rursus*, ita *Prorsus* dixit lib. VII. *Per terram reptans, cano natis ut vermiculis mos est, solumento radit & pectore, tortuosis voluminibus se trahens, atque ut pergere prorsus possit, partem sui postremam conatibus prioris adducit.* *Quid si sole aliquis torrere se suetus, & acquirere corpori siccitatem; ratione consimili conqueratur frequentissimis nubilis iucunditatem serenitatis ablatam?* Is mos apud veteres tenuit, ut se ungerent, solique exponerent, quo melius oleum cutis imbiberet. Et qui istud faciebant *Chromatiarii* dicebantur. Persius Sat. IV. Pag. 13. Lin. 13.

Quæ tibi summa boni est? unctâ vixisse patellâ
Semper, & assiduo curata cuticula sole?

Interpres vetus, sive is Probus, sive Cornutus. *Curata, scilicet à Chromatiariis. Nam Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui toto die in arenâ sunt, vel in sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant; ut oleum corpus imbiberet.* Hinc Seneca explicandus epist. XV. *Accedunt pessimæ notæ mancipia in magistratum recepta, homines inter oleum & vinũ occupati, quibus ad votum dies est actus. si benè desudaverunt, si in locum ejus quod effluxit, multum potionis alterius jejuno gutture ingesserunt.* Verno autem tempore maximè id ad ipsis factitatum. Colligo ex isto Iuvenalis.

Nostra bibat vernum contracta cuticula solem,
Effugiatq; togam. ———

Causa, ut largius potarent in convivio. Suggerit ipse Arnobius verbis sequentibus. *Nunquid*

ideò dicenda sunt nubila inimicâ obductione pendere, quia libidini non permittitur otiose rutilare se
Pag. 14. Lin. 8. *flammis, & causas potionibus praeparare? Morsu animam serpens tollit maledicam scilicet primordiis rerum, quod tam saeva prodigia geniturus spirantibus addiderunt?* Locus depravatus, quem solâ distinctione sano. *M. a. s. tollit: maledicam scilicet p. r.* Balthazar Lydius, juvenis doctus, mihiq; oppidò amicus, malebat *tam scaeva prodigia.*
Lin. 19. *Desistite arbitrari pertinere ad vos quicquam, cum ea quae fiunt, non pariliter fiant, sed ad sensus summam redeant referanturq; totius.* Emendo, *non partiliter fiant.* utitur & hac voce lib. VI. *Hoc est enim proprium deorum, complere omnia vi suâ, non partiliter uspiam, sed ubique esse totos.*
Pag. 15. Lin. 5. *Quemadmodum enim res agi, & usque ad hoc tempus genus qui duraret mortalium, si non omnia, quae usus posceret, subministraret fertilitas rerum?* Conabar emendare. *Q. e. res aliae, & v. a.* Damno quodammodo, ita placet Grotii mei conjectura. *Quemadmodum e. r. a. e. u a. h. t. genus quiret durare m.*
Pag. 16. Lin. 26. *Quod si verum est istud, & est exploratum, & cognitum, & fervescere deos irâ, & hujusmodi motus perturbatione jactari.* Scriverius meus *effervescere* malebat. Possit quoque legi, *& hujusmodi motos perturbatione jactari.* Vulgata tamen lectio proba, & defendi potest.

Cap.

Cap. V.

Autumnitas. Autumnum. Fulgentius correctus, & Glossarius.

REdeo ad Arnobium. *Autumnitas* vocabulum edecimatum, & vetustum, quamobrem nec uti piguit Afrum nostrum. Ita ait. *Ex olivestris atque vinetis plenam faciant autumnitatẽ fundi.* Lin.17. utitur præterea Varro Serrano: *Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo mensem præterierat.* Item Quinquatribus.

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem
De fronde Bromiæ autumnitatis uvidam.

Cato de Re Rust. cap. v. *Circum oleas autumnitate ablaqueato.* Cap. CLV. *Primâ autumnitate cum pluvia est, tum maxime ab aquâ periculum est.* Minutius Felix Octavio. *Id temporis post æstivum diem, quum semet autumnitas dirigebat.* Sed & *Autumnum* genere neutro dixerunt, monente Charisio lib. I. Varro Ephemeride. *Etesiæ diutius & uberius flaverant, & autumnum ventosum fuerat.* Cyprianus cõtrà Demetrianum. *Non hyeme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus æstate torrendis solita flagrantia est, nec sic vernali de temperie sata læta sunt, nec adeò arboriis fœtibus autumna fœcunda sunt.* Quod vero ait, Lin.31. *olearum fluenta rancescere, & sub ipsis potum labris in acoris perfidiam vinum repentè mutari*, revocat mihi in memoriam mendum, quod est in Fulgentio de Allegoriâ Virgilii, in istis ver-

bis. *Ego verò Chrysippi ellebori rācidulo acrore post posito, cū Musis aliquid blādius fabulabor.* Rescribo, *rancidulo acore*, ad Arnobii exemplar. Pag. 18. Lin. 16. *Puerile, pusillum est, & exile, vix & illis conveniēs, quos jamdudum experientia doctorū dæmonas appellat, & hos nō nosse cælestia, & in hâc rerū materiâ crassiore conditionis suæ sorte versari.* In Romano est, *dæmonas appellat errores*. Conjicio scribsisse Arnobium *dæmonas appellat & heroes, non n.* Nam Græci dæmones & heroës confundunt, promiscè dicentes, δαίμονες ἐγχώριοι, & ἥρωες ἐγχώριοι. Idem docet de Civitate Dei Augustinus lib. VII. cap. VI. *Inter lunā verò gyrum, & nimborum ac ventorum cacumina aëreas esse animas, sed eas animo nō oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios.* Sed & Possidonius librū scripsit, cui titulum fecit περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων, teste Macrobio Satutnal. lib. I. cap. XXIIII. Fallitur autem amicus meus Ioannes Pontanus, qui *terrestres* restituit, auctoris nostri ingratiis. Lin. 20. Posteà cum lego. *Haruspices has fabulas, conjectores, arioli, & nunquam non vani concinnavere fanatici.* Venit mihi in mentem insignis menda quæ in Glossario. *Pariolus*, προφήτης, θυοσκόπος. Legendum enim, *Hariolus*.

Cap. VI.

Seculum, pro multitudine, sobole, genere. Ammianus emendatus.

Lin. 23. SI *quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, indignantur, declamitantq́; In templis jam raritas summa est.* Romanus codex, *compere-*

pererunt, negliguntur, declamitant, atque in t. Feliciſſimè reſtituit Grotius meus. *Negliguntur dii, clamitant, atque,* &c. Non herclè magis verant *Pythia quæ tripode ex Phœbi lauróque profatur.* *Concedamus ſicut libitũ eſt vobis, intendere in nos iras, ſanguinem illos ſitire noſtrum, & jamdudum nos cupere mortalium ſubmovere de ſeculis.* Lucretiano planè more *Seculum* pro genere, ſobole, & multitudine poſuit aliquoties. Apud Lucretium paſſim invenias, itaque exempla adſcribere ſuperſedeo. *Non quo ipſe deſideret ſupplices nos eſſe, aut amet ſubſterni tot millium venerationem videre.* Malim. *tot millia in venerationem.* *Melioriſne ſunt cauſæ, qui Grundules adorant Lares, Aios Locutios, Libentinos.* Legendum aut, *Limentinos,* aut *Libentinas.* Limentinus liminum deus dictus, Libentina Venus: at Libentinus necdum natus, aut ſi fortè, injuriam maximã fecerunt authores, qui ejus meminiſſe noluerint. *Templa felibus, ſcarabeis, & bucculis, ſublimibus ſunt elata faſtigiis.* Legendum *buculis* monui ad Lycophronem. Commodum mihi autem in mentem venit Ammiani Marcellini geminus huic locus, qui à mendo vindicandus, lib. XVII. *His accedunt altis ſufflata faſtigiis templa.* Scribo, *altis ſublata.* *Ergo iſtud munus dei patris & donũ eſt, ut infinita meruerint idem eſſe per ſæcula, cùm ſint labiles ſolubileſq; naturâ.* Malim, *iidem eſſe p. ſ.*

Pag. 19. Lin. 1.
Pag. 20. Lin. 16.
Lin. 21.
Pag. 21. Lin. 7.
Lin. 24.

Cap.

Cap. VII.

Audientia. Magis. Potiùs, ſæpè παρέλκοντα. Plauti locus emendatus, itē Apuleii.

Lin. 26. A*Vdientia* vox proba eſt, & probis ſcriptoribus in uſum recepta. Noſtro huic. *Atque utinam daretur in unius ſpeciem concionis toto orbe contracto oratione hâc uti, & humani in generis audientiâ collocari.* Iterum lib. v. *Ita ergo non protinus ab hujuſmodi fugiendum diis longe, ac ne irrepat in animum tam impuræ religionis obſcuritas, audientia tota claudēda eſt?* Cypriano lib. II. epiſt. II. *Denique accipe nō diſerta, ſed fortia, nec ad audientiæ popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad divinam intelligētiam prædicandam rudi veritate ſimplicia.* Plauto Pœnuli Prologo.

Exurge præco, fac populo audientiam.

Salviano de Provid. lib. II. *Quamvis per id quod dicit divinas aures in precibus ſemper eſſe juſtorum non audientia tantum dei, ſed quædam quaſi obedientia dei deſignetur.* Tertulliano quoque alibi, & Prudentio περὶ ςεφάνων, Hymn. x.

Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis inſuetæ diem.

Apuleio Mileſ. III. *Sed ſi paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas, facilè vos edocebo me diſcrimen capitis non meo merito, ſed rationabilis indignationis eventu fortuito tantam criminis invidiam fruſtrà ſuſtinere.* Lego, *publica mihi t. h.* Malè adhæſerat fini prima litera vocis ſequentis, quæ mendi origo. Sed video eruditiſſimum

mum Colvium ex Basileensi codice augere, *humanitas vestra*. Itaque haud magnoperè necessum. *Et quis mage rectius horum feret invidiam nominum, quam qui alium præ hoc Deum aut novit, aut sciscitatur, aut credit?* Ornatus gratia *Magis* & *Potius* comparativis addi solent, ut hoc loco. Sic lib. II. *Meliusq; ducentes, quinimmò potius magis, in inscientiæ finibus atque ignoratione pertinere, quam scire Dei dicere nihil fieri præter voluntatem.* Ita emendanda ea monebimus suo loco. Lib. IV. *Demonstrare, atque in medio ponere, ab hominibus magis nullis ignominiosius eos tractari*, &c. Hieronymus in epistolâ ad Nepotianum. *Beatius est enim magis dare quam accipere.* Sic Plautus alibi, *mage majores turbas*. Emendandus idem Amphitryone Scenâ, *Qui me alter est.* Lin. 31.

MER. *Clarè adversum fabulabor, hic auscultet quæ loquar,*

Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum.

Legendum. *Igitur magis majorem in s. c m.* Sic rectè & Plautinè in vetere codice legitur, quod monuit me doctissimus amicissimúsque juvenis Petrus Scriverius, cui non leviter aliquando, volente Deo, debituræ hæ nostræ literæ. Illa verò *modum in* ex liberalitate magistelli cujusdam Plauto donata, qui melius in malam rem ivisset cum suo tali munere.

Cap.

Cap. VIII.

Aspiritus. Natura, pro creaturâ. *Potissum.*

Pag. 22. Lin. 11. *QVis, ne fixa pigritiæ stupore torpescerent elementa vitalia, solis ignes constituit ad rerum incrementa futuros.* Melius aliquantum *ad rerum incrementa futuros.* Sic enim debēt construi. Quis solis ignes constituit futuros elementa vitalia ad rerum incrementa, quamvis & vulgata lectio defendi queat.

Lin. 18. *Cujus aër iste, quem vitali reciprocatis à spiritu.* Lego, *reciprocatis spiritu,* extrito *à,* vel potius *reciprocatis aspiritu. Aspiritus* dixerit quomodo Apuleius *Suspiritus.* In istis verò,

Lin. 32. *O ipse invise, & nullis unquam comprahense naturis, dignus, dignus es vere (si modò te dignum mortali dicendum est ore) cui spirans omnis intelligensq; natura, & habere, & agere nunquam desinat gratias.* Non aliud est *Natura,* quam creatura. ut & apud Prudentium περὶ στεφάνων Hymno x.

Fluctus liquentis æquoris pressit pede,
Natura fluxa ac tenuis in solidum coit.

Pag. 22. Lin. 15. *Non est mirum si ignoraris: majoris est admirationis si sciaris, nisi fortè audet quisquam, hoc enim furiosè restat insaniæ, ambigere, dubitare, an sit Deus,*

Lin. 32. *an non sit.* Scribo, *furiosæ restat i. Nec quidquam refert, aut discrepat, utrúmne neget illū, an asseras, atque existere fatearis.* Scribo, *Utrúmne neges.*

Pag. 24. Lin. 2. *Cui non sit ingenitum, non affixum, immò ipsi pœnè in genitalibus matris impressum,* &c. Lego, *immò ipsis p.* cum Gelenio doctissimo, nec probo Romani

mani lectionem. *Ipsa deniq; hiscere si animantia muta potuissent, si in linguarum nostrarum facilitatē solvi, immò si arbores, glebæ, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent & verborum articulos integrare, ita non duce naturâ, & magistrâ, non incorruptæ simplicitatis fide, & intelligerent esse Deum, & cunctorum dominum solum esse clamarent?* Legendum *muta potissent*, ut sit optativus præsens, quo modo reliqua verba elata sunt. Librarii scioli in *potuissent* mutârunt pessimè, cum nón intelligerent. *Potissum* vox prisca, de qua multa in Variis Lectionibus olim adolescens Iustus Lipsius V. CL. Utitur eâ prętcr Lucretium, Lucilium, alios, Prudentius etiam περὶ ϛεφάνων Hymno x. Lin.5.

O non virile robur, ô molles manus.
Unam labantis dissipare tamdiu
Vos non posse fabricam corpusculi?

Cap. IX.

Irruere. Proruere, activè usurpata. Fauna, Fatua. Faunus Fatuus. *Bucerus Buceta.*

A*T verò Iupiter (ut vos fertis) & patrem habet, & matrem, avos, avias, fratres: nunc nuper in uterô matris suæ formatus, absolutus mensibus & consummatus decem, ignotam sibi in lucem sensu irruisse vitali.* Lego, *sensu irruit se v.* Activè usurpavit *Irruere*, sicut Terentius *Proruere*. Eunuchi Act. III. Sc. V. Lin.23.

Vix eloquuta est hoc, foras simul omnes proruunt se.

Quid

Lin. 34. *Quid in eâdem causâ vobis esse contenditis familiares deos, inimicos atque infestissimos nobis? Etenim, si una religio est nobis vobisq́ communis, cessat ita cœlestium.* Interpungo, & corrigo. *vobisq́, communis esset ira c.*

Pag. 25. Lin. 13. *Fauna, fatua Fauni uxor? Bona dea quæ dicitur, sed vino meliori, & laudabiliori potu.* Corrigo. *Fauna Fatua Fauni u. B.d.q. d.s. vini m. e. l. potu.* Nam dicebatur *Fauna Fatua.* Lactantius lib I. cap. XXII. *Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionū fuit, sic ante Pompilium Faunus in Latio: qui & Saturno nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter Deos honoravit, & sororem suam Fatuam Faunam, eamq́ conjugē consecravit, quam Gabius Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris.* Sed & Faunus nominatus Fatuus, ut testis Festus. *Picus rex Pico ave utebatur, ut Verrius ait, ob augurium, à quo sic dictus. Is regem Fatuum, Faunum alii quē vocant, & Fatuam procreavit.* Vel possis etiam legere, *vino meliori & laudabiliori pota. Pota,* id est, ebria. Sic Plautus Amphytruone, Sc. *Qui me alter.*

Credo ædepòl equidem dormire Solem, atque appotum probè.

Lucilius, *Serus comœdo à ludo benè potu' recessit.*

Lin. 15. Sic existimabat legend. Petrus Scriverius. *Indigetes illi qui flumen repunt, & in alveis Numici cum ranis & pisciculis degunt?* Scribo, *i. a. Numicii.*

Lin 18. *Mercurius utero fusus Maiæ, & (quod est divinius) candidi arquitenentes Diana & Apollo, circumlati per fugas matris.* Scribo, *circulati.* Vide

de hoc

de hoc loco quæ in Minutiano Hypocritico.
Tyndaridæ Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus, & crudo inexuperabilis castu, ignes & fulgores marini. In Romano est, *Tisianes & Buceres Mauri*. Grotius meus conjiciebat. *Tisianirâ & bucero nati*. Nec improbè. *Tisianira* est Nemesis, sive Leda, Iupiter *Bucerus*, quia in taurum aliquando mutatus, *Bucera* enim dicta animalia à cornuum magnitudine. Vide Festum & Lucretium. Unde & *Buceta*, eorũ pascua; apud Varronem, Agellium, & Sidonium. Lin.15.

Cap. X.

Derupta loca. *Divare*. Acilius à Nerone occisus. Agellius, Prudentius, Cato, & Minutius correcti.

NOn aliud sunt *Derupta loca* quam præcipitia in istis verbis. *Qui velut cæcos passim, ac sine ullo rectore gradientes, ab deruptis, ab deviis, locis planioribus reddidit.* Ita & Agellius fortè loquutus fuit lib. VI. cap. 11. *Sicut*, inquit, *lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruta jacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris.* Emendo, *prona atque derupta.* Sumpsit ab Lucretio uterque, qui lib. VI. Pag.17. Lin.1.

In gremio gerere & rupes deruptaq; saxa.

Item Tacitus Annal. 11. *Tum pro munimentis castelli manipulos explicat, colle arduo & derupto.*
Cur luna semper in motu indemnis creditur animalibus causis lucem semper atque obscuritatem resumens? Mendum minimè leve. In Romano est, *in* Lin.11.

motu idem ne quis. unde Gelenius, vir acutissimus, fecit *indemnis.* Ego aliter, & fors fuat ut melius. *Cur luna semper in motu ideis novis cernitur,* &c. Sequutus sum, quàm maximè fieri pote, ductus literarum. Anteà eo modo dixit. *Nunquid luna desivit redintegrare se ipsam, atque in veteres formas novellarum semper-restitutione traducere?* Quas illic *formas*, hic *ideas* appellat, & *facies* lib. VI. *Luna semper in motu est, & ter denas facies*
Lin.14. *in restitutione accipit menstruâ.* *Quis ipsum finxerit hominem, quis informârit, vel ex materiæ quo genere constructionem ipsam confirmaverit corporum.* Non dissimulabo malle me, *conformaverit c.* Similiter apud Prudentium Lib. II. contrà Symmachum.

His Deus agricolam confirmat legibus. ——

Legerim item, *conformat.* Qui nolit tamen, va-
Lin.21. dimoniũ propter hæc talia nõ deseruerim. *Qui arrogantiam constrinxit nostram, & elatas supercilio services modum fecit suæ infirmitatis agnoscere.* Ianus Dousa F. P. M. defectum putat, ego verò truncatam vocem, legendumque *superciliosè cervices.* Similiter hodiè lib. III. *qua*, pro *quæso*: *parricidâ*, pro *parricidali*, Lib. VI. *veritate*, pro *severitate* truncatè scribi observavi. quæ suo lo-
Lin.32. co monebo. *In incudibus deos & ex malleis fabricatos.* Delevi τὸ *ex* in Spicilegio Theocriti-
Lin.34. co. Sequitur. *Si quando conspexeram lubricatum lapidẽ, & ex olivi unguine ordinatũ.* Hic fixa crux Criticis. Nec ego, quod afferam, facile invenero. Fortè legendum ex *o. unguento divatum.* Et reverà, scindo potius nodum, quam solvo: quem vix

vix ipsa Dea Lua. Est *Divare*, ut nihil interim dicam de vulgatissima illa superstitione, nihil aliud quam in Deorum numerum adsciscere. Glossæ, *Divatus*, ὁ τῆς θείας μνήμης. Hoc quoque, dum *unguen* ibi lego, in mentem venit mihi, aliquando Catonis insignem locum emendare, de Re Rust. cap. LXXX. *Encytum ad eundem modum facito, uti globos nisi calicem pertusum cavum habeat. ita in unguem caldum fundito, honestum quasi spiram facito, idque duabus rudibus versato præstitoq;.* Vetus codex meus, *in unguen caldum fundito, hoc restim quasi spiram facito, idque duabus rudibus versato perfringitoq;.* Optimè. *Et eos ipsos divos, quos esse mihi persuaseram, afficiebam cõtumeliis gravibus.* Pag. 28. Lin. 3.
Interpũgo, *& eos ipsos, divos quos esse m. p.* *Nunc* Lin. 6.
doctore tanto in vias veritatis inductus, omnia ista quæ sint scio: digna de dignis sentio, contumeliam nomini nullam facio divino. Malim, *digna de divis s. c. numini n. f. d.* *Innumerabiles alii gloria, &* Lin. 26.
virtute, & existimatione pollentes, acerbissimarum mortium experti sunt formas, ut Aquilius, Trebonius, Regulus. Scribo, *Acilius, Trebonius, R.* Nam familia Acilia ab Aquilia olim Romæ planè alia. Apud Minutium quoque lego, *viros cum Mutio, vel cum Acilio, aut Regulo comparo.* Hic verò ille Acilius est, quem Nero indignè è medio sustulit, cuiúsque pater postmodum cum Domitiano cõsul fuit. Iuvenalis Sat. IV.

——illâ quoque tutus in aulâ
Proximus ejusdem properabat Acilius ævi
Cum juvene indigno quem mors tam sæva maneret,

Pag.29. *Et domini gladiis tam festinata.* ———

Lin.5. *Nonne ipsum Herculem magnum sacrificiis, hostiis, & thure invitatis incenso? quem ipsi vos fertis vivum arsisse post pœnas, & concrematum in funestibus busticetis?* Locus insigniter luxatus; quid enim hoc est? *vivum arsisse post pœnas*, quam ineptum? Restituo. *Nonne ipsum Herculem magnũ, post pœnas sacrificiis h.e.t.i.i.q.i.v.f.vivum arsisse, & concrematum i.f.b.*

Cap. XI.

Voces quædam secundæ & tertiæ declinationis adnotatæ. *Vir*, pro genitali membro. *Deglabrati.*

IN verbis illis proximè productis Petrus Bertius, vir humanissimus, meique amantissimus. *funestis busticetis* malebat, ratus malè adhæsisse fini primorem syllabam vocis sequentis. Mihi mens alia, & pro vulgatâ lectione. Sic *subdiacones* & *diacones* dixit Augustinus. Apuleius *opipares* Miles. 1. & 2. Cyprianus in epistolis *presbyteres*, & *diacones*. Eimodi sunt, quæ apud Festum, *Patrimes, Matrimes, Heres, Sacres*. Sic vicissim, ea quæ tertiâ declinatione usitatius efferuntur, secundâ alii. Tertullianus de Pallio *Infirmus & Elinguus*. *Inermus*, Salustius, alii. *Imbecillus* quoque, *Sterilus, Hilarus, Gracilus, Proclivus*, apud Lucretiũ. *Acrum* dixit Cn. Matius Iliad. xv. ut ex Cæsellio Vindicẽ notat Charisius lib. 1. Cujus & locum ob oculos habuisse Glossographum crediderim scribentem, *Acrum* Δεινὸν δριμύ. pro eo quo sumus

Vir

Vir ponitur in illis. *Nonne Atym Phrygem* Lin.8.
abscissum, & spoliatum viro magnæ matris in adytis deum propitium, deum sanctum, Gallorum conclamatione testamini? Bis quoque lib. v. Catullus Carm. LXIV.

Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro.

Plautus Asinariâ, Scenâ. *Unumquodque.*

Quin si tu voles, domi servi qui sunt castrabo viros.

Qui autem *Abscissi* Arnobio, aliisque, ii *Deglabrati* Lactantio lib. I. cap. XXI. *Nam primo sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora tundunt, lamẽtantur, sicut ipsa, cũ perdiderat, fecerat. Nul-* Lin.31.
la major est comprobatio quam gestarum ab eo fides rerum, quam virtutum novitas: quàm omnia victa decreta dissolutaq; fatalia, quæ populi gentesq; suo generis sub limine nullo dissentiente videre. Lego,
suo geri sub lumine. Aut familiarum dirumpe- Pag.30. Lin.19.
re charitates. Scribo, *familiarium. Atqui constat* Lin.27.
Christum sine ullis adminiculis rerum, sine ullius ritus observatione, vel lege, omnia illa quæ fecit, nominis sui possibilitate fecisse. Malim, *numinis sui*
p. f. Qui sequentium se millia quinque saturavit Lin.24.
quinque panibus. Lego ex vestigiis Romani, *millia quinque quinque saturavit è panibus. Quantúsque, & qui esset, revelatâ nominis immensitate mõ-* Pag.32. Lin.3.
strabat. Malim, *numinis. Qui ne illi se falsos va-* Lin.7.
nis imaginationibus existimarent, semel, iterum, sæpiùs familiari collocutione monstravit? Emendo, *se*
semel, iterum, &c. *Si traditũ fuerit nosci, ex qui-* Lin.18.
bus ad nos regnis, cujus nominis ministrator advenerit. Legendũ, *cujus numinis. Quanta sint enim* Lin.17.

 hæc

hæc, vel exilitates cuivis reperirētur & ludi, &c. Le-
Pag. 33. Lin.4. go, *exilitatis cujus reperientur e.l. Illud solū audire desidero, an sine ullius adjunctione materiæ (id est, medicaminis alicujus,) ad tactū morbos jusserit ab hominibus evolare.* Quatuor dictiones, quas lunulis inclusi, glossema existimaverim.

Cap. XII.

Superstitio veterum. *Statuere* pro sistere.

PEriculosus locus, quales in hoc scripto non
Lin.17. ita pauci inveniuntur. *Qui si quando (ut fama est) nonnullis aut tribuere medicinam, aut cibum aliquem jusserunt capi, aut qualitatis alicujus ebibi potionem, aut herbarum & graminum succos superimponi inquietantibus causis, ambulare cessare, aut re aliquâ, quæ officiat, abstinere*: una & minuta vocula transposita egregiè turbat. Redigo in ordinem, & restituo. *Q. s. q. u. f. e. nonnullis tribuêre m. a. c. a. i. c. a. q. a. e. p. a. h. e. g. s s. i. cau-*
Lin.28. *sis, aut ambulare c.* &c. *Et, ut sit laudabile scire, quæ quibus conveniat medicina, aut arte curari, locus hujus laudis non in deo, sed in homine constitutus est.* Scribo, *quâ quibus conveniat medicinâ aut*
Pag.34. Lin.4. *artè c.* Non autem possum tacitus præterire ineptissimam veterum superstitionem, quam video tangi in iis verbis. *Cum per omnia supplices irent templa, cum deorum ante ora prostrati, limina ipsa converrerent osculis.* Discere hanc etiam ex Tibullo lib. I. Eleg. II.

Non ego tellurem genibus perrepere supplex.

Et miſerum ſancto tundere poſte caput.
Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

Obſervat inibi, vir maximus, Ianus Douſa. Al-
ludit Salvianus lib.v. *Qui perdito ingenuæ incolu-*
mitatis ſtatu, ad aſylum aliquod deſperatione con-
fugiunt. *Cum naturalis infirmitas peccatorē ho-* Lin.20.
minem faciat, non voluntatis, ſed judicationis ele-
ctio. Lego, *nō voluntatis & i.e.* *Dicere porrò me-* Lin.21
ritis opem laborantibus ab diis ferri, hoc eſt in medio
ponere, & dubitabile, quod aſſeras, facere: ut & il-
le, qui ſanus eſt factus, fortuitò poſſit videri eſſe ſer-
vatus: & ille, qui non eſt, non meriti cauſsâ. ſed
firmitate credatur valetudinem expellere nō potuiſ-
ſe divinâ. Lego, *non non meriti c.* Nam repetenda
negativa vox. Porrò rectè *infirmitate* reponit vir
Ampliſſimus Theod. Canterus. *Non tātum ipſe* Lin.28.
perfecit vi ſua, verum (quod erat ſublimius) multos
alios experiri, & facere ſui nominis cum affectione
permiſit. Scribo, *ſui nominis cū afflictione*, *vel affi-*
xione. *Nam cū videret futuros vos eſſe geſtarū ab* Lin.31.
ſe rerum, diviniq; operis derogatores. Romanus co-
dex. *d. operis arrogatores.* Scribo, *abrogatores*, quod
& doctiſſimo juveni, Franciſco Douſæ, in men-
tem venit. Ethnici enim non arrogabant ſibi il-
los honores, ſed Chriſto derogabant, magicis ar-
tibus adjutum talia facere dictitantes. *Statuere*
pro *ſiſtere* dixit. *Famuli ejus hoc modo ſtatuerunt* Pag.35. Lin.15.
errantes aquas, & à pernicie corporum ſuos labi juſ-
ſere per tramites. Cyprianus quoque cōtra Deme-
trianum. *Si fontem ſiccitas ſtatuat, aërem peſti-*
lens aura corrumpat, homines morbida valetudo

Lin.17. *consumat*, &c. *Curionem, aut pontificem maximum, quinimmò dialem (quod ejus est) flaminem isto jure donavit?* Cruciat hic locus viros magnos, Canterum & Colvium. Scribe, *quòd ejus est*. Sensus clarus, nec illustro.

Cap. XIII.

Potentatus. Apuleius tentatus.

Pag.36. Lin.3. NOva dictio, nec nova tamen, *Potentatus*, quâ utitur. *Nam si facias ipse quod possis, & quod tuis sit viribus potentatuique conveniens, admiratio non habet, quod exclamet.* Nec respuit Cyprianus in Tractatu de Idolorum vanitate. *Hos & poëtæ dæmonas norunt, & Socrates instrui se & regi ad arbitrium dæmonis prædicabat, & magis inde est ad perniciosa vel ludicra potentatus.* Glossæ, Δυναςεία. *Potestas, Potentatus.* Cæsar de Bello Gallico lib. I. *De potentatu multos inter se annos contenderunt.* Quem locum suggessit amicissimus

Lin.11. Scriverius. *Age nunc veniat, qui super igneam Zonam, magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamus authori. Bactrianus & ille cōveniat, cujus Ctesias res gestas historiarum exponit in primo.* Interpungo. *Zoroastres (Hermippo ut assentiamus auctori) Bactrianus. Et ille c.* &c. Ammianus Marcellinus, lib. XXIII. *Magiam opinionum insignium autor amplissimus Plato Machagistiam esse verbo mystico docet, divinorúmque incorruptissimum cultum, cui scientiæ seculis priscis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit*

Lin.16. *Zoroastres.* *Dardanus, Velus, Iulianus, & Babulus.*

bulus. Scribo *Belus*; & ausimne apud Apuleium Apologiâ? *Ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, Belus, Moses,* &c. Hodiè est. *Damigeron, vel Hismoses.* *Aut si ardua res ista est, neque aliis* Lin.21. *permittere talium possunt operum potestates, ipsi faciant, & cum suis ritibus faciant, quicquid malefici graminis nutricant terrarum sinus, quicquid virium continet fremor ille verborum, atque adjuncta carminum necessitates, non invidemus, adjiciant, non interdicimus, colligant.* Corrigo, *e.c.s. ritibus quicquid m.* Malè enim bis inculcatum τὸ *faciat.* *Experiri libet & recognoscere, an cum suis efficere* Lin.27. *diis possint, quod ab rusticis Christianis jussionibus factitatum est nudis.* Dirimo, & scribo, *e. re cognoscere.* *Siquidem res anima pretiosa est, nec ipsi se* Lin.31. *homini quidquam potest charius inveniri.* Emendo, *nec ipsa scilicet homini q.p.c.i.* Orta menda ex *sc.* abbreviatâ scriptione. *Nihil fraudis delicti* Pag.37. *in Christo derideatis: licet ex more atque in lasci-* Lin.1. *viam dissolvamini cachinnorum.* Optimè ex vestigiis MS. B. Lydius meus restituit. *Nihil fraudis delituit in Christo, derideatis licet ex more,* &c. *Quinam isti sunt, fortasse quaritis gentes, populi,* Lin.21. *nationes, & incredulum illud genus humanum: quod nisi aperta res esset, & luce ipsâ (quemadmodum dicitur) clarior, nũquam rebus hujusmodi credulitatis sua commodarent assensum.* Interpungo; & lego, *fortaßè quaritis. Gentes p.n.e.i.i.g. humanum, quod n.a.r.e.e.l.i.q.d.c.n.r.h.c.s. commodaret assensum.* *At nunquid dicemus illius tem-* Lin.25. *poris homines usque adeò fuisse vanos, mẽdaces, stolidos, brutos, ut qua nunquam viderant, vidisse se*

fingerent? & quæ facta omninò non erant, falsis pro-
derent testimoniis, ut puerili assertione firmarent.
Transponendæ leviter monosyllabicæ dictiones,
Lin.13. *ut quæ f.o.n.e.f.p.t & p.a.f.* *In unam coire qui*
potuerunt mentem gentes regionibus disjunctæ? ven-
tis, cælo, convexionibusq; dimotæ? Lego, *ventis, cæli*
Lin.25. *convexionibusq; d.* *Ut & prudentium tardarent*
fidem, & gestorum corrumperent auctoritatẽ. Emẽ-
Pag.39. do, *prodentium tardarent fidem.* *Quasi verò non*
Lin.9. *errorum antiquitas plenissima mater sit, & non ipsa*
pepererit res. eas, quæ turpissimas dii notas ignomi-
niosis concinnaverunt in fabulis, Scribo, *turpissimas*
diis notas i.c.i.f.

Cap. XIV.

Marcius vates. Ammianus cor- rectus bis. *Ruinæ.*

Pag.40. VTrũmne *quid leve, an hirsutâ cum asperitate*
Lin.5. *promatur?* Romanus habet, *quid grave.* Aptè
Grotius meus; *quid glabre.* Ut quomodo anteà *fu-*
Pag.41. *neste* heic *glabre* dixerit. *Et tamen, ô isti, qui pol-*
Lin.1. *lutas res nostras vitiorum criminamini, stribiligines*
& vos istas libris illis in maximis atque admirabi-
libus non habetis? Lipsius legit, *qui p.r.n. vitio ver-*
borum c. Acutè: ut etiam Bertius amicissimus, *vi*
vitiorum. Ego restituo vocem à festino librario
omissam. *pollutas r.n. vitiorum deformitate crimi-*
namini. Nam antè dixit *Barbarismis, solæcismis,*
obsita sunt, inquitis, res vestræ, & vitiorũ deformita-
Pag.42. *te polluta.* *Quare isto voluit, & illo genere noluit,*
Lin.6. *latenter involuta, & vix ulli cõprahensibiles causæ.*

Acu-

Acutissimè interpungit Bertius. *Q. i. v. e. i. g. noluit? Latenter i.* *Incredibile dictum est, & cæcis* Lin.16.
obscuritatibus involutũ. Scribo, *dictu est.* *Si vates* Lin.21.
Helenus, si Martius, aliiq; similiter vates hariolãtes, &c. Scribo, *si Marcius.* Et apud Ammianum lib. XIV. *Velut Amphiarao referente aut Marcio,* Pag.7.
vatibus quondam inclytis, postridiè disceret Imperator. Lin.1.
Mentio ejus apud Festum in *Negumate*, & *Ningulus.* Symmachum lib. IV. epist. XXXIV. Isidorum Orig. lib. VII. Macrobium Saturnal. lib. I. cap. XVII. & alios plures. *Admirantes, plaudentes,* Pag.44.
ad cæli sustollitis sidera: bibliothecarum repositis in arcanis. Lin.9.
Fortè, *in arcivis.* Temere tamen mutare nolim. *Quanam est ista crudelitas, in-* Pag.44.
humanitasq; tanta, quinimmò (ut verius loquar) fa- Lin.9.
stidiosum supercilium, nuntiatorem muneris & portitorem tanti, non tantum verborũ maledictionibus scindere, verùm etiã bello gravi atque omnibus persequi telorum effusionibus, & ruinis? Emendo, *Q. e. i. c. inhumanitas quæ tanta,* &c. Posteà Scriverius meus malebat, *telorum effusionibus & pruinis:* nec malè, quomodo Ennius dixit.

Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

Sed Cicero, ille optimus dicendi magister, similiter loquutus lib. III. de Legibus. *Caius verò Gracchus ruinis, & iis sicis, quas ipse se projecisse in forũ dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem Reipubl. statum permutavit?* Quod ne quis temerè in *runis* mutet etiam cavit magnus Turnebus, à quo heic dissentire mihi religio sit. Seneca Epist. IX. *Quantò hic mirabilior vir, qui per ferrum & ruinas & ignes illæsus & indemnis evasit.*

Resti-

Restituenda quoque Ammiano hæc vox lib. xx. *Cujus propugnatores viso hoste longissimè, clausis ocyus portis, ingentibus animis per turres discurrebant, & minas, saxa, tormentáque bellica congerentes, cunctisq́; præstructis stabāt omnes armati.* Corrigo, *& ruinas, saxa, t.*

IOANNIS MEVRSI CRITICI ARNOBIANI,

LIBER II.

Cap. I.

Impetrire. Fornix Cæcilii. Fulgentius correctus.

HAbes quæ ad primū Afri nostri librum observata mihi erant, postulat ordo ut ad secundum deveniamus. Pag 46. Lin. 21. *Vt non omniū virtutum amore in cunctos & lumē prætenderit vitæ, & periculum īgnorationis amoverit.* Lego, *ut nō omniū virtutum amorē cunctis e. l. p. v. e. p. interitionis amoverit.* Sic lib. VII. *Feris & belluis proximus turbat tempestatibus patientes, & ad periculum interitionis inducit.* Lin. 24. *Vel hôc ipso non fuerat aspernandus à vobis, quod salutaria vobis ostenderet, quod vias vobis ad cælum, & vota immortalitatis*

tatis optaret. Malim, *aptaret.* *Ergone ille religio-* Lin.28.
nis extinctor, & impietatis auctor arguitur, qui veram in orbe religionem induxit. Scribo, *in orbem.* *Da verum judicium: & hæc omnia circumspiciens* Pag.47.
quæ videmus, magis an sint dii cæteri dubitabit. For- Lin.11.
tè. *Ad verum.* Sic loquitur extremo lib. VI. *Ad veram judicii formam,* &c. ubi tamē *normam* mavelim legere, ut suo loco monebo. *Perstrinxit* Lin.18.
vos aliquando suspicio eorum aut mentio, ut meritò feratis indignè abrogatos his cultus, impartitione viduatos? Legere olim volui, *impetritione viduatos.* Augurale, & priscum verbum *Impetrire.* Plautus Asinaria, Sc. *Ubi ego nunc,* &c.

Impetritum, inauguratum est, quovis admittunt aves.

Valerius Maximus, lib. I. cap. I. *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est precatione: cùm exposcendum, voto: cum solvendum, gratulatione: cum inquirendum, vel extis, vel sortibus, impetrito.* Ad quæ vide viri doctissimi Stephani Pighii Notas. Nunc muto, nec enim convenit: lego verò, & interpungo. *i. abrogatos hos, cultus impartitione viduatos.* *In illo* Pag 48.
enim periculi nihil est, si quod dicitur imminere cas- Lin.6.
sum fiat, & vacuum, in hoc damnum est maximum, (id est salutis amissio) si cum tempus advenerit, aperiatur hoc fuisse mendacium. Quatuor verba lunulis inclusa ut glossema aliquod valde velim ejicere. *Itane istud non divinum & sacrum est,* Lin.31.
aut sine Deo, eorum tantas animorum fieri conversiones, aut cum carnifices unci, aliiq; innumeri cruciatus (quemadmodum diximus) impendeant credituris,

turis, veluti quâdam dulcedine atque amore correpti cognitas accipiãt rationes, atque mundi omnibus rebus præponant amicitias Christi? Emendo. *ut cum*

Pag. 49. *carnifices unci.* *Quia fornicem Lucilianum, &*

Lin. 18. *Marsyam Pomponii obsignatum memoriâ continetis:* Emendo. *Quia Fornicem Cæcilianam, e. M. P. obsignatam m. c.* Nam *Fornix* Comœdię nomẽ, non minus quàm *Marsyas*: Lucilius autem non Comicus est, sed Satyricus. Neque verò nuda vox est ex Lucilio petita. Ponamus enim vocem nudam designari, ut quid veteres illi ad ostentationem memoriter didicerint? Porrò Cæcilii nomen etiam apud Fulgentium in *Delenificis* corruptum esse observaveram, cũ vidi amico meo Francisco Dousæ id quoque in mentem venisse. Scri-

Lin. 25. verius meus *Licinianam* malebat. *Nunquamne illud vulgatum perstrinxit aures vestras, sapiẽtiam hominis stultitiam esse apud Deum. Primum & ipsi penitus perspicitis vos ipsos, siquando de rebus disceptatis obscuris, & naturalia pergitis reserare secreta, & ipsa, quæ dicitis, quæ asseveratis, quæ capitali plerunq; contentione defenditis, nescire vos, & unumquemque suspiciones suas probatis & comprehensis pertinaci obluctatione tutari.* Videamus quî sanemus. Rom. habet. *Primum & quæ.* Distinguo, expungo, & restituo. *a. deum primũ? Atque ipsi penitus p. v. i s. q. d. r. d. o. e. n. p. r. s. e. i. q d. q. a. q. c. p. c. d. nescire, & unumquemque s. s.* Malè τὸ *vos* bis inculcarunt.

Cap.

Cap. II.

Fidelis, pro fide digno. Prudentius castigatus.

C*Vm nihil sciamus omnino, fallamus nos tamen, & in opinionem scientiæ sub inflati pectoris tumore tollamur.* Conjungo vocem malè divulsam. *in opinionem scientiæ subinflati p.t.t.* *An fictoris alicujus atque fabricatoris manu lineamenta hæc corporis, atque oris acceperint formam.* Scribo, *oris acceperit formam.* Repete paullò altius præcedentia, & videbis benè emendatum. *Ipse denique animus, qui immortalis à vobis & Deus esse narratur, cur in ægris æger sit, in infantibus stolidus, in senectute defessus.* Mirum, ni post hæc verba desint quædam, ita minimè cohærent. *Ipsi denique principes, & prædictarum patres sententiarum, nonne ipsa ea quæ dicunt, suis credita suspicionibus dicunt? Vidit enim Heraclitus res ignium conversionibus fieri? concretione aquarum Thales? Pythagoras numeros scit: incorporales formas Plato? individuorũ Democritus concursiones? aut illi, qui autumant nihil posse omninò comprehendi, an sit verum quod dicunt sciunt? aut ipsum, quod definiunt, veritatis esse intelligunt pronuntiatum?* Rom. cod. pro *ipsa* habet *apud*, ut & *scire*, pro *scit*. Corrigo, *Nõne aut ea q. d. s. c s. dicunt? (vidit e. H. r. i. c. f. c. a. T. P. n. scitne? i. f. P. i. D. c. a. i. q. a. n. p. o. c. a. s. v. q. d. sciunt?) aut i.* &c. *Vos Platoni, vos Plotino, vos Numenio, vel cui libuerit creditis:* In Romano est, *vos Platoni, vos Crotonio.* Fortè, *v. P. vos Stratoni.*

Pag. 50. Lin. 1. — Lin. 11. — Lin. 26. — Pag. 51. Lin. 33. — Lin. 21.

toni. Animum inducit Augustinus de Civitate Dei, lib. VI. cap. X. qui hunc quoque cum Platone conjungit. *Ego feram aut Platonem aut Peripateticum Stratonem, quorum alter fecit Deum sine corpore, alter sine animo.* Atque ut hanc quidem veram lectionem esse affirmare minimè habeam, à vulgatæ tamen vestigiis minus abscedit, quā ista Gelenii. Scriverius meus malebat *Cratoni.* Non

Lin. 23. improbo. *Iniquitas hæc quanta est, ut cum utrique auctoribus stemus, sitque nobis & vobis unū & sociū credere: vobis velitis dari, quod ita ab illis dicatur accipere? vos ea quæ proferūtur à Christo, au-*

Lin. 33. *dire & spectare nolitis?* Emendo, *nos ea, q.* In verbis vero illis, *& judicare fideliter non esse quæ fierent hominis:* novè *Fideliter* dixit, pro eo quod est, *Fidenter*, & *Audacter.* Prudentius quoque pro credibili, ac fide digno usurpavit περὶ στεφάνων Hymno X. Versus apponam, ut levi à mendo vindicem.

Hæc si quis amens fabulosa existimat.
Vel ipse tute si parum fidelia
Rebare pridem, vera cognoscas licet:
Habes loquentem, cujus amputaveras
Linguam: probatis cede jam miraculis.

Pag. 53. Lin. 22. Scribendum: *probatis crede jam m.* *Ille non est dicendus autor bonus, qui sermonē candidulè promsit: sed qui quod pollicetur, divinorum operum prosequitur sponsione.* Lego, *p. responsione.*

Cap.

Cap. III.

Apuleius restitutus. *Brenda.*

QVis acquiesceret, quis audiret, quis eum pro-mitteret apertè aliquid iudicare? Scribo, *apertè aliquid indicare.* Simile mendum in Apuleii Apologiâ. *Homines eruditissimi juvenes laudis gratiâ primum hoc rudimētum forensis operæ subibant, ut aliquo insigni judicio civibus suis noscerentur.* Scribo, *ut aliquo i. indicio c.* *Viderant enim cursum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Christo evanuisse.* Malim, *viderant enim currum.* Vide historiam hujus Simonis apud Hegesippum initio lib. III. Iuliũ Africanum Histor. Apostol. lib. I. prætereà Irenæum, Eusebium, Hieronymum. *Post deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defessum, ex altissimi culminis se rursum præcipitasse fastigio.* Scribo, *p Brendam.* Festus. *Brundusium quidã poëtæ brevitatis caussâ Brendam dixerunt.* Quia tamen ad oram eius *Brundam* adnotatum invenio, non magnoperè pugno. Minimè enim dubitandum est, quin veteres illi, ut Βρέντη, Βρενδήσιον, ita etiam Brunda & Brundusium dixerint: maximè cum accedat huc Festi Arnobiique auctoritas. *Audetis ridere nos, quod animarum nostrarum saluti provideamus, id est, ipsi nobis.* Scribendum arbitror, *ipsis nobis.* *Vultis homines institutum superciliumq; deponere?* Reposuerim libens. *Vultis homines isti typhum.* & vix dubitem Arnobium aliter scripsisse. Gelenius tamen, aut quis

Lin. 16. Pag. 54. Lin. 9. Lin. 11. Pag. 55. Lin. 13. Pag. 57. Lin. 6.

alius, cum, ut duriusculè dictum, hoc aures offenderet, & τὸ *isti* minimè convenire videretur, mutavit in *institutum*. Sed ita loquitur Afer hic non semel Lib. 1. *Et tamen ô isti, qui pollutas res nostras vitiorum deformitate criminamini.* & passim. Græcismus est, ὦ οὗτοι. Exprobat verò illis frequenter hoc secundo libro typhum, & superbiam. Initio. *Quod si non mentis elatio, & typhus qui appellatur à Græcis, obstaret atque officeret vobis,* &c. Iterum, *Dum vestris fiditis cordibus; & quod typhus est. sapientiam vocatis.* Et aliquoties.

Lin. 23. *Edunt per uteros fœtus, corporalibus conciliis procreant: & nos corporum conjugationibus nascimur, & ex aluis fundimur, atque emittimur, matrum cibo sustentamur & potu. Et superfluas fœditates inferioribus egerunt abjiciuntq́ posticis.* Lego, & interpungo, *emittimur matrū. Cibo sustentantur & potu, & superfluas f. i. e. a. p.* Ita emendaverā, ne quid dissimulem, cum video in partem concurrere me cum Amplissimo viro Theodoro Cantero.

Pag. 58. Lin. 2. *Quod si & illud verum est, quod in mysteriis secretioribus dicitur, in pecudes atque alias belluas ire animas improborum, postquam sunt humanis corporibus exutæ, manifestius comprobatur vicinos nos esse, neque intervallis longioribus disparatos* In Romano codice est, *postquā s. h. c. sumptæ.* quod non video, cur vir magnus toleret. Corrigo, *humanis corporibus summotæ.* Scriptum fuerat abbreviatè, *sūmotæ.* Hoc illi non animadvertentes in *sumptæ* mutaverunt.

Lin. 14. *Vellē tamen scire quænam sit hæc ratio, per quam sumus potiores animalium generibus cunctis.* Lego, *Vellem tam scire.* Et est ἔλλειψις, quam asini isti non intelligen-

ligentes, nobis *tamen* ſubſtituerunt. Simile mendum lib. v. de quo ſuo loco.

Cap. IV.

Commentari paſſivè. *Incalor*.

EX *aſſiduâ reprehenſione parvas ſibi concinnavit ſcientiolas artium, & ad unum exitum temporibus plurimis commendatas perduxit*. Lego, *t. plurimis commentatas*. Paſſivè. Sic *Paſſa* quoque uſurpavit initio libri hujus. *Cum imminentia, & nondum paſſa, nullis poſſint rationibus refutari*. Poſteà. *Ingredi*. *Quod enim rebus ingreſſis priorum repetentiam detrahit*, &c. Item *Metiri* ſimili modo. *Orbe ſit ſol amplior, an pedis unius latitudine metiatur*. Pag. 59 Lin. 9.

Nunquam, inquam, crederent typho & arrogantiâ ſublevati, prima eſſe ſe numina, & æqualia principis ſummitati, qui grammaticam, muſicam, oratoriã, pepererant. Emendo, *quia grammaticam, m. o. repererunt*. Nam ſtatim ſubjungit. *ut ex eorum inventione credatur animas eſſe potiores*, &c. Lin. 18.

Non algidus frigore, non feruens nimio calore. Romanus codex habet, *non ferueris nimium in calore*. Sciò quid hîc vir magnus, nec improbo: ut tamẽ propius Romani veſtigiis inſiſtamus, malim, *nõ feruens nimium incalore*. Dixit *Incalor*, quomodo *Injuventus* lib. I. Aut *feruens nimium in calore*. Ut τὸ in παρέλκον ſit, quemadmodum apud Apuleium nõ ſemel, in iſtis, *gravis in annis*. Item, *vini cadum in ætate pretioſi*. Pag. 60. Lin. 20.

In hunc ſonus omnino nullius incidat vocis, non avis, non beſtiæ, non tempeſtatis, non hominis, non denique fragoris ali- Lin. 22.

cujus, aut concrepantis terribiliter cæli. Si quid judico, planissimè transposita verba, & scribendum. *non bestiæ, non hominis, nõ tempestatis, nõ d.f.a.&c.*

Lin.25. *Excogitemus deinde quemadmodũ lumen accipiat, non ex illato igni, non ex sole conspecto, sed notum aliquid fiat, quod imaginem luminis caligine interpositâ mentiatur.* Lego, *sed novum aliquid fiat.* D. Scaliger malebat *nothum.* ut Catullus, *notho*

Lin.30. *lumine luna. Nunc quoniam imagini præparavimus sedem, accipiamus deinceps mox aliquem natũ, & in loci illius hospitium, quod habeat rem nullam, & sic inane ac vacuum. Platonicâ licet aut Pythagoreâ progenie, aut horum alicujus, qui acuminis perhibentur fuisse divini: aut ex deûm responsis sapientissimi nuncupati.* Locus non solum egregiè luxatus, verum & mutilus. Restituo, & suppleo. *Nunc quoniam imagine præparavimus sedem, accipiamus d.m.a.natum Platonicâ licet aut Pythagoreâ progenie, a.h.a. q.a.p. f.d.a.e.d.r. s. nuncupati, & in loci i.h.q.h.r.n.e.s.i.a.vacuum, concludamus.* ultimam hanc vocem ex ingenio, flagitante sententiâ, addidi. ut tamen illam ipsam Arnobii esse minimè ausim affirmare, similem tamẽ desiderari, facilè videbit, nisi qui lolio victitabit.

Pag.61. Lin.9. *At verò cum cœperit solidioribus cibis infans debere fulciri, nutrice inferatur ab eâdem, veste (ut diximus) positâ, & tenore reticentiæ servato.* Corrigo, *n. infirantur a. e.*

Cap. V.

Calida potionibus miſceri ſolita. *Seliquaſtrum.* Hiſtriones,& ſcenici tribu moti. Hyginus,& Auguſtinus emendantur.

CAlidam potionibus miſceri ſolitã ſunt qui negẽt, propugnat ſuatim, id eſt, eruditè, & ubertim, Lipſius: ego operã minimè luſurus videbar ſi id ipſum tribus exemplis confirmarim. Horatius lib. III. Od. XIX.

Quo Chium pretio cadum
Mercemur? quis aquam temperet ignibus?

Ad quæ vetus interpres Helenius Acron. *Nam tepefactis aquis ſolebant Græci vina temperare.* Sed & pauperiores, qui aquam bibebant, illam ipſam quoque ſoliti calefacere. Arnobius noſter. *Potio antè vini ſit prorſus incognita, nec ſedandæ aliud admoveatur ſiti, quam liquor purus è fontibus, caldore ignis intactus: &, ſi fieri poteſt, manibus ſubminiſtratus cavis.* Sequitur. *Fiet enim familiaris è more cõſuetudo in naturam verſa: nec appetitio corrigetur: ulterius eſſe amplius neſciens quod petatur.* Corrigo. *appetitio porrigetur ulterius, eſſe a.n.q.p. Nõne miſſus in res novas, & nunquam ſibi antè cognitas, ipſum ſeſe eſſe ante omnia neſciturus?* Lego, *ipſum ſeſe eſt a. Iam verò ſi veſtem, ſi ſupellectilem ponas in medio tam urbanam, quàm ruſticam, eritne idẽ ut poſſit diſcriminare cui negotio res quæque conveniat? cujus muneris accommodata ſit uſui indicet?* Scribo, *ſ.u. judicet? Quid arquata ſi ſellula, acus, ſtrigil, polubrum, ſiliquaſtrum,* &c. Scribo,

Lin. 16. Lin. 19. Pag. 62. Lin. 4. Lin. 15. Lin. 23.

bo, *seliquastrum*. Simile mēdum apud Hyginum in Poëtico Astronomico. *Cassiepeia sedens in siliquastro collocata est, cujus sedilis & ipsius Cassiepeiæ pedes positi in ipsâ circūductione circuli qui Arcticus vocatur.* Scribo iterum, *in seliquastro.* Antiqui generis sedile *Seliquastrum* erat. Festus. *Seliquastra sedilia antiqui generis appellantur, D litera in L. conversâ, ut etiam in sella factum est.* Varro de L.L. lib. IV. *Ab sedendo appellantur sedes, sedile, solium, sellæ, seliquastrū.* Est & alter Hygini locus, in quo etiam *Siliquastrum* legitur, sed rectum esse non potest, cū id herbę nomen sit, alioqui dici po-
Lin. 27. terat librarios I pro E suo more scripsisse. *Ita, ut diximus, ille non vobis ritu, aut asini, porci, aut si ullum est animal tardius conspiciet.* Emendo, *Non bovis ritu, aut asini, aut porci, &c. ignorans.* Facilè
Lin. 33. potuit elabi τὸ *aut.* *Quid in Menone ô Plato quadā rationibus numeri admota ex puerculo sciscitaris?* Lego, *amota ex p. s.* Simile mendū apud Augustinū de Civitate Dei, lib. II. cap. XXVII. *Cujus actores laudanda Romanæ virtutis indoles honore privavit, tribu movit, agnovit turpes, fecit infames: hanc inquam, pudendam veraq; religioni adversandam & detestandam talium numinum placationem,* &c. Scribo, *aversandam & d.* Agit de histrionibus, & mimis, qui ob turpitudinē tribu movebantur. Quâ de re sunt quoque Arnobii nostri verba, lib. 7. *Itáne istud non est deorum imminuere dignitatem, dicare & consecrare turpissimas res eis, quas censor animus respuat, & quarum actores inhonestos esse jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia?* Scipio etiam apud Ciceronem.

Cum

Cum artem ludicram scenámque totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri notatione censoriâ voluerunt. Eximios tamen habitos fuisse Atellanarum actores docet Val: Maximus, lib. II. cap. IV. *Attellani autem ab Oscis acciti sunt: quod genus delectationis Italicâ severitate temperatum, ideòque vacuum notâ est: nam neque tribu movetur, neque à militaribus stipendiis repellitur.* Atque hoc obiter.

Cap. VI.

Dibus. Dynamis.

A*Dulescentulum istum rogare desinito, quē esse conspicis ignarum rerum, & humanitatis esse in finibus cōstitutum.* Delērim vocem malè repetitam, legerímque *humanitatis in finibus.* Sollicitat autem vir magnus illa verba. *Quid sit Dibus, quid Dymanus sesquioctavus.* Sed omnino nihil mutādum. Est enim vox è Græciâ petita, quales in hoc scriptore aliæ multę, & binionem designat. Agathias in Epigram. εἰς τὰ λυ]ὰ Ζήνων@ τ̃ βασιλέως. sive potius ut monuit magnus Scaliger ad Ausonium, lib. II. cap XIX. εἰς παῦλαν. Pag. 63. Lin. 9. Lin. 13.

——— μννάδα δ' ἄλλην

ψῆφον τὴν πυμάτην ἀμφιέπεσκε δίβ@.

Deinde pro *Dynamus* rescribo *Dynamis*, quæ vox similiter Græca, & quaternionem significat. Sciendum autē à Pythagoricis inditam hanc appellationem, quia denarium, qui numerus perfectus, constituere possit. Audi semper hâc re Hie-

roclem in Commentario ad χρυσᾶ ἔπη Pythagoræ. Τῆς δὲ δεκάδος δύναμις ἡ τετρὰς, περὶ γὰρ τῆς κατὰ διέξοδον τελειότητος. τῆς ἐν τῇ δεκάδι ἡνωμένη τὶς τελειότης ἐν τῇ τετράδι θεωρεῖται. κατὰ γὰρ τὴν σύνθεσιν τῆς ἀπὸ μονάδος ἕως τετράδος δεκὰς τὸ πᾶν ἄθροισμα γίνεται. ά γὰρ, καὶ β', καὶ γ', καὶ δ', τὴν δεκάδα. καὶ ὅτι μεσότης ἀριθμητικὴ ἡ τετρὰς. Martianus Capella quoque hunc ipſum numerum *Potentiam* alibi no-
Lin.21. minat, quomodo *Dynamin* Arnobius. *Hoc ipſum ignorans & neſciens, ſecum potius, an cum altero colloquaris, cum altero ſermocineris, an ſecum.* Quinque verba poſtrema à manu mala ſunt.
Lin.33. *Qui neſciat homines, & in mutis ſemper ſolitudinibus degat, demoretur, iners veluti puer, quamvis annis vivat innumeris.* In Romano eſt, *iners valeat in aëra.* Suſpicio eſt ſcriptum fuiſſe. *iners valdè ac*
Pag.64. *ignarus.* *Et aſellus & bos æquè (uſu atque aſſi-*
Lin.4. *duitate cogente) diſcit arare ac molere.* Fortè, *aſſi-*
Pag.65. *duitate docente.* *Ac ne tamen inſtructi non ple-*
Lin.16. *nius abeamus, audiamus à vobis quemadmodum dicitis animas, cum terrenis fuerint corporibus involutæ, priorum reminiſcentiam non habere.* In Romano eſt. *abeamus, ne videamur à nobis.* Reſtituo: *abeamus, ne rideamur à vobis, q.d.a.c.t.f.c.i.p.r.n. habere?*
Lin.31. *Quod ſi animæ (quas vocatis) membrorum impediuntur obſtaculo, quo minus artes ſuas atque antiquas reminiſcantur:* Poſt *antiquas* deeſt vox, aut legendum erit, *q. minus artes ſuas antiquas æquè reminiſcantur.*

Cap.

Cap. VII.

Momen, pro momento. *Sententia*, pro eo quod est αἴσθησις.

M*Omen* pro mométo, vox Lucretiana, quam suo more transscribserat Afer hic noster: tamen malè feriati isti magistelli, & corrumpendis his talibus scriptoribus nati ubique in *Nomen* mutaverunt. *Quæ cum ita se habeant, desinite res parvas atque exigui nominis immanibus pretiis æstimare.* Iterũ. *Nec modò non parui, sed esse nullius existimandum est nominis, quod per omnia diffusum perit.* Deinde lib. VI. *Ac si quid à quopiam temerariâ fuerit fraude subreptum, vim nûminis monstrent, & sub ipso furti atque operis nomine sacrilegos pœnis convenientibus figant.* ubique rescribo *mominis*, & *momine*. Belli correctores! scilicet obtemperârunt C. Cæsari monenti ad instar scopuli fugiendũ durum atque insolens verbum. Sanè Lucretius utitur ter lib. III. semel VI. Vide quoque Festum. *Quid enim prohibebit, quominus hæc faciat? metus superbæ potestatis, judiciumq́; divinum?* Scribo, *supernæ potestatis.* *Et qui poterit territari formidinis alicujus horrore, cui fuerit persuasum tam se esse immortalem, quàm ipsum deum primum? Nec ab eo judicari quicquam de se posse: cum sit una immortalitas in utraque, nec in alterius altera conditionis possit æqualitate vexari?* Emendo, c. s. u. i. *in utroque, nec vi alterius alter conditionis possit æqualitate vexari.* *Rursus verò si animæ lethi adeunt januas (Epicuri ut sententiâ*

Pag. 66. Lin. 11.
Pag. 79. Lin. 26.
Pag. 201. Lin. 2.
Lin. 29.
Lin. 31.
Pag. 67. Lin. 28.

definitur) nec sic caussa est competens, cur expeti philosophia debeat: etiamsi verum est purgari has animas, atque ab omni puras vitiositate præstari.
Pag.68. Lin.32. Scribo, *purgari hâc animas.* *Mortis nobis cum proponatur metus, id est animarumq; interitus: quid non ex commodi facimus sensu, quo amamus nos omnes? Quam cum qui nobis spondet tali à periculo liberaturum retinemus, amplectimur animisq; ipsis nostris (si modò justa est vicissitudo) proponimus.* Corrigo, *q. non ex communi f. sensu, quo amamus nos omnes, quùm eum q. n. s. t. a p. l. r. amplectimur, a. i. n. (si modò ista e. necessitudo) præponimus?*
Pag.69. Lin.7. *Vos cum primum soluti membrorum abieritis, enodes alas vobis affuturas putatis, quibus ad cælum pergere, atque ad sidera volare possitis.* Emendo, *m. abieritis è nodis, alas v. a. p.* Sic antè quoque loquitur. *Quamvis annis vivat innumeris, & nunquam nodis corporeis eximatur.*
Lin.27. *Nunc cum eam Christus non tantum promiserit, verum etiam virtutibus tantis manifestaverit posse compleri, quid alienum facimus, aut stultitiæ crimen quibus rationibus sustinemus, si ejus nomini majestatique substernimur, à quo speramus utrumque, & mortem cruciabilem fugere, & vitam æternitare donari.* Corrigo, *p. complere, q. a. f. a. s. c. q. r. s. si ejus numini m. s. à. q. s. v. e. m. c. f. & vitâ in æternitate d.*
Pag.70. Lin.99. *Sequitur ut hi omnes quos opinatio credidit deos esse mortalium, aut ab eo sint geniti, aut eo jubente prolati sint? Prolati & geniti, & ordinis sunt posterioris, & temporis.* Lego, *a. e. jubente prolati. Si sint prolati & g.*
Pag.71. Lin.2. *Quod enim rectè sit vinctum, & nodis perfectissimis colligatum,*
dei

dei bonitate servari: nexusq; abolitione ab eo qui vinxit, & dissolvi (si res poscat) & salutari missione donari. Rom. *neque ullo abolitionis.* Corrigo, *d. b. s. n. ullo ab alio nisi ab eo q. v.* &c. *Accipite fero, & discite ab eo, qui novit, & protulit in mediū Christo, non esse animas regis maximi filias, nec ab eo (quemadmodum dicitur) cœpisse se nosse, atque in sui nominis esse sententiâ prædicari.* Valdè velim nihil heic mutari. Germanissima dictio Arnobii. Lib. I. *Dedimus nos Deo, cujus nutu & arbitrio omne quod est constat, & in sententiæ suæ perpetuitate defixū est.* Et posteà hoc ipso libro. *Priore detracto in alienum habitum sententiamq; traducere.* Est verò *Sententia* hic non γνώμη, aut νοῦς, sed αἴσθησις. Et novè ita dixit, ac nescio an cum exemplo. Firmat etiam illud lib. I. *Adest vicinus interitus, mors omnia finiens, & cunctis adimens sentientibus vitam.* Lib. VI. *Cui debent dii una nobiscum quod esse se sentiunt, & vitali in substantiâ contineri.* Martialis lib. I. Epigr. I. Lin. 11. Lin. 12.

Cui lector studiose, quod dedisti
Viventi decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent Poëtæ.

Rationibus conferre, & cōstitutionibus mūdi, ut sine hominibus condi non potuisse credatur, nec obtenturus integritatem sui, nisi ei contentio animalis miseri & supervacui jungeretur? Lego, *Rationibus confert & c. m.* Pag. 72. Lin. 27.

Cap.

Cap. VIII.

Fellitare. Petronii lectio defensa. Crepitaculis infantes sopiti. Πλαλαγώνια. Chrysologus & Capella correcti.

FEllare atque *Fellitare* est idem quod *Sugere*. Glossæ veteres Latinæ. *Fellitat*, *sugit*. Arnobius. Pag.73. Lin.2. *Exsugerent fellitantes mammas, proluvie linerent & madidarent se suâ: & ut ad silentium pavidi nutricis motibus* (malim *vocibus*) *& crepitaculis adducerentur auditis*. Varro Manio. *Tum eum, ad quem veniunt in hospitium, lac humanum fellasse*. Item Sesquivlysse. *Nisi quod lupam alumni fellârunt olim*. Vide Nonium. Martialis lib.11. Epigr.50.

Si fellas, & aquam potas, nil Lesbia peccas,
Quâ tibi parte opus est Lesbia sumis aquam.

Et alibi.

Corue salutator quare fellator haberis?

Solinus cap.XLVII. *Quod si prareptum statim fuerit, nequaquam mater pullo prabet ubera fellicanda*. Macrobius lib.VII. cap.XVI. *Nutrices pueros fellantes operimẽtis obtegũt cum sub lunâ pratereũt*. Nam ita legendum ibi, non *pascentes*, quod reponit amicus meus Ioannes Potanus; uti nec in Petronio. Nam *nascentibus pueris* nihil aliud est, quã quemadmodum dixit Arnobius lib.1. *Cui non sit ingenitum, immò ipsis panè in genitalibus matris nõ impressum*. Auctor Dialogi de Oratoribus suggerente meo Scriverio. *Propria & peculiaria hujus urbis vitia panè in utero matris concipi mihi videntur*,

tur, &c. Chrysologus Serm. LXXII. *Dico ergo, & vos in utero adhuc penetrali voce compello, providâ exhortatione præmoneo.* Scribo, *e.v.i.uteri a.p.* Posteà quoque. *Quod adhuc in utero voce tuâ te deus adoptat in filium.* Et habet proverbii formam. In Arnobii porrò citatis verbis videmus veteres sopiendis infantibus sistra adhibuisse. Sic lib. IV. *Suxit fluenta mammarum, vagitum edidit, repsit? atque, ut fletum poneret ineptissimè tractum, crepitaculis obticuit auditis: & ad somnos inductus est in mollissimis cunis jacens, & vocibus delinitus infractis.* Martialis lib. IX. Epigramm. IX. hinc lucem capiet.

——— *Vt ab ubere raptus*
Sordida vagitu posceret æra puer.

Martianus Capella lib. I. *Crepitacula tinnitusque quîs infanti somnium duceret* (malim *somnum induceret*) *adhibebat.* Tertullianus adversus Iudæos. *Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, & signum belli non tubâ sed crepitacillo daturus.* Græci illa crepitacula πλαταγώνια vocant. Iulius Pollux Onomast, lib. IX. Τὸ δὲ πλαταγώνιον οἱ ἐρῶντες, ἢ ἐρῶσαι, ἔπαιζον. καλεῖται μὲν γὰρ οὕτω καὶ τὸ κρόταλον, καὶ τὸ σεῖστρον, ᾧ καταβαυκαλῶσιν αἱ τίτθαι ψυχαγωγοῦσαι τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων. Ita emendandus iste locus, ut monui in Spicilegio Theocritico. *Iccircò animas misit, ut in pacatâ & placidâ* Lin. 11.
tranquillitate degentes, assumerent ex corporibus causas, quibus feræ fierent, & immanes simultates atque inimicitias gererent, consererent inter se bella, expugnarent atque everterent civitates? servitutis opprimerent & manciparent se jugo: & ad ultimum fierent

fierent alterius altera potestatis natalium conditione mutatâ? Scribo, *e.a.u.f. alterius alteræ p. Ve-*
Lin.29. *ritatē cupientibus noscere rerum opponeretur obscuritas, & velut oculorū luminibus viduæ, nihil certū viderent, & per ancipites semitas, suspicionū inducerentur errore?* Scribo, *ut velut o.l.u. Penetrarent*
Pag.74. *abditas discrimine cū capitis nationes, & translatis*
Lin.16. *mercibus caritatem semper vilitatémque captarent:* Quid si? *utilitatemq; captarent.* Quamvis vulgatam lectionem defendi posse non eam inficias.

Cap. IX.

Vecticulária vita. *Lucanicus, a, um.* Isidorus correctus. Martialis illustratus. *Opici.* Mures qui concipiant. Iuvenalis explicatus. *Utilitas* pro usu.

Pag 75.
Lin.4. *ICcircò animas misit, ut divini ponderis & gravitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, castitatis dispendio compararent, conspiciendis quærerent corporibus fucos, innecterent his colla, laminas pertunderent aurium.* Locus luxatus. Restituo, *c. d. cōpararent, innecterent his colla, conspiciēdis quærerent corporibus fucos, laminas p.a.* quod, ne quid dissimulem, monuit olim doctissimus amicissi-
Lin.9. musque juvenis, Ioannes à Wouweren. *Nec in formas erubescerent masculorū calamistris vibrare cæsariem, cutem corporis levigare.* Romanus habet, *in formis.* Benè: Neque placet viri maximi mutatio qui *ii* pro *in* substituit: quod præcedentia non admittunt, nam de animabus loquitur, quibus masculini generis, ut Grammatici loquun-

tur,

tur, pronomen adjungi non poteſt. *Domos ut effringerent, noctibus ſollicitarent, abigerent, prævaricarentur, & proderent.* Locus depoſitus: Lego cũ Scriverio meo, *d.v. effringerent vectibus, ſollicitarent.* Non tamen ut volo, & niſi me fallit judicium deeſt aliquid. Illi autem (dicam per occaſionem) qui noctu ædes vectibus effringebant, *Vecticulariam vitam vivere* dicebantur. Feſtus. *Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt, furandi gratiâ.* Cato eleganter de hâc dixit. *Vecticulariam vitam vivere, repentè largiter habere, repentè nihil.* *Vt ſpirulas, & botulos facerent, iſicia, caſtellamenta lucanica, ſuminatam cum his carnem, & glaciali conditione tucceta?* Efferebant veteres tribus generibus. *Lucanicus, a, um.* Chariſius lib. I. *Quæcumque derivantur, & mediæ ſunt poteſtatis, quovis genere dici poſſunt, ſumunt enim genus ab iis quibus conjuncta ſunt, utputa Lucanicum intelligitur pulmentum, & inteſtinum, & hic Lucanicus ſubauditur botulus, aut apparatus: & hæc Lucanica fœminino genere intelligitur hira, hoc eſt inteſtinũ, aut aliud quod unuſquiſque intelligere voluerit. Sumptum eſt enim nomen ab inventoribus Lucanis.* Atque maſculinè quidem, quod ait ille, non memini legere. Fœmininè eſt apud Varronem de L.L. lib. IV. *Lucanicã dicunt, quod milites à Lucanis didicerunt, qui & à Faleriis Faliſcum ventrem.* Gloſſarium. *Lucanicæ*, Ἀλλάντια. Iſidorus Orig. lib. XX. cap. II. *Lucaniæ dictæ, quod prius in Lucaniâ factæ ſunt.* Scribo, *Lucanicæ d.* Martialis.

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.

In

In neutro genere est apud eundem Martialem
Lin.22. lib. IV. Epigr. XLVI.

Et thuris, piperisque tres selibra,
Et Lucanica ventre cum falisco.

Item apud Statium Sylv. IV. in Risu Saturnalitio ad Plotium.

Non lardum grave, debilisve Perna.
Non Lucanica, non graves Phalisci.

Lin. 30. *Venalia ut prosternerēt corpora, virilitatem sui populo publicarent, in lupanaribus prompta, in fornicibus obvincta, ad oris stuprum parata.* Horrenda profectò illa libido, de quâ loca passim. Lactantii unicum adducam lib. VI. cap XXIII. *Quid dicam de iis, qui abominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent? Piget dicere; sed quid his fore credamus, quos non piget facere, & tamen dicendum est quia fit. De istis loquor, quorum teterrima libido, & execrabilis furor ne capiti quidem parcit.* Latini ejusmodi homines *Opicos* appellabant. Plinius lib. XXIX. *Nos quoque dictitant barbaros, & spurciùs nos, quam alios opicos appellatione dedecorant.* Agellius lib. I. cap. XXI. *Hic ego ad nostros juvenes convertor, Quid, inquam, vos opici dicitis mihi.* Lib. XI. cap. XVI. *Tum ille opicus verbis meis inchoatis & inconditis adductus,* &c. Iuvenalis quoque Sat. III. *Opicos mures* appellat, quia salem lingentes concipiant, & ita Venerem quodammodo ore exerceant. Martialis, Ausoniique loca prætereo. Legerim porrò in Arnobii verbis. *Utilitatem sui p. p.* Est autem heic, *Utilitas* non χρησιμότης, sed χρῆσις. Et hæc est propria & prisca notio: nec alia Varro usurpavit lib. I. de Vitâ

Pop.

Pop.Romani.*Itaque ea sibi modò ponere ac suspendere,quæ utilitas postularet,trulleum,matellionem, peluim,nasiternam*.Auctor ad Herennium lib.IV. *Si idoneus esse potest ad eas utilitates & aptus, quæ desiderantur ab equo*. Plautus Epid.Sc.*Malè morigerus. Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincerè, an parum?* Posteà, quia quicquid usum sui præstat,commodum & emolumentum adfert, factũ ut pro iis *Utilitas* acciperetur. *Cúmque eas tales atque hujusmodi sciret,in corpora ire jussisse, quorum induta carceribus sub procellis agerent quotidiè tempestatibusq; fortunæ, & modò turpia facerent, modò paterentur obscæna*.Corrigo,*m p.obscena*.Eo pacto plus decoris & acuminis accedat sententię. Pag.76. Lin.31.

Cap. x.

Arnobii locus de Catonis expressus.

Sed procul hæc abeat (ut eadem rursus frequentiusq; dicamus) tam immanis & scelerata persuasio,ut ille salus rerum deus omnium,&c.An non hoc ineptum? dicere deum salutem rerum omniũ,cum ne hominum quidem sit,(ut cętera animantia & inanima taceam)nisi fideliũ.Emendo, *ut ille sator rerũ*. Repetere se promittit quæ anteà dixerat:ea hęc sunt.*Sed procul abeat sceleratæ opinionis immanitas,ut Deus credatur omnipotẽs,magnarum & invisibiliũ rerum sator,& conditor,procreator*,&c. *Perfecta omnia faciens, & integritatis suæ conservantia mensiones, aut aliquid fecerit claudum, & quod eminus esset à recto, aut ulli rei* Pag.77. Lin.14. Lin.18.

fuerint miseriarum aut discriminum causa. Scribo, *ulli rei fuerit.*
Pag. 78. Lin. 1. *Si infucata vultis audire, nec ab aliquâ vocis ostentatione deducta: item confitemur nos istud ignorare.* Interpungo, *o. deducta item, confitemur n.i.i.*
Pag. 79. Lin. 1. *Sed & boni, dicetis, sunt in rebus humanis, viri sapientes, justi, inculpatis atque emendatissimis moribus.* Interpungo, *i.r. humanis viri, sapientes,* &c.
Lin. 19. *Aut esse auream terram, quod in verruculâ collis unius insint exigua micula, quibus nascitur colliquefactis aurum.* Geminus locus lib. v. *Etiamne credemus deum numinis tanti tractum esse ad terras, & in verruculâ collis unius cum homunculo stantem altercabilem cõseruisse sermonem?* Expressit autem de isto Catonis in libris Originum. *Censeo, si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamq; uti occupent imperes.* Vide Agellium lib. III. cap. VII. & Nonium *Verruca.*
Lin. 25. *Nec modò non parui, sed esse nullius existimandum est nominis, quod per omnia diffusum perit, & in magni corporis intercipitur vastitate.* Legendum, *e. est mominis,* ut supra monui.
Lin. 30. *Quine isti sunt? dicite. Philosophi, credo, qui se esse solos sapientissimos autumãt, & in hujus nominis superciliũ sustulerũt.* Sagacissimè locum mutilũ odoratus Ianus Dousa F. quid tamẽ deesset invenire nõ potuit. Libet suspicari scribendũ esse, *& in hujus nominis felicitate superciliũ s.* Sic ait lib. I. *Nec postquã gens nostra felicitate donari hujus vocaminis meruit, irrupisse has labes.* Sanè tale quid desideratur.
Pag. 80. Lin. 10. *Qui ergo luctatur animorum ingenitas corrigere pravitates, is apertissimè monstrat imperfectũ se esse.* Scribo, *animarum*

*marũ i.*Nam de iis totus heic sermo. *Id est, ani-* Lin.29.
mas sede ab superâ & regione descẽdere. Valde ve-
lim omnia ejicere, ut glossema, nisi propugnaret
stylus Arnobianũ nescio quid redolens. *Nã &* Pag.81.
videmus alios ex sapientibus dicere, tellurẽ esse ho- Lin.15.
*minem, matrẽ aquam, tum alios aërem, spiritum his
alios jungere, solem verò nõnullos horum esse opificẽ,
& ex ignibus animatos ejus vitali agitatione motari.*
Lego, & dispungo, *i.e. hominũ matrem, aquã tum
alios, aërẽ spiritum his a.i.* *Considerandũ est vobis* Lin.8.
*sollicitè, ne dum honorare nos Dominum tali inter-
rogatione censemus, in contrarium labamur nefas,
majestatis ejus eminentiam destruentes.* Scribo, *C.
est nobis s.* *Cur in noxios deniq; terribilibus pœnas* Lin.27.
constitutis legibus? Scribo, *cõstituitis.* *Respondea-* Pag.83.
mus necesse est, nescire nos ista: nec quæ nullis possent Lin.3.
*facultatibus comprehendi, expetisse aliquando aut
studuisse cognoscere, meliũsque ducentes, quinim-
mò potius, magis inscientiæ finibus atque ignorantiæ
permanere, quam sine Deo dicere nihil fieri per volũ-
tatẽ.* Restituo, *quinimmò potius magis in inscientiæ
f.a.i.p. quam scire dicere Dei nihil fieri prater vo-
luntatem.* *Apud nos parvum est, nec in magnis* Lin.18.
ponderibus duximus, vel ignorare istud, vel scire.
Malim, *ducimus.* *Cumq; ex his vera sit una sentẽ-* Pag.84.
tia, aut nulla ex his certa, similiter hic quoque argu- Lin.19.
menta omnibus præstò sunt. Lego, *at nulla ex h. c.*
Inanissima igitur res est & supervacui operis, tan- Pag.85.
quam scias aliquid promere: aut velle, scire conten- Lin.9.
dere. Lego, *aliquid promere velle: aut scire conten-
dere.* Vel hoc modo, *aut bellè scire, contende-
re.* *Et si sit verum, posse videas destrui.* Depono Lin.10

hunc locum in viâ, si fors prætereuntium quispiam medelam sciat.
Lin.16. *Nescimus quisnam sit animarum conditor, quis constitutor? quæ causa hominem finxerit?* Scribo, *quâ causâ h.f.*
Lin.20. *Si suspitionum exponere volueritis audaciam, potestis explicare, ac promere: mundus iste, qui nos habet, utrumne sit genitus, an tempore in aliquo constitutus.* Scribo, *aut tempore in a. c.* vel *ac tempore*. Sic pag. 88. *ac* pro *an* scriptum est. Bruno noster *ingenitus* malebat.
Lin.25. *Potestis inducere atque expedire rationem. cur non fixus atque immobilis maneat? sed orbe toto semper circumferatur in motu, suâ ipse sponte & voluntate circumagatur? an virtutis alicujus impulsionibus torqueatur?* Interpungo *a. i. maneat, sed o. t. s. c. i. motu? suâ i. s. e. v. circumagatur, an v. a. i. torqueatur?*

Cap. XI.

Nix à veteribus ἐριῶδες ὕδωρ appellata. Martialis illustratus.

Lin.33. ELeganter equirinè dictum, *quid nivem in plumeas subaperiat crustulas.* Et posteà, *quod imbres ac nives plumeas, & Æoli ora dilatarit.* Sed Martialis quoque, de nivibus agens, lib. IV. Epigramm. III.

Adspice, quam densum tacitarũ vellus aquarum
Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus.

Nota, *vellus aquarum.* Græci enim veteres nivem περιφραστικῶς appellabant ἐριῶδες ὕδωρ. Eustathius ad Dionysii περιήγησιν. Τὴν χιόνα ἐριῶδες ὕδωρ ἀστείως οἱ παλαιοί φασι, τοῦ σοφοῦ βασιλέως Δαβὶδ ἀφορμὴν ἐνδόν-

ἐνδόντος αὐλοῖς, ὅτε εἴπῃ, διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον.
Quo ex materia genere humanorum corporum con- Pag. 86. Lin. 20.
creta & solidata sunt viscera? Scribo, *solidata sint.*
Beluarum, & anguium tam infinita atque innume- Lin. 24.
rabilia genera, cujus causâ sunt informata, vel pro-
dita? quid in mundo faciunt bubones, &c. Scribo,
c. causâ sint i. v. p. q. i. m. faciant b. *Ipsa deinde* Pag. 87.
hæc quid sint. sapor dico, id est, sapor, & cætera qua- Lin. 7.
litatum distantias quibus ex rationibus ducant.
Emendo, *sapor dico, ut est sapor.* *Cū mortalium* Lin. 24.
sciret cœcam esse naturam, neque ullam posse com-
prehendere veritatem, positarum nec ante oculos re-
rum pro comperto habere, & cognito, quicquid sibi
esse suasisset. Emendo solâ interpunctione, *verita-*
tem positarum nec ante oculos rerum, pro &c. *Re-* Pag. 88.
bus enim ex omnibus, quas augusta continet divini- Lin. 2.
tatis obscuritas, solum esse indubitabilem, solum ve-
rum, & de quo nullus ambigere, nisi amens, possit, &
desperationis insana. Locus mutilus, & vereor ut
ejectę sint duæ voces propter similitudinem, & ita
scribserit Arnobius, *solum esse indubitabilem in-*
dubitabile est. Certè tale quid omninò deest. Cau-
sa mendæ, quia abbreviatè scribtum erat, *indubi-*
tabilem indubitabile ē. *Alieno ex lumine, ac pro-* Lin. 11.
priis luceat fulgoribus luna. Scribo, *an propriis.*
Quod & Ianus Dousa P. M. ante me animadver-
tit. *Vestra in ancipiti sita est salus animarum ve-* Lin. 19.
strarum, & nisi vos applicatis Dei principis notioni,
à corporalibus vinculis exolutos exspectat mors sæ-
va. Pessimi librarii, ut pro lubitu in auctore hoc
nostro grassati! Suprà voces binas ejecerunt, hic
addiderunt: istæ sunt, *animarum vestrarum.* Indu-

Pag. 89. co audacter. *Nec praetereà quisquã est, qui longa-*
Lin. 6. *vas facere perpetuitatis possit, & spiritum subroga-re, nisi qui immortalis & perpetuus solus est.* Locus luxatus. Restituo, *l.f. possit, perpetuitatis & spiritũ s.*
Lin. 20. *Quando primum anima corporibus illigata, quis auctor junctionis istius, quinimmò ipsius quisnam hominis fabricator?* Lego, *quis auctor vinctionis.* Et sic suprà quoque legendum, ut monet V.
Lin. 34. CL. Theod. Canterus. *Si arrogantia, si typhus, si elatio abesset à vobis, jamdudum hoc scire potuistis auctore.* Lego, *scire potuissetis.*
Pag 91. *Hanc omni-*
Lin. 23. *potens Imperator voluit esse salutis viam: hanc vitam, ut ita dixerim, januam, per hũc solum est ingressus ad lucẽ, neque alias datum est vel irrepere, vel invadere, caeteris omnibus clausis, atque inexpugnabili arce munitis.* Corrigo, *per hanc solùm est i.a.l. n. alias d.e.v.i.v.i.c.o.c.a.i. arte m.*

Cap. XII.

Cludere. Successus. Ammianus Marcellinus correctus.

Lin. 29. *CONciliaveris illas atque inflexeris potestates, ne ad caelum redeunti vias claudant, atque obsepiant transitũ.* Scribserat Arnobius voce antiquâ, *vias cludãt*, ut ex Romanâ editione patet: nec Gelenius mutare debuerat, maximè cũ & eâ utatur lib. VII, *Non si mille tu pondera masculi thuris incendas; caelumq; hoc totum redundantium vaporũ nebulositate cludatur.* Tertullianus Apolog. *Properavit opinor, & caelum semel clusit, & nunc utique melioribus apud inferos mussitantibus erubescit.* Idẽ adver-

adversus Marcionem lib. III. *Igitur si priorē venisse, & priorem de posteris pronuntiasse, hoc fidem cludet.* Cyprianus cōtrà Demetrianum. *Quereris cludi imbribus cælum, cum sic horrea cludantur in terris.* De bono patientiæ. *Interfectores suos, si conversi ad eum fuerint, suscipit, & patientiâ suâ salutari ad conservandos benignus & patiens ecclesiam suam nemini cludit.* Seneca epist. XII. *Sed jam debeo epistolam cludere.* Cicero de Nat. Deor. lib. 2. *Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus clusit.* Martialis lib. II.

Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ.

Seneca Thebaide. Varro de Re Rust. alii. Ad illa autem verba. *Quod structis domibus, & lautioribus successibus institutis, non antiquas adamaverint casulas* emendandus Ammianus lib. XXII. *Sunt & syringes subterranei quidam & flexuosi secessus.* Lego, *successus.* Idem noster Afer non semel utitur hac voce tali facie. Lib. V. *Per profunda altitudinis speluncam rex prosiliens manium raptam virginem secum vehit, & terrarum absconditur successibus rursus.* Lib. VI. *Successus quidam* (ita scribo) *parui, atque (ut verius eloquar) genus augustissimum cavernarum* Lib VII. *An hiatus aliquis, aut ex molibus inæqualiter aggeratis successus quidam, & fornices in quos intulit se raptim, circumscripto tuentium visu.* D. Scaliger tamen Arnobiū ex Ammiano emendandum censet. *Commune est omnibus, & ab ipsis penè incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, & quod esse constituerit pretiosius, lætius id consectari, & petere.* Scribo, *quod esse constiterit.* *Itaque cum*

Pag. 92. Lin. 8.

Lin. 11.

Lin. 15.

cum nobis intendetis averſionem ex religione priorum, cauſam convenit ut inſpiciatis, non factum. Malim, *cum nobis intentetis.*

Cap. XIII.

Deſtina. Ἄτλας. Telamo. Gloſſæ emendatæ. *Indigitamenta.* Servius emacularus.

Pag. 94. Lin. 3. DEſtina vox non nimis herclè uſitata; quid tamē deſignet facile colligere ex iſtis Arnobii. *Non poſt Theutin Ægyptium, aut poſt Atlantē (ut quidam ferunt) geſtatorē, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cæli?* utitur quoque Corippus lib. 1.

Et Thomas Lybicæ nutantis deſtina terræ.

Braulion in vita Iſidori. *Quē deus poſt tot defectus Hiſpaniæ noviſſimis tēporibus ſuſcitās, credo ad reſtauranda antiquorū monumenta, ne uſquequaque ruſticitate veteraſceremus, quaſi quandam appoſuit deſtinam.* Sed ad Atlantē redeam: ab eo cæli geſtatore etiam ædium columnę ἄτλαντες dictę, Latinè *Telamones*, uti notavi ad Lycophronem. Emēdandū obiter Gloſſariū, ubi ita. *Telamo*, Ἄγλαςορος. Scribo, Ἄτλας τὸ ὄρος. Eſt porrò in Arnobio.

Lin. 9. *Nam ſi verū eſt ex Saturno atque ejus uxore Iovem ſuis cum fratribus procreatū, ante nuptias & partus Opis nuſquā fuerat Jupiter, Jupiter tam ſupremus* Pag. 95. *quam Styguis.* Scribo, *nuſquam fuerat Iupiter tam* Lin. 33. *ſupremus q. S.* Malè repetita illa vox. *Trecenti ergo ſunt pleni & ſexaginta poſt hos anni, res ita eſt, ut indicat ſupputatio.* Fortè, *res iſta & ut indicat ſ.*

Pag. 96. Lin. 1. *Cujus ſocer Latinus fuit? Æneæ, genitoris Latini, cujus?* Coaluiſſe putem dictiones, ſcribendumq; genitor

genitor generis Latini. Quis caput, aut fons rerũ Lin.25.
est? non ipse? cui debet æternitas hoc ipsum quo nun-
cupatur æternitas? non ipsi? Mavelim, *h. ipsum quod*
nuncupatur. Nõ ergo quod sequimur novum est, Lin.28.
sed nos serò addidicimus quidnam sequi oporteat &
colere, aut ubinam convenire, & spem salutis affige-
re, & salutaria subsidia collocare. Scribo, *aut ubinã*
conveniret spem s.a. Sed caussa in hujusmodi ver- Lin.34.
titur sola. Locus mutilus, & deploratus, in cujus
restitutione nõ facilè me expedivero, itaq; ἐπέχω.
Posteà ait. *Non doctorum in literis continetur,* Pag.97. Lin.10.
Apollinis nomen Pompiliana indigetamenta nesci-
re? ubi indigetamentorũ mentio revocat in men-
tem mihi verba Servii Georg. lib. 1. glossemate
polluta, quæ proponam ut emaculem. Ita habẽt.
Nomina hæc numinum in Indigitamẽtis inveniun-
tur, id est, libris Pontificalibus, qui & nomina deo-
rum, & rationem ipsorum numinum continent. Pri-
mo rejicio quatuor illa, *id est, libris Pontificalibus.*
Deinde scribo, *quæ e.n.d.e.r. ipsorũ nominũ:* unde
liquet *Indigetamenta* quid sint. Meminit eorum
quoque Censorinus cap. III: *Sed alii sunt præterea*
dii complures hominum vitam pro suâ quisque por-
tione adminiculantes, quos volentem cognoscere in-
digetamẽtorum libri satis edocebunt. Quinimmò Pag.99.
edocti sumus minas omnes quæcũque sunt, parvi du- Lin.22.
cere, atque æstimare fortunæ. Ac si quando ingrue-
rit vis quæpiam gravior, quam finem necesse sit con-
sequi, adscribere infortunio. Distinguo, *p. d. a. æsti-*
mare. Fortunæ ac s. q.

IOANNIS MEVRSI
CRITICI ARNOBIANI,
LIBER III.
Cap. I.

Lustricus dies. Nomina infantibus Romæ & in Græciâ quando imponi solita. Aurelii Imperatoris mutatio. *Alii cætori.* Arnobii phrasis notata.

Pag. 102. Lin. 13. ET *hoc quidem à nobis fuerit ita prolatum, si*
modò liquet & constat, præter ipsum regem
& principem, esse non alia capita, quæ dige-
sta & superata per numerum, velut quendam popu-
lum plebeiæ multitudinis faciant. Emendo, *esse non-*
nulla capita. Repete præcedentia, verè emendasse
Lin. 22. videbis. *Non in simulacris propositos, quos vide-*
mus, sed in eâ substantiâ, in quâ conveniat æstima-
ri, tanti esse nominis oportere virtutem. Scribo, *tan-*
Lin. 28. *ti esse numinis.* *Astipulamur, acquiescimus, nec in*
aliquâ quæstione dubitabile istud ambiguumq́; con-
pag. 103. *figimus.* Scribo, *ambiguúmque conficimus.* *Sed*
Lin. 4. *& illud rursus desideramus audire à vobis, imposi-*
táne habeant hæc nomina, quibus eos vocatis, an ip-
si hæc sibi diebus imposuerint ludicris. Interpungo,
& corrigo, *d. audire, à vobis impositáne h. h. n. a.*
i. h. s. d. imposuerint lustricis. Is dies appellabatur

Lustri-

Lustricus, ut notum, quum infantibus nomen daretur, atq; is maribus nonus, fœmininis octavus testibus Festo, Macrobio, Plutarcho. Atq; id apud Romanos quidem: apud Græcos enim decimo, ut liquet ex Harpocratione, Suida, Hesychio, Auctore proverbiorū, Aristophanis Scholiaste, & aliis. Nec verò semper, sed & septimo nonnumquam. Harpocration. Τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάδας ἦγον, καί τά γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς, οἱ μὲν, ἑβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ λέγει, οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ. Aristoteles lib. IX. de Animal. Τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ. Imminuit posteà apud Romanos M. Aurelius, & tertio die nomina imponi iussit. Iulius Capitolinus in vitá ejus. *Inter hæc liberales causas ita munivit, ut primus juberet apud præfectos ærarii Saturni unūquemque civium natos liberos profiteri, intrà tertium diem nomine imposito.* *Quemadmodum potuistis vocabula his dare, quos neque videbatis, neque quales, aut qui essent, in nulla cognitione norâtis?* Lego, *quos neque videratis a. n. q. a. q. e. in ullâ c. n.* *Unde tamen vobis quæ nominis hujus sensum complent? an sunt aliqui vobis in cognitione, in usum aliquando notitiamq; perlati?* Emendo, *u. t. vobis quæso nominis hujus censum complent? a. s. a. v. in cognitionē, in visum a. n. p.* Atque *censum* quidē rescribsi quia ait, *nominibus appellentur h. c. q. eos popularis censeri vulgaritas ducit.* At verò *visum*: quia dicit initio hujus paginæ. *Nūquid enim cœli aliquādo subvolastis ad sidera, singulorū facies atque ora vidistis?* *Saturnus inquit, & Ianus est,*

Lin. 8. Lin. 13. Lin. 33.

Mi-

Minerva, Iuno, Apollo, Venus, Triptolemus, Hercules, atque alii, & cæteri, quibus magnificas ædes cunctis pane in urbibus religiosa cõsecravit antiquitas. Lego, *atque alii cæteri.* Ita sæpissimè loquitur. Lib. IV. *Cæteraq; alia locis posita in obscuris.* Lib. VI. *Membraq; alia cætera, quibus constructi nos sumus.* Et passim.

Cap. II.

Arnobii nova, sed elegans, phrasis eruta, & notata. Nonius correctus.

Pag. 105. Lin. 5. ADduci ergo non possumus, ut corpora credamus deum. Nã necesse est corpora, si sunt mares ac fœmina, vi significata ex generum disjunctione. Lego, & interpungo, *c. credamus deum. Nam n. e. c. s. s. m. a. fœminæ dii, significata e. g. d.* Iacobus Bruno, juvenis diligens harum literarum, mihique amicissimus, tentabat, *n. n. e. corpora si sunt,* Lin. 18. *maris ac fœminæ vim significari ex g. d.* Sequitur *ut debeant plena esse diis omnia, neque innumeros cælos eorum capere multitudinem posse: siquidem & ipsi si perpetuò generant, & per soboles sobolum multiplicata semper innumerabilitas ampliatur, aut si obscœnitas coëundi (ita ut decet) ab dijs abest, quæ causa ratioque monstrabitur, cur insigniti sint his locis, quibus sexus se solent libidinum propriarum admonitionibus recognoscere.* Excludo vocem reiculam, scriboque, *siquidem & ipsi perpetuò generant, & per s. s. m. s. i. ampliatur. Aut si,* &c. Ita quoque Lin. 25. interpungendum. *Neq; enim veri est simile, haberi hæc frustrà, aut improvidentiam in illis suam ludere*

ludere voluisse naturam. Scribo, *aut providentiam. Nam si dii, ut dicitis, afficiuntur irâ, & animorum indignationibus incalescunt: cur eos non putemus agrè atq; acerrimè sustinere, dari sibi à vobis sexus, quibus canes porciq; formati sunt?* Necessariò mendum est; nam *acerrimè sustinere,* pro eo quod est, *molestissimè ferre,* Latinorum nemo unquam, nisi me egregiè memoria fallat, dixit: Lego, *agrè atque ægerrimè sustinere.* Hæc genuina phrasis Arnobii nostri. Similiter lib. II. *Quibus mali sumus, & pessimi, cupiditatibus,* &c. Et sæpè in hoc opere. *Hoc enim putatur in eorum literis dici, & ut vel re certâ, atque autoritate firmari.* Corrigo, *literis dicier velut res certa, atque a. f. Neque ullas formarum effigies possidere, quibus extima circumscriptio membrorum solet coagmenta finire.* Emendandus in *Coagmenta* Nonius, per occasionem hujus dictionis. *Coagmenta dicta sunt conjunctiones arcta, & compares, à cogendo, id est, stringendo.* Scribo, *& compages.*

Pag. 106. Lin. 29.

Pag. 107. Lin. 17.

Lin. 26.

Cap. III.

Petronius emendatus. *Nacca.* Anaxagoræ inepta opinio.

Pag. 108. Lin. 13.

QVod si ea quæ prompta sunt, consentaneum est & ista putari, quæ sub costis, earúmque sub cratibus cutes contegunt, atque omentorum membranulæ, gurguliones, ventriculos, venas, pulmones, vesiculas, jecora, intestinorum volubilium tractus, & per omnia viscera commeantes purpurei sanguinis venas cum arteriis spiritualibus conjugatas. Cur

quæso

quæso *venas* inter pulmones, & vesiculas, gurguliones enumerat? Deinde, cur bis in unâ periodo inculcat? Corrigo, *ventriculos, renes, pulmones*. Quam conjecturam cùm ad Scriverium meũ retulissem, idem sibi aliquando visum dixit, qua-
Lin. 31. re seriò gavisus fui. *Ergo esse dicendum est quosdam capitones, silunculos, frontones, labeones: in his alios mentones, naviôs, atque nasicas.* Interpun-
pag. 109. Lin. 17. go, *labeones in his: alios*, &c. *Insignire his partibus, quas enumerare, quas persequi probus audeat nemo, nec sine summa fœditatis horrore mẽtis imaginatione concipere.* Similis locus Petronianus ad hunc castigandus. *Nec minus ego tam fœdâ objurgatione finitâ, pœnitentiam agere sermonis mei cæpi, secretoq; rubore perfundi, quod oblitus verecundiæ meæ, cum eâ parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem quidem admittere severioris notæ homines solent.* Scribo, *quam ne ad cogitationem*.
Lin. 26. *Nec pudet his orâ terreni animalis imponere, erroris alios: & stultitiæ condemnare, & in erroris ejusdem similitudine ac vitio deprahendi:* Interpun-
pag. 110. Lin. 29. go, *imponere: erroris alios & s. c.* *Ut enim si vitreus esse dicatur mundus, si argenteus, ferreus, vel ex fragili cõdolatus & fabricatus est testa, non dubitemus falsum esse contẽdere, quãvis qua sit ejus materia nesciamus.* Abjicio vocem, & scribo, *ex fragili cõdolatus & fabricatus testâ*. Nata erat è primo-
pag. 112. Lin. 5. ribus literis vocis sequentis. *Illud verò, quod sequitur, quale est, quod deos vobis inducitis alios fabros, alios medicos, alios lanarios, nautas, cytharistas, aulœdos, venatores, pastores, & quod superat, rusticos?* Nugę! Dii nulli nautę, neque enim Neptunum,

ptunum, quia maris teneat imperium, nautam, nisi ineptissimè, dixeris. Restituo, *lanarios, naccas.* Veteribus autem *Naccæ* fullones dicebantur. Festus. *Naccæ appellantur vulgò fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint.* Apuleius Milesf. IX. *Nam & oportunè maritus foris apud naccam proximum cantitabat. Ergo igitur meridie propinquante,* &c. Deos verò fullones, ut hîc naccas, antea appellavit, dicens. *Esse deos fullones, esse tonsores, qui vel sacras eluant vestes,* &c. *Sunt in sidereis montibus sylvæ, sunt lustra, sunt nemora, ut venationum præpotens in expeditionibus habeatur Diana?* Corrigo. *Sunt in sideribus montes.* Ea enim sententia erat Anaxagoræ, esse & in lunæ circulo nō solum οἰκήσεις, ἀλλὰ καὶ λόφους, καὶ φάραγγας. ut ait Diog. Laertius lib. II. in Vitâ ejus. *Vestis indigent tegmine ut virgo Tritonia curiosius stamē neat: & qualitate pro temporis, aut trilices tunicas, aut de serico imponat?* Scribserat librarius brevitatis caussâ *sericomponat.* quale sæpè observavimus in aliis scribtoribus: inde fecerūt, *serico imponat.* Malè. Ego, *serico componat.* Vestem *componere*, pro concinnare rectè dixeris, *imponere* verò, non item. Lin. 26. Lin. 39.

Cap. IV.

Imbricus. Solinus emendatus.

ERras, inquit, & falleris: non enim ipsi opifices dii sunt, sed ingeniis hominum subjiciunt has artes, atque ut vita sit instructior, tradunt scienda mortalibus. Sed qui aliquam subjicit ignaro ac nescio disciplinam, solertemq; his efficere nonnul- Pag. 113. Lin. 3.

lius

lius operis scientiâ contendit, sciat ipse necesse est primus id, quod alterum colere instituit. Hic quoque, quod & libro primo deprehendi, monosyllabum unum egregiè transpositum non leviter turbat. Restituo, & emendo, *ut vita sit his instructior, tradunt sciendas mortalibus. S.q.a.s.i.a.n.d. solertemq; efficere n.o. s.c.s.i. n.e.p. i.q.a. docere i.*

Lin. 17. *Cur esse dicatis in aliis perceptionibus gnarures, & habere solertias, in quibus singulis evincant scientiarum cognitione discreti?* Lego, *in quibus singuli se vincant.* Sic ait posteà. *Cum enim singuli singulos anteire interioris contenditis scientiæ laude, & deos ipsos, quos opinamini, tollitis.*

Pag. 114. Lin. 1. *Armentorum & pecorum gregibus Pales præsunt Innusque custodes: & cur sæva contagia, & pestilentes morbos ab æstivis avertere cessatione inimicâ non curant?* Lego, *cessatione imbricâ.* Sed nec sic benè, deest enim vox *ingruentes*, aut tale quid. Nam morbi pestilentes accidere solent magno æstu solis, & pluviæ cessatione. Restituenda hæc vox quoque Solino cap. x. *Nam homo Sardus opem plurimam de imbrico cælo habet.* Ita est in vetere codice meo cuso Bononiæ anno CIƆ. IƆ. Hodiè exemplaria habēt, *de imbrido cælo.* Pessimè. Festus. *Imbricâ tempestate pluviam videtur significare.* Sed fallor, & in Arnobio nihil mutandum.

Lin. 13. *Divinationis sciētiam largitur hariolantibus Pythius: & cur obliquata, dubia, cur obscuritatibus submersa caligine dat sæpius submonstrátque responsa?* Lego, *obscuritatis submersa c. d. s. subministrátque r.*

Cap. V.

Vica. Pota. Educa. Potina. Nonius, Donatus, & Augustinus castigati.

VIcta & potua sanctissima victui potuiq; procurant. Valdè velim *Vica* & *Pota*, nisi in veriloquio dissentiret Cicero. Nam quam *Victam* Arnobius vocare videtur, ab Romanis priscis *Educa* appellata fuit: & quæ *Potua* huic, illis *Potina*. Nonius, *Edusam & Potinam deas præsides vult haberi puerorum Varro Cato, vel de liberis educandis. Cum pro cibo & potione initiarent pueros, sacrificabatur ab edulibus Edusæ, & à potione Potinæ nutrici.* Scribo, *Educam* & *Educæ*. Augustinus de Civitate Dei, lib. IV. cap. XI. *In divâ Potinâ potionem ministret. In divâ Educâ escam præbeat.* Cap. XXXIV. *Sine Educâ & Poticâ escam potumq; sumpserunt.* Scribo *Potinâ*. Donatus ad Terētii Phorm. Act. I. Sc. I. *Legitur apud Varronem initiari pueros Eduliæ, & Poticæ, & Cubæ, divis edendi, potandi, & cubandi: ubi primū à lacte, & à cunis transierunt.* Corrigo. *Educæ & Potinæ.* *Quid? quod nō contenti tam deformibus subdidisse atque implicuisse deos curis, naturas his etiam feras, truculentas, immanes, malis gaudentes semper, atque humani generis attribuitis vastitatem.* Lego, *vastitate.* Naturas, inquit, feras, immanes, truculentas attribuitis diis, gaudentes malis, & humani generis vastitate. Nam ita construenda illa verba. *Non commemorabimus hoc loco deam Lavernam furum, Bel-* Pag. 115. Lin. 10. Lin. 16. Lin. 29.

E lonas,

Ionas, Discordias, Furias, & lava illa quæ constitutis numina taciturnitatis silentio præterimus. Scribo, *silentio præteribimus.*
pag. 116. Lin. 1. *Dissensionibus gaudere civilibus, commorientium fratrum parricida nece, & ad ultimum filiorum & patrum parricidali cõgressionis horrore.* Vox truncata. Scribo, *c. fratrum parricidali nece.* Simile mendum apud Nonium. *Innumera pro innumerabili. Lucret. lib. II. Non est una, sed numero magis innumera.* Corrigendum, *Innumerali, pro i.* deinde in Lucretii versu, *N. e. unica s. n. m. innumerali.* Quod monuit me Scriverius meus.
pag. 117. Lin. 6. *Alius aliud de ejusdem dicitis rebus, & innumeros esse conscribitis, quos esse singulos semper consensio accepit humana.* Emendo, *de eisdem dicitis rebus,* &c.

Cap. VI.

Fons. ejus delubrum, & aræ. *Fontinalia* sacra. *Fontinalis* porta. Iuno *Fluonia. Sororia. Opigena. Februlis.*

Lin. 11. S*Equitur, ut intelligi debeat, nullum unquã fuisse Janum, quem ferunt Cælo atque Hecate procreatum in Italiâ regnasse primum, Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum.* Scribo, *patrem Fontis.* Hunc Martianus Capella lib. I. recenset inter secundæ regionis cæli Deos. Meminit hujus etiam Cicero lib. II. de Legibus, & Varro de L. L. lib. V. Invenio etiam in vetere inscriptione. GENIO NVMINIS FONTIS. Delubrum habuit juxtà portam Capenam, quę *Fontinalis* ab eo dicta. Aras quoque in Ianiculo, prope quas

quas ſepulcrum Numæ. Sacra ejus *Fontinalia*, celebrabantúrque propridiè Idus Octobres. *At- que per vos Dei nomen eraditur, quem in cunctis anteponitis precibus, & viam nobis pandere deorum ad audientiam creditis.* Scribo, *e.v.vobis.* Lin.15. *Nam quid de ipſo dicemus Iove, quem ſolem eſſe dictitavere ſapientes agitantem pinnatos currus, turba cōſequente divorum?* Lin.30. Scribo, *Jam q.d.* *Nulla ſoror & conjunx omnipotētis reperietur Iovis, nulla Fluvionia, nulla Pomona, nulla Oſſipagina, nulla Februtis.* Pag.118. Lin.6. Omnia heic mendoſa. Emendabo ordine. Primò itaque lego, *nulla Fluonia.* Feſtus. *Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.* Deinde pro *Pomona*, legerim *Sororia.* Conſidera mihi ductus literarum. Sororiæ Iunoni & Iano Curiatio aras cōſecravit Horatius populi fauore abſolutus cæde ſororis. Vide Feſtum in *Sororium tigillum.* Cæterū nec de Oſſipaginâ memini quidquam legere. Nam ſi demus eandem eſſe cum eâ quæ lib. IV. *Oſſipago* nominatur, neque ſic video cur ferri debeat, aut poſſit, cum Iunonis cognomina recenſeat. Fortè ſic melius. *Nulla eſt Opigena.* Nam Iuno *Opigena* eadē cum *Lucinâ.* Feſtus. *Opigenam Iunonem matronæ colebant, quod ferre eā opem in partu laborantibus credebant.* Poſtremò lege; *nulla Februlis.* Idem Feſtus. *Februarius menſis dictus, quod tum, id eſt, extremo menſe anni, populus februaretur, id eſt, luſtraretur, ac purgaretur, vel à Iunone Februatâ, quem alii Februalem, Romani Februlim vocant.* Atque hæc emendatio Iani Douſæ, V. N.

Cap. VII.

Metis à Iove devorata. Coryse. Minerva ἱππία. Suidas emendatus.

Lin. 17. MOnstrosissima menda sunt in istis verbis. *Quod si accipit res fidem, nulla est ergo mentis filia, nulla victoriæ, nulla Jovis elata de cerebro inventrix oleæ, nulla magisteriis artium, & disciplinarum varietatibus erudita.* Apud quemnam scriptorem lectum unquam? Minervam esse filiam mentis, aut victoriæ. Equidem Mentem & Victoriam deas habitas scio: quarum hanc consecravit primò Attilius Regulus, posteà Æmylius Scaurus, illam verò bello Samnitico Attilii collega in consulatu M. Posthumius Megellus. Sed hoc Romæ non in Græciâ, ubi nata hęc Dea. Attamē Victoria etiam Athenis culta; ubi & simulacrum alis privatum habuit. Nondum hoc constituit, quod hic textus præfert. Emendo itaque. *Nulla est ergo Metis filia, nulláve Corysæ.* Prima Iovis uxor Metis fuit, quam cum ille gravidam, & Minervam parturientem, instinctu Terræ Cœlique devorasset, capite pręgnans factus, Vulcano accito, cerebróque dissecto, ipse Minervam peperit. Testis Hesiodus in Theogoniâ, his versibus.

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν,
Πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν, ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥ᾽ ἤμελλε θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην
Τέξεσθαι, τότ᾽ ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
Αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐσκάτθετο νηδὺν,
Γαίης φραδμοσύνῃσι καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Et quæ

Et quæ ſequuntur. Atque hoc de Meti. De Coryſâ etiam certum. Cicero lib. III. de Nat. Deorũ, ubi de Minervis. *Quarta Iove nata & Coryſe Oceani filiâ, quam Arcades Coryſaſiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt.* Ipſe Arnobius Lib. IV. *Deſiſtétne & illa Minervam ſe dicere, cui Coryſaſia nomen, vel ex Coryſæ matris ſigno, vel quod ex vertice ſummo Iovis parmam ferens emicuit, atque armorum accincta terroribus?* Et hęc ἱππία à Græcis appellatur. Coryſæ autem nomen apud Suidam quoque corruptum. Ἱππία ἀθηνᾶ, ταύτην ποσειδῶνος εἶναί φασι θυγατέρα, καὶ πολύφης τῆς Ὠκεανοῦ, ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν, διὰ τοῦτο ἱππίαν κληθῆναι. Lego, καὶ Κορυφῆς τῆς Ὠκεανοῦ,

Atque ita tollitur, & removetur è medio Stygii fra- Lin.22.
ter Iovis Olympiiq́ germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus atque menarum, rex ſalſorum gurgitum, & tremebundi motator ſali. Scribo, *tremotator ſoli.* Exprimere voluit epitheton Neptuni ἐνοσίχθων, & ἐνοσίγαιος. *Nam ſi verum eſt ſolem* Pag.119.
eundem Liberum eſſe, eundemq́ Apollinem, ſequi- Lin.22.
tur ut in rerum naturâ neque Apollo ſit aliquis, neque Liber: utque ita per vos ipſos abóletur, eraditur, Semelius, Pythius. Scribo, *atque ita p. v. i. a. e. Semelëius, P.* *Quod ſi exploratum, ſi fixum eſt, at-* Lin.32.
que ita ſe eſſe rei veritas monſtrat, caſſum iterum nômen eſt Cereris, caſſum Dianæ. Scribo, *atque ita ſi eſſe.* *Ut enim homo unus nequit permanente ſui* Pag.120. Lin.12.
corporis integritate in homines multos ſcindi: neque homines rurſus multitudinis junctionis differentiâ conſervatâ in unius ſenſus ſimplicitatẽ conflari. Lego, *rurſus multi diſjunctionis differentiâ.* *Cum* Pag.121. Lin.4.

 qui-

quidam (si verum est esse illos uspiam, atque incalescere irarum flammis) nihil habeant justius, propter quod in vos sæviãt, quam quod eos negatis subsistere, neque unã esse in parte naturæ. Corrigo. *Cũ*
Lin.9. *quidem. Has quidem virgines, alii matres fuisse conscribunt.* Hic versâ vice *quidam* debet scribi.
Lin.17. *Nam si liquidò sciretur, quid sit unanimis vox omniũ, & in ejusdem sententiæ finẽ cunctorum pergeret*
Lin.23. *& conveniret assensio.* Benè Grotius meus *quin sit. Vt enim de mediis conticescamus auctoribus, aut ille primus eradit, atq; interficit sex divas Musas, si esse illas constat novem.* Ejicio vocem *Musas* à
Pag. 122. Lin. 16. malâ manu adsutam. *Si quod dicitur ab his certum est, peritissimus errat Varro, qui rebus in substantiâ constitutis, inanissimas subdit, & res cassas.* Scribo, *inanissima s.* Hæc phrasis Arnobiana, vel
Lin.26. transpone, *inanissimas subdit res*, &c. *Quod si exploratum & verum est id quod Manilius autumat, in errore sunt hi maximo, qui honoribus divinis auctos consecratosq; mortales ob novitatẽ honoris existimant nuncupari.* Lego, *ob novitatum honores.* Respicit Cornificii sentẽtiam, qui dicebat eos novitatũ præsides. Vel *honoris* potest ἀρχαϊκὸν esse.

Cap. VIII.

Parvissimus. Aeribus. Apuleius correctus.

pag. 123. Lin. 16. *Sex mares, & totidem fœminas, nominibus ignotis, & miserationis parcissimæ: sed eos summi Iovis consiliarios & principes existimari.* Illustrissimus vir Iosephus Scaliger emendat, & *visceratio-*

nis parcissima, s.e.s.I.c. ac participes. Mihi præterea libeat suspicari, (temere tamẽ mutare nolim) scribsisse Arnobium, *viscerationis parvissima*. Ille enim superlativus putus putus Lucretii, quẽ imitari amat. Sic ait lib. I.

——— *parvissima quæque*
Corpora constabunt ex partibus infinitis.

Et alibi. utitur quoque Varro περὶ ἐγκωμίων. *Ante auris nodosæ soboles, & cincinni parvuli intorti demittebãtur. Oculi suppatuli, nigellis pupillis, quasi hilaritatem significãtes animi, rictus paruissimus, & refrænato risu roseo*. Festus. *Spara, paruissimi generis jacula*. Acron Od. v. lib. II. *Tunc enim paruissimæ sunt umbræ. Nam hyemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius. Modo Curetas illos qui occultasse perhibentur Iovis æribus aliquando vagitum*. Iterum de Lucretio τὸ *æribus* expressit. Ille sic lib. II. Lin. 31.

——— *pulsabant æribus æra.*

Hausit quoque inde Cato in Oratione quâ in Senatu suasit ut plura æra equestria fierent. *Nunc ego arbitror oportere restitui, quo minus duobus millibus ducentis sit ærum equestrium*. Ibidem. *De æribus equestribus de duobus millibus actum*. Vide Charisium lib. I. Phocam de Heteroclitis, Priscianum lib. VII. Catonis hæc loca ab oculos habuit Festus. *Æribus pluraliter ab ære, id est æramento dixit Cato. Vt videtis, & hic quoque nihil continẽs dicitur, nihil unâ pronuntiatione finitur*. Optimè Grotius meus, *nihil concinens*, id est, σύμφωνον. Lin. 22. *In unius proloquii finibus convenit vos stare, nec per varias distractos repugnantesq; sententias fidem* Pag. 125. Lin. 13.

ipsis rebus, quas struitis, derogare. Corrigo, *quas astruitis, d.* *Hoc est enim confidere, hoc tenere, explorate in rei cognitione defigi, nō more cæcorum atque errantium dicere.* Scribo, *explorata in rei.* Simile in Apuleio mendum, Milef.v. *Et tu quidem soror videris quàm patienti, vel potius servili, dicam enim liberè quod sentio, hic perferas animo, enimverò ego nequeo sustinere ulterius tam beatam Fortunam collapsam indignè.* Scribo, *collapsam indigna.* Græca phrasi *collabi* dixit, quemadmodum συμπίπτειν, pro accidere, evenire.

Lin. 17.

IOANNIS MEVRSI CRITICI ARNOBIANI

LIBER IV.

Cap. I.

Sidonius emaculatus.

Pag. 126. Lin. 3. *VTrúmne existimatis pietatem, concordiam, salutem, honorem, virtutem, felicitatem, cæteraq; hujusmodi nomina; quibus aras videmus à vobis cum magnificis exædificatas delubris, vim habere divinam, cæliq; in regionibus degere?* Scribo, *Pietatem, Concordiam, Salutem, Honorem, Virtutem, Felicitatem, cæteraq; hujusmodi numina.*

mina. Arnobius enim nõ ut virtutum, sed ut deo-
rum dearúmque nomina ponit. Sed ut heic τὸ *nu-*
mina exulat, ita malè irrepsit apud Sidoniũ lib. v.
epist. 1. *Magnum hoc est, & literarum viro con-*
venientissimum, cum studiis ipse maximis polleas, ea
& in aliis etiam numina complecti. Legendũ enim,
i.a. etiam minima c. Erit vobis videndũ, utrúm- Lin. 12.
ne istud puerile sit ludicrum, an vestrarum ad nu-
minum delusionem spectãns, quibus coæquatis & ad-
jungitis inanium figmẽta verborum? Scribo, *ac ve-*
strorum a.n.d.s.q.c.e.a i.f. verborum. Sin au- Lin. 15.
tem ex animi certiore sententiâ deos esse & hæc ra-
ti, templis & pulvinaribus honorastis, inscitiam no-
stram ut doceatis oramus, victoria, pax, æquitas, &
cætera quæ in superioribus dicta sunt, quanam ra-
tione, quâ viã intelligi possunt dii esse. Trãsposita le-
viter verba ita cõstituo. *Sin a.e.a.c.s.d. esse hæc ra-*
ti, & tẽplis e.p.h.i.n.v.d.o. Victoria, Pax, Æqui-
tas, &c. *Ut enim accidunt hæc, hominũ quæ sunt* Lin. 38.
posita in actionibus affectibus fortuitis, ita quod illis
adversum est ex qualitatibus benignioribus nomi-
natur, in aliis necesse est hæreat, ex quibus ita for-
matis figuratio ista concepta est nominum. Non uni
mendæ obnoxius iste locus. Corrigo, *hominumq;*
sunt posita in actionibus, effectibus fortuitis: ita q.i.
adversum est, & ex q.b n.i.a.n.e.h.e.q.i.f.f.i.c.est
numinum. Ac ***numinum*** quidem debere scribi, etsi
probatione minus opus habebat, adducam tamẽ
firmando similem locum qui est pag. 193. lin. 10.
Neque alias gerere super numinum figuratione sen-
tentias. Postquam feros morsus immanis prohibuit pag 127.
bellua, & ipsa esse hoc cœpit, & ipsius nominis signi- Lin. 11.

Lin.34. *ficationem traxit?* Corrigo, *e. i. eſſe occœpit.* *Rurſus verò ſi jecero plagam ad occiduam lumina, vocabulum ſiniſtri Auſter & Meridies trahet.* Scribēdum, *trahent* Abbreviatè fuerat ſcribtum *trahēt.*

Pag.129. Lin.3. Illud corrumpendo loco iſti. *Quâ ex re poterit facillimè recognoſci, neque læva naturâ eſſe ulla, ſed poſitionis & temporis, & prout noſtri corporis habuerit ſe ſitus rerum ad circumſtantiam collocatus.* Scribo, *& temporis ratione.* Nam tale quid deeſt: aut ſcribendum ſexto caſu, *poſitione & tempore.*

Lin.14. *Quid ergo ſi argillâ, aut materiâ fuerint quacunque alia fabricati foci. Genios non habebunt?* In Romano eſt, *ſi iſta.* Lego. *Quid? ergo ſi iſtâ haut,*
Lin.17. *at materiâ fuerint,* &c. *Et quid quæſo ut faciat præſidatum, focorum iſte deus ſortitus eſt?* Inter-
Lin.22. pungo, *præſidatum focorum, iſte d. ſ. e.* *Curat ut ad ſenſum palati ſuis cum iucunditatibus veniant rerum incorruptarum ſapores, & an ritè pulmenta condita ſint, prægustatoris fungitur, atque experitur officio.* Confuſa hæc verba. Reſtituo, *an ritè pulmenta condita ſint experitur, atque prægustatoris fungitur officio.*

Cap. 11.

Veha. Cyprianus, & Auguſtinus correcti.

Lin.34. E*Tiamne Mutunus, cujus immanibus pudendis, horrentique faſcino veſtras inequitare matronas & auſpicabile ducitis, & optatis? Quod ſi minus vos admonent ad intellectum veritatis res ipſæ: nec ex ipſis ſaltem poteſtis nominibus noſcere inaniſ-*

inanissimæ superstitionis figmenta hæc esse, & falsorum imaginationes deorum? Putationibus arborum Puta (inquitis) præsto est, rebus petẽdis Peta: Deus nemorum Nemestrinus est. Patellana numen est, & Patella, ex quibus una est patefactis, patefaciendis rebus altera præstituta. Nodutis dicitur deus, quia ad nudos perducit res satas: & quæ præest frugibus ferendis, Noduterensis: ab erroribus viarum dea Vibilia liberat: in tutelâ sunt Orbonæ orbati liberis parentes; in Naniæ quibus extrema tempora. Nam quæ durat & solidat infantibus parvis ossa, Ossilago ipsa memoratur. Mellonia dea est pollens potensque in apibus, mellis curans custodiensq; dulcedinem: Dicite (ô quæso ut ita vobis propitiæ faveant. Peta, Puta, Patella) si omninò non essent apes ullæ in terris, aut si exos humanum, velut quidam vermiculi, nasceremur, dea Mellonia non esset? Ossilago solidatrix ossium nomen proprium haberet? Locus aut insigniter admutilatus, & desunt aliqua post ista, *falsorum imaginationes deorum?* Aut insigniter luxatus: quales plures in his libris ostendimus, & infrà ostendemus. Præterea non uno mendo obsessus. Restituo, & emendo, *auspicabile ducitis & optatis? Putationibus arborum Puta (inquitis) præsto est. Rebus petendis Peta. Deus n. N. e P. n. e. e. P. e q. v. e. p. p. r. a. p. Nodutus d. d. qui ad n. p. r. s. e. q. p. f. terendis, N. a. e. v. d. Vebilia l. i. t. s. O. o. l. p. i. N. q. e. t. Jam q. d. e. s. i. p. o. O. i. n. M d. e. p. p. i. a. m. c. c. dulcedinem. Quod si minimè vos admonent ad intellectum veritatis res ipsæ, nec ex ipsis saltem potestis nominibus noscere inanissimæ superstitionis figmenta hæc*

esse,& falsorum imaginationes deorũ:dicite ô quaso (ita vobis propitia faveant Peta, Puta, Patella) si omnino, &c. Scribsi verò *Nodutus*, inductus ab Augustino, cui *Nodotus* est : sed analogia suadet ut *Nodutus* esse verum nomen istius dei credamus:itaque jam in Augustino quoq; rescribo lib. IV. cap. VIII. De Civitate Dei. Deinde reposui, *qui ad nodos*, quod indubiè verum, fungus est qui non videt adhæsisse fini primorem literam vocis sequentis. Posteà scribsi *frugibus terendis*, ex emẽdatione Grotii mei. Deincipe loco, *Vehilia*, ex cõjecturâ, nã *Veha* veteribus Latinis *Via*, teste Varrone de Re Rust. lib. I. cap. II. Aut certè *Venilia*, de quâ est apud eundem Varronem de L. L. lib. IV. Posteà emendavi. *Iam qua durat.* atque ita debet legi: Simile mendum apud Cyprianũ de Idol. Vanitate. *Hic literas imprimere, hic signare nummos in Italiâ primus instituit, unde ærarium Saturni vocitatur. Nam & rusticitatis hic cultor fuit, inde ferens falcem pingiter.* Etiam scribo: *Iam & rusticitatis h. c. f.* Idem mendum apud Salvianum quoque depræhendimus, quod ostendimus alio loco. Postremò, ut quod sentio dicam, malim *Mellona* scribere, quàm *Mellonia*, præeunte Augustino lib. IV. cap. XXXIV. quomodo à bubus *Bubona*, sive *Bobona*, à pomis *Pomona*. Quamvis tamen quadrissyllabicè efferantur *Fessonia, Pellonia, Feronia, Fluonia*, istæ enim non à rebus, sed ab actionibus nomina trahunt. Atque hoc quidem cum lege resipiendi, si quis melius : ego vero sic censeo.

Cap.

Cap. III.

Nescius, duplici notione. *Liburni.* Capella, Augustinus emendati.

A Gellius Atticarum Noctium lib. IX. cap. XII. docet τὸ *Nescius* duplici notione usurpari, his verbis. *Nescius quoque dicitur tam is qui nescitur, quàm qui nescit: sed super eo qui nescit, frequens hujus vocabuli usus est. infrequẽs autem de eo quod nescitur.* Et sanè postremâ ipse Arnobius. *Et unde scire potuistis quæ nomina singulis inderetis, cum esse illos ignoraretis omninò, aut inesse potentias his certas: cum esset vobis similiter nescium, quisnam eorum quid posset,* &c. Ita lib. I. *Quid dicitis ô parvuli, incomperta vobis & nescia temerariæ vocis loquacitate garrientes?* Nec aliter scribserat Martianus Capella lib. II. Hodiè est. *Non sibi quoque nescitum quid sponsus ipse perageret, quid Jovis in palatio ageretur.* Emendo, *Non sibi quoque nesciũ.* Quod in mentem sibi quoque venisse, cum ostẽderem, retulit Hugeianus Grotius meus, adolescens, verè dicam, sine exemplo. Pergit Afer noster. *Quis Libentinam, quis Liburnum libidinum superesse tutelis, quas jubet sapientia fugere, & quas mille per species propudiosa expetit & exercet obscænitas? Quis Limẽtinum, quis Limam custodiam liminum gerere, & janitorum officia sustinere: cum fanorum quotidiè videamus, & privatarum domorum convelli & subrui: nec sine his esse flagitiosos ad lupanaria cõmeatus? Quis curatores obliquitatum Limos?* Miserũ Arnobii fatum! Libri hujus quarti

Lin. 38. Pag. 135. Lin. 8.

initium

initium quam diſcerptum? non magis & miſerabilius quondam Hippolytus Theſei. Teſtes ſunt ſuperiores loci, & ipſe hic, qui quoque nõ ſolum luxatus egregiè, verum etiam mutilus, & corruptus. Emendo, *quis Liberum libidinum ſupereſſe tutelis, quas jubet ſapientia fugere, & quas mille per ſpecies propudioſa expetit atque exercet obſcœnitas? nec ſine his eſſe flagitioſos ad lupanaria cõmeatus? Quis Limentinum, q. L. c. l. g. e. i. o. ſ. cum fanorum quotidiè millia videamus, & p. d. c. e. ſubrui? Quis curatores o. Limos?* Reſcripſi *Liberum* pro *Liburnum*, quia *Liburni* hic minimè conveniebant, quos Latini veteres lecticarios appellabant. Vidẽdus Iuvenalis Satt. III. & VI. ejuſque interpres. Emẽdationi meæ firmum fulcrum ab Auguſtino habeo, qui de Civit. Dei lib. VI. cap. IX. ita loquitur. *Liberum à liberamento appellatum volũt, quod mares in coëundo per ejus beneficium emiſſis ſeminibus liberentur*, & quæ ſequuntur appoſita valdè ad hunc locum. Eundem emenda lib. VII. cap. II. *Ibi Liber, qui patrem effuſo ſemine liberat.* Malè hodiè, *qui matrem e. ſ. l.* Vide ejuſdem libri cap. III. Deinde ſupplevi, *cum fanorum quotidiè millia videamus*: nam vocem deeſſe clamat ſententia, quam ut hanc eſſe ſuſpicer, facit quia ita lib. III. quoque loquitur. *Puerperiis Juno præpoſita eſt, & auxiliatur genetricibus fœtis: & matrum intereunt cur quotidiè millia parricidalibus nixibus interempta?* Aut certè ſcribendum, *cum fanorum tot quotidiè*, &c. *Quis ad extremum*
IIII. 16. *deam Pecuniam eſſe credat, quam velut maximum numen veſtra indicant litera donare anulos aureos,*

reos, loca in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus, & quod maximè pigri ament, securum per opulentias otium. Interpunxerim: *honorem, suggestus summos, amplitudinem, magistratus*, &c. *Cur sola meruerint ossa tutelam, non meruerint ungues, pili, cateraq; alia locis posita in obscuris, & verecundioribus partibus? & sunt casibus obnoxia plurimis, & curam magis deorum diligentiámque desiderant.* Lin. 29. Scribo, *hæc sunt casibus.* Scribtum fuerat *ec*, sine aspiratâ aut diphthongo, ut solent supini isti librarii. Atque ista origo mendę. *Nec explicatur ratio, cur non rebus omnibus divinæ præsideant curæ. Si certas res esse, quibus præsint numina, & provideant, dixeritis: quid dicitis ô patres*, &c. Lin. 34. Interpungo, *d. p. curæ, si certas r. e. q. p. n. e. p. dixeritis. Quid d. ô. p.*

Cap. IV.

QVid dicitis ô patres novarum religionum, qui potestatum obscœnè à nobis deos violari, & negligi sacrilegè clamitantis, quiritaminiq; contemni Larem, Genium focorum. Limentinum præsidem liminum, Pertundā, Perficam, Noduterensem? Pag. 132. Lin. 3. Gerrę germanę! An ita inconstantem putes Arnobiũ, ut Larem nunc vocet quem paullò antè Lateranum? ita enim ait *Lateranus, ut dicitis, deus est focorum, adauctúsque hoc nomine*, &c. Equidem non nescio Larem familiarem, verum cum deïerare ausim Arnobio heic nunquam οὐδ' ὄναρ, οὐδ' ὕπαρ, in mentem venisse. Lego itaque, *Lateranum*

Genium

Genium f. Abbreviatè scributum fuerit *Larum,* quod posteà in *Larem* commutavit. *Et quia nõ*
Pag.132. Lin.7. *supplices Mutuno procumbimus atque Tutuno, ad interitum res lapsas, atque ipsum dicitis mundum leges suas & constituta mutasse.* In Romano est, *& quia non supplices, hoc est, humi procumbimus atque Tutuno.* Emendo, *& q. n. supplices procumbimus aquè Tutuno.* Nam τὰ *hoc est humi*, ut glossema certissimum induco audacter.

Lin.9. *Atquin videte, perspicite, ne dum talia confingitis monstra, taliaq́ molimini, deos offenderitis certissimos (si modò sunt ulli qui istius nominis mereantur sustinere atque habere fastigium) nec propter alia causam mala ista quæ dicitis, ferveant, & quotidianis accessionibus inolescăt. Cur ergo, è vobis fortaßè aliquis dixerit, esse falsos istos deos contendis, si invocati ab haruspicibus parent, & suis acciti nominibus veniunt, & fidelia reddunt responsa quærentibus?* Post τὰ *accessionibus inolescant* necessariò desunt quędam: videntur enim religionis suæ veritatem ex extispiciis & auguriis voluisse probare, quam partem defensionis refutare aggreditur istis verbis. *Cur ergo,* &c.

Lin.29. *Magi haruspicum fratres suis in actionibus memorant antitheos sæpius obrepere pro veris.* In Romano codice est, *pro actis.* Emendo, *pro aliis*, ut veros intelligat. Sic paullò post. *Cur ratione non pari credamus hic quoque subjicere se alios pro eis qui non sunt.*

Cap.

Cap. V.

Inferium vinum. Varro emaculatus.

AVt si sic accipere rei novitate renuitis, unde vobis est scire, an sit unus aliquis qui succedat pro omnibus quos invocatis, partibusq; se cunctis locorum divisionúmque supponens multorum vobis speciem præbeat divorum & potestatum? Quisnam iste est unus? interrogabit. Fortè possumus istum veris auctoribus dicere: sed ne nobis fidem habere nolitis, Ægyptios, Persas, Indos, Chaldæos, Armenios interroget, omnesq; illos alios, qui in interioribus viderunt & cognoverunt hæc artibus; jam profecto discetis, quisnam sit Deus unus, vel sub eo qui plurimi, qui deos se fingant, & humani generis imprudentiam ludant. Post illa, *divorum & potestatum?* non pauca desunt, de unitate Dei, & iis qui deos se fingant. Sequentia autem hoc modo interpungo. *Quisnam iste est unus? interrogabit fortè. Possumus,*&c. *Quintus Scythici regis, & versipellis habetur Circes. nam Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnivisse subrectis, supremi progenies Cæli est.* Etiam heic scribo, ut suprà, *jam Mercurius.* Toties nunc unam istam vocem corruptam observavimus: atque utinam hoc gravissimum esset mendum, minus in cæteris omnibus tollendis foret difficultatis. *Aut si verum est, quod asseveras, rationem te esse, desiste tibi nomen id, quod meum est, vindicare. nam quam dicis ratio, nam est species numinis certa, sed obscurarum intelligentia causarum.* Scribo: *non est species,*

Pag. 133. Lin. 1.

pag. 134. Lin. 4.

Pag. 134. Lin. 9.

Lin.12. *cies,&c.* *Si ergo (ut diximus) officia nobis adeuntibus religioſa Minervæ adſint quinque, ac de hujus nominis proprietate rixantes, ſibi quæque deſideret aut thuris ſuffimenta libari, aut ex pateris aureis in ſeriam vina defundi, quo diſceptatore, quo judice controverſias tollemus tantas?* Emendo, *inferia vina defundi.* Quid verò ſit *Inferium vinum* nemo eſt qui ignoret. Feſtus. *Inferium vinum, id quod in ſacrificando infrà pateræ labrum ponebatur.* Varro quoque Marcipore eleganti tranſlatione *aquam inferiam* dixit de pluviâ.

Nubes aquali frigido velo leves,
Cæli cavernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferiam mortalibus.

Lin.32. Ita lego, non, *inferam.* *Poſſumus difficiles non eſſe, ſi modò aliquid nobis dignum tanti nominis opi-*
pag.137. *nione monſtretur.* Scribſerim, *tanti numinis.* *Quo*
Lin.31. *argumento, quo ſigno? Cum enim homines utrinque, & qui hæc & illa commentati ſunt, fuerint: & de rebus incertis ab utraque ſit diſputatum parte: arrogantis eſt dicere, id quod tibi placeat, eſſe verum.* Malim, *Cum enim homines utrique,* &c. Sed teme-
Pag.138. Lin.10. rè mutare tamen nolim. *Nos enim (ne quis fortè exiſtimet ignorare, neſcire, quid iſtius nominis conveniat dignitati) ſanè nativitatis expertes deos eſſe oportere cenſemus.* Mavelim, *quod iſtius numinis*
Lin.26. *c.d.* *Quoſdam nuptias celebraſſe, & feſtas habuiſſe frequentias dicitis, & luſiſſe in his deas, & quod participes feſcenninorum non eſſent, perturbaſſe diſcordiis omnia, & in humanum in poſterum genus exitiorum ſæviſſe diſcrimina.* Scribo, *exitiorum ſeviſſe d.*

Cap. VI.

Iulius Severianus, & Lactantius restituti. Claudi olim Vulcani filii dicti.

ET quid regi Saturnio matrimoniis fuerat cum alienis rei: Non illi fuerat satis Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in reginâ poterat numinum, cum nobilitas eam commendaret tanta, facies, oris dignitas, & ulnarum nivei marmoreique candores? Scribserim, *tanta faciei*, &c. *An uxore contentus haud unâ, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus impatientiam suam spargebat passim, (ut bacchari adolescentes solent, salax deus, & canus, ex infinitis corporibus flaccescentium voluptatum restituebat ardorem?* Emendo, *ex infinitis initis corporibus.* Narro fraudem: Coaluit indubiè ista vox cum sex posterioribus literis dictionis præcedentis. Verba Arnobii hoc pacto construenda. *An salax deus haud contentus unâ uxore, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus (ut bacchari adolescentes solent) passim spargebat impatientiam suam, & canus restituebat ardorem voluptatum ex initis infinitis corporibus flaccescentiũ.* Bruno noster pro, *& canus*, malebat, *& ut canis.* *Subsessoris & adulteri persona cujus esset turpitudinis, nota cujus regum maximus nesciebat; & speculator ille, ut fama est, benè meritorum, ac pessime, quidnam deceret se velle rationibus pectoris non perspiciebat amissi?* Rescribo, *amissis?* *In humanis verò corporibus quidnam quæso inerat pulcritudinis, quid decoris, quod irritare, quod flectere*

Pag. 139. Lin. 33.

Pag. 140. Lin. 3.

Lin. 15.

Lin. 22.

oculos posset inde Iovis? Emendo, *f.o.posset in se Iovis?* Simile pænè mendū in Iulio Severiano Rhetore memini olim adhuc ἔφηβος tollere, in illis verbis. *Sed ubi Iudicem non intellexisse perspexeris, nunquam ei tarditatem ingenii objeceris, sed antè culpam retorque quod parum dixeris.* Lego, *sed* Pag.141. *in te culpam.* *Nunquid parricidii causâ vinctū* Lin.9. *esse Saturnum, & suis diebus tantis vinculorum pōderibus relevari?* In Romano est, *& ab his diebus.* Conijciebam, *& aliquis diebus.* Nec verò video cur pro *tantis* vir magnus *tantum* velit reponere: sensus enim non minus concinnus, & dicit Saturnum ob parricidium commissum in vincula conjectum fuisse, & aliquibus diebus, id est Saturnalibus, relevari solitū ponderibus tantis vin-Lin.18. culorum. Ait posteà. *Nunquid altero claudum pede apud insulam Lemnum fabrilia opera exercuisse Vulcanum?* Quæ verba revocant mihi in memoriam veteres eos qui claudi essent per jocum dictitasse Vulcani filios. Observo ex Orphei Argonauticis.

Ἐν δὲ παλαιμόνιος Λέρνου νόθος ἤλυθεν υἱὸς,
Σίνετο δὲ σφύρα δισσὰ, πόδας δ' οὐκ ἦεν ἀρηρὼς,
Τοὔνεκα ἡφαίστοιο γόνον καλέεσκον ἅπαντες.

pag.142. *Quis dum genitalibus insultat alienis, hæsisse in la-* Lin.3. *queis involutum? non commentarii vestri? non scenæ?* Martis & Veneris adulterium tangit. Apagè verò obscænitatem istanc. Scribe, *genialibus insultat alienis.* Idē mendum hodiè apud Lactantium lib.III.cap.XXI. *Volucres penè omnes faciunt matrimonia, & paria jungunt, & nidos suos tanquam genitales thoros, concordi mente defendunt.* Corrigo,

go, *tanquam geniales thoros.* *Nam quid de illis amoribus dicã, quibus in fœminas ſanctos incaluiſſe cæleſtes veſtris proditum literis atque auctoribus continetur.* Scribo, *Iam quid d.i.a.* Ter jam corruptam hanc vocem obſervavimus. Lin.15.

Cap. VII.

Clemens correctus. Hercules Sanctus.

NVnquid aliquando à nobis conſcriptũ eſt mercenariam deos ſervitutem ſerviiſſe? ut Herculem ſordidi amoris & petulantiæ cauſâ, ut Admeto Apollinem Delium, ut Laomedonti Troico Iovis fratrem, ut eidem, ſed cum patruo, Pythium. Reſtituo, *ut Omphalæ Herculem.* Feſtinans librarius hanc vocem omiſit. Clamant hiſtoria, ſermonis ἀκολουθία. Deinde, tacuiſſet Apollinis & Neptuni dominos, quibus ſervierũt, crederem etiam Herculis dominam tacitum præterire voluiſſe. Poſſit cui legendum videri; ut *Euryſtheo Herculẽ.* quia etiam iſti ſervivit. Sed priorem emendationem firmat Clemens, cujus loca plerunque in his ultimis libris exprimit: ille ita. Δοῦλον ὑπέστη ἦλθον ζυγὸν ἀπόλλων ἀδμήτῳ ἐν φεραῖς· ἡρακλῆς ἐν σάρδεσιν ὀμφάλῃ, &c. *Non viraginem ab Ornyto cæſam, cruentatam, vexatam, Polemonis veſtri indicant ſcripta?* Lego, *ab Ornyto læſam.* Iuvat Clemens. Πολέμων δὲ καὶ τὴν ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει. Mitto quod ineptum aliàs etiam deam immortalem ab homine mortali occiſam. *Nunquid enim à nobis arguitur rex maris, Amphitritas, Hippothoas,* Lin.5. Lin.14. Lin.29.

Amymonas, Menalippas, Alcyonas, per furiosæ cupiditatis ardorem castimoniæ virginitate privasse? Lego, *castimoniâ ac virginitate*. Alioquin dicendum erat, *castimoniâ virginitatis*. Sed & Clementem obiter corrige. Κάλει μοι τὸν ποσειδῶ, καὶ τὸν χορὸν διεφθαρμένον ὑπ᾽ αὐτοῦ, τὴν Ἀμφιτρίτην, τὴν Ἀμυμώνην, τὴν Μεναλίππην, τὴν Ἀλκυόνην, τὴν Ἱπ-
Lin. 32. ποθόην, τὴν Χιόνην. Malè, τὴν μελανίππην. *Nunquid Apollo Latonius, immaculatus ille, castissimus, atque purus, Arsinoas, Chrysas, Hypsipylas, Marpessas, Zeusippas, & Prothoas, Daphnas, & Steropas, inconsulti pectoris appetisse fervoribus?* Corrigo, *Arsinoas, Æthusas, Hypsipylas*. Præit mihi Clementis auctoritas, cujus illa verba. Κάλει μοι καὶ τὸν Ἀπόλλω, φοῖβός ἐστιν οὗτος, καὶ μάντις ἁγνός, καὶ σύμβουλος ἀγαθός. ἀλλ᾽ οὐ ταῦτα ἡ στερόπη λέγει, οὐδὲ ἡ
Pag. 143. Lin. 20. Αἴθουσα, οὐδὲ ἡ Ἀρσινόη, &c. *At Hercules sanctus deus natas quinquaginta de Thestio nocte unâ perdocuit, & nomen virginitatis exponere, & genitricũ pondera sustinere.* Scribo, *Hercules Sanctus deus*. Id enim ei cognomẽ apud Sabinos. Varro de L.L. lib. IV. *Ælius Gallus dium Fidium dicebat Diovis filium* Διόσκουρον *Castorem, & putabat hunc esse Sanctum ab Sabinâ linguâ, & Herculem à Græca.* Vetus inscriptio. HERCVLI. SANCTO. SAC. POM-
Lin. 34. PONIVS. NOETVS. VOTVM. SOL. *Adonem marem ejus.* Optimè disjungit Bruno meus, & legit. *Ado-*
Pag. 144. *nem matrem ejus Cererem*, &c. *Quis est, inquam*
Lin. 32. *qui credat ad humanas accubuisse deum mensas, interemptum avaritiæ causâ, fefellisse supplices ambiguitate responsi? præcellere in furum ordine? adulterasse? servisse?* In Romano est, *præcellere in furtorum*

rum

rum donis. Lego, *furtorum dolis*. Sic suprà dixit. *Nunquid furem Mercurium publicavimus? num nos esse Lavernam, atque cum hoc simul fraudibus præsidere furtivis? Vel Nicagora Cyprio, vel Pellæo Leonte, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis*. Scribo, *vel Nicanore Cyprio*. Ita eum nominant Clemens, Lactantius, alii non pauci. Pag. 145. Lin. 15.

Cap. VIII.

Relegere. Cicero à Lactantio repræhensus.

RElegere posuit Arnobius pro, *religiosum esse*: servato ejus nominis etymo quod tribuit Cicero de Nat. Deorum lib. II. *Qui omnia quæ ad deorum cultum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, ii dicti sunt religiosi ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes, & ex diligendo diligentes, & intelligendo intelligentes. His enim omnibus inest vis legendi eadem quæ in religioso*. Quam sententiam, ut ineptam ridet Lactantius lib. IV. cap. XXVIII. Arnobius sive probet, sive non, sequitur tamen in illis verbis. *Non enim qui sollicitè relegit, & immaculatas hostias cædit, qui acervos thuris dat concremandos igni, numina consentiendus est colere*. Et vetus quidam Scriptor apud Agellium lib. IV. cap. IX. Pag. 146. Lin. 3.

Relegentem esse oportet, religiosum nefas.

Cap. IX.

Simpuvium. Simpulum. Simpuviatrix. Simpulatrix. Sumere, antiquè pro, Bibere. Σπουδεῖα. Σπόνδικες. Sympuvii & Gutti vetus usus. Epichysis & Cyathus quando in conviviis usurpari cœpti. *Simpulator. Simpulo.* Fictilia magni olim pretii. Figulorum septimum collegium. *Thensa.*

Lin. 12. *IN cærimoniis vestris, rebusq́; divinis, postulationibus locus est, & piaculis dicitur contracta esse commissio, si per imprudentiæ lapsum, aut in verbo quispiam, aut sympinio deerrarit: aut si cursu in solennibus ludis, curriculisq́; divinis. commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius cõstitit, aut tibicen repentè conticuit: aut si patrimus ille, qui vocitatur puer, omisit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit.* Corrigo, *piaculi dicitur c.e.c. s.p.i.l.a.i.v.q. aut simpuvio d.* Nam *Simpuvium*, sive *Simpulum*, concorditer authores vas esse dicunt in sacrificiis adhiberi solitum, de usu verò ejus controversia. Festus ait: *Simpulum vas parvum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libatur. unde & mulieres rebus divinis deditæ Simpulatrices dicuntur.* Ecce alia sententia Interpretis Iuvenalis, sive Cornutus is, sive Probus, ad Sat. VI. qui ita inquit. *Simpuvium vas sacrificiis aptum in quo Pontifices lavare solebant. Simpuviũ autem quia omnes sacerdotes simul bibebant: inde Simpuviatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum.* Nonius. *Simpuvium est vas ligneum.* Interpreti Iuve-

Iuvenalis in veriloquio convenit cum Varrone, qui ait à *Sumendo minutatim* nomen traxisse. *Sumere* autem Latini veteres pro *Bibere* dicebant,& ita utitur Apuleius Milesi. IX. *Vt aqua recentis opletam peluim offerrent potui meo, ac si intrepidus, & more solito sumens aquis allubescerem*,&c. Græci σπονδεῖον vocârunt, & σπόνδικας sacerdotes, qui eo utebantur. Primitus vero *Simpuvia* in conviuiis usurpabantur,ut & *Gutti*:posteà tamen ad sacrificia translata: cœperúntque in conviviis adhiberi gutti quidem vicem *Epichysis*, simpuvii autem *Cyathus*, testis Varro de L.L.lib. IV. *Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, à guttis guttum appellaverunt: & quo sumebant minutatim, à sumendo simpulum nominavere. In hujusce locum in conviviis è Græcia successit Epichysis,& Cyathus, in sacrificiis remansit Guttum & Simpulum.* A simpulo præterea dicti *Simpulones* & *Simpulatores* convivæ,& amici, qui sponsum per convivia discurrentem comitarentur. Fulgentius lib. de Prisco Sermone.*Simplones dicuntur conviva. Nam & amicus sponsi, qui cum eo per cõvivia ambulat, Simpulator dicitur. Sutrius Piscatoriâ.*

Summates viri facti sunt simpulones ganei.

Isidorus.*Simpulator, conviva. amicus sponsi cum eo in convivio.* Simpuvium verò primus sacrificiis aptasse Numa Pompilius perhibetur. Inde Iuvenalis Sat.VI.

Et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis
Simpuvium ridere Numæ, nigrumq; catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas

Ausus erat?

Cicero Paradoxo I. *Quid antè Numa Pompilius? minúsne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?* Intelligit eadem Persius Sat. II.

Aurum, vasa Numæ, Saturniaq; impulit æra.

Apuleius in Apologiâ. *Paupertas etiam Populo Romano imperium à primordio fundavit, proq; eo in hodiernum diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat.* Quamvis illic Numæ nulla mentio. Fictilia autem fuerunt, quia tum temporis id genus vasa maximo in pretio, ut propterea etiam septimum figulorum collegium instituerit Numa, teste Plinio lib. XXXV. cap. XII. Atque hæc de simpulo, ἐν παρόδῳ. Arnobii verò locum nondum de manibus amitto, quem plenius scribsisse existimem. Hoc modo. *Aut si patrimus & matrimus ille qui vocitatur puer, omisit per ignorantiam lorū, aut tensam, aut terram tenere non potuit.* Suspecta autem non leviter librarii fides. Ita herclè suadet Cicero de Arus. Respōsis, cujus verba in Notis adduxit Canterus. Certè puerum illum ἀμφιθαλῆ, ut Græci loquuntur, esse oportebat: Illa autem, *aut tensam*, videtur omisisse vel ob similitudinem vocum duarum sequentium; aut quid *Thensa* esset ignorans. Erat verò vehiculum, aliquando ex argento, aliquando ex ebore, quo Circēsibus ludis in Circum ad pulvinar exuviç Deorum vehebantur. Festus. *Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviæ deorum ludicris Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur. fuit & ex ebore, ut apud Titinnium in Barbato, & ex ar-*

ex argento. Qui eam deducebat, manu tenebat, unde ait, *aut tensam, aut terram tenere non potuit*. Cicero Verr. III. *Quam tu viam tensarum atque pompæ ejusmodi exegisti?* Asconius Pædianus. *Thensæ autem sunt sacra vehicula, pompa ordinũ, aut hostiarum. Thensas alii à divinitate dici putant: alii, quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas dęducũt*. Glossæ, *Tensa*, Θεῖον.

Cap. X.

Contenta. Remissa. Deducta. Abscissa. Resona. Cõdita pro verbalibus posita. Glossę correctæ. Censorini lectio vulgata defensa.

VOs *aures patientissimas commodatis: nec judicatis indignum voluptates attribui diis eas, quibus corpora terrena fulciuntur, & quas aures expetunt enervati pectoris dissolutione mollita*. Quid tam contrà communem sensum quam hoc? Corpora voluptatibus dissolvuntur, & franguntur, tantum abest ut fulciantur, aut corroborentur. Emendo, *quibus corpora terrena mulceantur, & q. a. expetant*, &c. *Illa vulnera orbitatis ingemere, & cum ejulatibus indecoris fata incusare crudelia: vos stupetis eloquentiæ viribus, & quod penitus opportebat ex humani generis coalitu tolli, percensetis*: Scribo, *Illi vulnera*. *Sed quid ego aliorũ neglectas conquerar contumelias numinum? Ipse ille Jupiter, cujus vos numen effari non sine metu decuit & totius corporis concussione, amasius captus ab uxore describitur confiteri culpas suas*. Scribendum, *cujus*

Pag. 147. Lin. 25.

Pag. 148. Lin. 3.

Lin. 11.

Lin.27. *cujus vos nomen effari.* *Ac à vobis saltem istum merent honorem, ut quibus expelletis à vobis, eisdē ab his legibus propulsaretis injurias.* Scribo, *qui-*
Pag.149. *bus expellitis.* Aut, si quis ita velit, *expelleretis.* *So-*
Lin.3. *li sunt apud vos superi inhonorati, contemptibiles, viles: in quos ius est à vobis datum, qua quisque voluerit dicere: turpitudinum jacere, quas libido confixerit atque excogitaverit, formas.* Scribo, *quas li-*
Lin.28. *bido confinxerit.* *Nec nō & illa proles Jovis à Sophocle in Trachiniis Hercules circumpetitus indagine, miserabiles edere inducitur ejulatus, violentiâ doloris frangi, atque in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi.* Lego, *circumretitus indagine*, &c. *diffluentium viscerum laceratione cōsumi.* Atque, ut sincerè agam, τὸ *circumretitus*, ni fallor, emēdavit magni ingenii juvenis Ianus Gu-
Lin.32. lielmius. *Quin & ipse in fabulis maximus ipse regnator poli sine ullà nominis majestatisq; formidine adulterorum agere introducitur partes.* Scribe,
Pag.150. *sine ullâ numinis.* *In quibus aliud auditur nihil, nisi*
Lin.28. *quod humanos faciat, nisi quod mites, verecundos, castos, familiares, communicatores rei, & cum omnibus, quos solidet germanitatis necessitudine copulatio.* Lego, *familiaris communicatores rei.* post τὸ *copulatio* deest *amicitiam colentes*, aut tale quid. Aut locus luxatus est, restituendúsque hoc modo, *castos, & familiaris communicatores rei cum omnibus q. s. g. n. c.* Quod posteà etiam Gulielmio vi-
Lin.32. sum comperi. *Verùm ita se res habuit, ut quoniā plurimum gladiis & potestate valetis ferri, anteire vos etiam veritatis scientiâ judicetis: & esse pro diis pios quorum potentias primi opinionum obscœnitate*

fœda-

fœdastis. Emendo, *esse pro diis ipsos*. *Et contagione pestilentiæ corruisse auras temporum luctuosâ cum populi vastitate*. Monstrum! *Lego*; *corrupisse auras ventorum*. Video quoque Amplissimo viro Theodoro Cantero τὸ *corrupisse* in mẽtem venisse, de quo non est quod dubitet, adeò certum, & verum. *Sin autem ab hujusmodi nefariis deorum est genus immune, neque quid sit irasci dii omninò noverunt: & nobis ergo irasci sine ullâ ratione dicũtur, qui ira quid sit ignorant, & ab ejus contentâ & permixtione sunt absoluti*. Torsit, fateor, aliquantum hic locus, tandem venit in mentem *Contenta* ab eo dictum pro verbali *Contentio*, quo modo *Offensa* pro *Offensio*. Hoc autem usitatum, illud non item. Nec aliter *Remissa* apud Cyprianũ lib. III. epist. XIV. *Qui autem blasphemaverit in spiritũ sanctum, nõ habet remissam, sed reus est æterni peccati*. Item de Bono patientiæ. *Dominus baptizatur à servo, & remissam peccatorum daturus, ipse non dedignatur lavacro regenerationis corpore abluere*. Sic *Deducta* apud Ciceronem de Legibus lib. II. *Atque etiam dant hoc Scævolæ, quod est partio, ut si in testamento deducta scripta non sit*. Apud Censorinum *Condita* cap. IV. *Quibus mutuâ cæde inter se necatis pauci superasse traduntur, qui in conditâ Thebarum fuerint adjumento*. Ita editiones veteres, nec Modius *conditu* substituere debebat. Ipse etiam hic Arnobius lib. V. cap. VI. *Abscissa*, ut suo loco dicam. Eodem modo *Resona*. Glossarium. *Resona*, ἠχώ. In quo etiam, obiter, cum legitur, *Vocissimus* ἠχώ. Emendo, *Vocis sonus*.

Pag. 151. Lin. 16.

Lin. 19.

Cap.

IOANNIS MEURSI CRITICI ARNOBIANI

LIBER V.

Cap. I.

pag.153. Lin.18. *QVid enim dicitis ô isti, credimúsne illum Faunum & Martium Picum, si ex numero sunt deorũ, & ex illâ perpetuâ immortalique naturâ) sitis aliquando ariditate siccatos, atque ut æstum possent irrigare venarum, fluenta ipse per fontium?* Scribo, *credemúsne illum.* Et sic lineis
Pag.154. Lin.3. sequentibus 22.25. *An nunquid Iupiter solus hujus rei scientiam noverat, (ab ipso enim decidunt fulmina) ut imminentia procurare alicujus debeat scientiæ disciplinâ ?* Scribo, *ab ipso enim decidunt)*
Lin.18. *fulmina ut i. procurari a. debeant s. d.* *Et quænam illa quæso divina res fuit, quæ ab impetu rerum tanto Jovem compulit avocari, & mortalium sese denũtiationibus sistere? mola salsa, thus, sanguis, verbenarum sufficio, & nominum terribilium fremores?* Lego, *verbenarũ suffectio.* Scal. *thus, sagmina ver-*
Lin.22. *benarum, suffitio.* *Et potẽtiora quàm Jupiter fuerunt hæc omnia, ut eum compellerent invitum parere præceptis? aut voluntarium sese circumventionibus traderet?* Lego, *tradere.* *Quid enim tam im-*
Pag.155 Lin.9. *prudẽs, quam confiteri te captum argutiâ cordis humani? & cum deceptum te doleas, in victoris conce-*

dere

dere voluntatem: & medicinam quam obtuleras ponere. Lego, *quam occuleras.*

Cap. II.

Agdistis. Acronis error. Themidis oraculum. Apollo vaticinia edoctus ab eâ, ut alii volunt, Pane, vel Phœbe.

IN Phrygiæ finibus inauditæ per omnia vastitatis petra, inquit, est quædam: cui nomẽ est Agdus, regionis eius ab indigenis sic vocata. Ex eâ lapides sumptos, sicut Themis mandaverat præcinens, in orbem mortalibus vacuum Deucalion jactavit & Pyrrha. Ambigo an scribendum sit, *cui nomen est Agdistis*, Sanè poterat impellere Pausanias, qui ἀττικοῖς ita inquit. Ταύτην δὲ τὴν Ἄγκυραν εἷλον καὶ Πεσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἀγδίστιν, ἔνθα καὶ τὸν Ἄτυν τεθάφθαι λέγουσι. Sed paullò post iterum ait Afer. *Cum in summo Agdi vertice*, &c. quæ validè repugnãt. Revocat autem hic locus in memoriam mihi insignem Acronis lapsum Carm. lib. I. Od. 2. cum ait *Diluvio facto cum tantũ Parnassus emineret, Deucalion & Pyrrha quomodo repararent genus humanum Apollinem consuluerunt: qui dum respondisset ut jacularentur ossa matris, tunc cognoverunt terram esse matrem dictam, unde jaculante mox Pyrrhâ lapides puellæ, & Deucalione mares nati sunt.* Neque enim Apollinis, sed Themidis oraculum consultum fuit. Patet ex Arnobii loco hoc, & Ovidio Metamorph. lib. I. Lin. 24

— *numina montis adorat.*

Fatidicamq; Themin, quæ tunc oracla tenebat.

Et certè

Et certè prior Apolline Themis templum habuit in Bæotiâ juxtà Cephisum. Vide Etymologum, θεμιστεύων, Suidam θεμιστεύειν. Iuvenalis interpretem Sat. 1. Imò Orpheus Hymno Themidis canit eam oracula primam hominibus ostendisse, & Apollinem edocuisse. Sic ait,

ἣ πρώτη καλέδειξε βροτοῖς μαντήϊον ἄγνον
δελφικῷ ἐν κευθμῶνι θεμιστεύουσα θεοῖσι
πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅτε πυθοῖ ἐμβασίλευεν,
ἣ καὶ φοῖβον ἄνακτα θεμιστοσύνας ἐδίδαξε.

Quamvis Pindari interpres Pani id tribuat, contra Orphei mentem. Æschylus εὐμενίσι à Phœbe accepisse pro munere natalitio memorat.

πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν,
τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν. ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,
ἣ δὲ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
μαντεῖον, ὡς λόγος τὶς. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς
πτανὶς; ἄλλη παῖς χθονὸς, καθέζετο
φοίβη, δίδοσιν δ' ἡ γενέθλιον δόσιν
φοίβῳ. τὸ φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.

Quę locum ob oculos habuit Harpocration cum scriberet. Ὅτι δὲ γέγονε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ ἡλίου, αἰσχύλος ἀρχόμενος τῶν εὐμενίδων φησίν.

Cap. 11.

Augustinus emendatus.

Lin. 32. *Sed cum obluctatus diu id quod sibi promiserat obtinere nequisset, voluptatem in lapidem fudit victus. Hanc petra concepit, & mugitibus editus*

multis

multis prius mense nascitur decimo, materno ab nomine cognominatus Acdestis. Scribo. *Hinc p.c.e. m. editis m.p.* *Huic robor invictum, & ferocitas animi fuerat intractabilis, insana & furialis libido, & ex utroque sexu, vi rapta divastare*, &c. Lego, *& ex utroque sexus*. Vult dicere eum fuisse androgynum. *Necessitatis in tempore haustum accurrit Acdestis, immoderatius potionem hiantibus venis rapit: fit ut in solitâ re victus soporem in altissimum deprimatur*. Conjunctim scribo, *insolitâ re*. *Exolutus ille vi meri corripit se impetu, & adducente nexus plantâ, suis ipse se viribus, eo quo fuerat, privat sexu*. In Romano erat *exaltatus*. Canterus, *exartatus*. Malè, necdum enim erat genitalibus privatus. Corrigo. *Exultans ille vementi corripit*, &c. Vel, *excitatus ille*. Nam *ci* facilè potuit in *a* migrare, & *l* ex *t* reduplicato nasci. Nobilissimus Scaliger legit, *adducente nexus plantâ ipse eo quo vir fuerat privat se*. *Hunc unicè mater deûm, ore fuerat quod excellentissimo, diligebat, & Acdestis blandus adulto comes, & quà solum poterat amans, tectis assentiationibus vinctus*. Repeto vocẽ, & scribo, *ore fuerat quod excellentissimo, diligebat. Diligebat & Acdestis b. a.c, & quà s. poterat, mimus t. a. junctus*. Illud autem, *q. s. p. mimus*, ex emendatione Clarissimi viri Theodori Canteri est. Sed quam vocem ille feliciter Arnobio & Apuleio, Faber Lactantio, eam restituam ego Augustino de Civitate Dei lib. 11. cap. XXVI *Non ibi pudibundos minus, nullam verecundiorem scenicam vidimus*. Lego, *pudibundos mimos*. Ita emendaveram, cum veterem meum codicem consulens inibi ita

Pag. 156. Lin. 2. — Lin. 12. — Lin. 18. — Lin. 30.

Pag 157. invenio excusum. *Unde vinum, quod silentium*
Lin.3. *prodidit, in ejus nefas est sanctuarium inferre pollutis*. In Romano est. *Unde vino, quod silentium prodidit, in ejus nefas est sanctum se esse inferre pollutis*. Legendum omninò. *Unde vino, q. s. p. i. e. n. est sanctum sese inferre pollutis*. Sensus est. Vino pollutis & temulentis nefas est in ejus se sanctum inferre. Neque possum hoc loco sequi virum magnum, qui ex iisdem vestigiis aliam lectionem eruere conatur, me valde nolente.

Cap. IIII.

Oblectio. Vox nova eruta, & notata.

Lin.4. TUnc *Pessinuntius rex Midas alienare cupiens tam infami puerum conjunctione, matrimonio ejus suam filiam destinat*. Lego, *matrimonio ei suam f. d.* Adhæsere fini duæ primores literæ vo-
Lin.12. cis sequentis. *Acdestis scatens ira convulsi à se pueri, & uxoris ad studium derivati, convivantibus cunctis furorem & insaniã suggerit: conclamant exterriti adorandorum Phryges*: Emendo, *exterriti ad ora amborum*. Nec est aliud *ad ora*, quàm ad adspectum: ambos, intelligit matrem Deûm, &
Pag.158. Acdestin. *Quod quidẽ (si verum est) & illud erit*
Lin.24. *necessario non falsum, hominem illam fuisse non di-*
Lin.26. *vam*. Deleo parentheseos notam. *Nam si certum est homines ex illo lapidum jactu nativitatis suæ originẽ ducere, & hanc necesse est credi unam fuisse de nobis, cõsimilium causarum rationibus procreatam. Neque enim fieri rerum per repugnantiam quit, ut*

ex uno

ex uno lapidum genere, & ex eâdem ratione facien-di, immortalium quidam sortis, conditionis alii sub-stituerentur humanæ. Scribo, *eâdem ratione ja-ciendi.* *Atque ita perducitur res eò, ut quæ om-nium numinum genitrix esse narratur, nō sit mater, sed filia: quinimmò infans & parvula, siquidē deos concedimus neque initia neque fines seculorum per-petuâ in cognitione sortitos.* Scribo, *in conditione.* Pag.159. Lin.6. *Cum in summo Agdi vertice deûm dormiret tum genitrix, obrepere conquiescentis pudori filius (in-quitis) insidiator enixus est.* Transpono & scribo, *dormiret genitrix, tum obrepere,* &c. *Sed ut res est, pōderis & majestatis oblitus, ad furta illa flagi-tiosâ correpens ibat pavens ac trepidus, anhelitu oris presso, suspensis per formidinem gressibus, & inter media constitutus sollicitudinis speique confinia pal-pabat res intimas, altitudinem dormientis, & matris patientiam tentans.* Scribo, *dormientis matris, & p.t.* *Ergòne ille rex mundi cum incautus, & pro-perus objectionis esset rejectus à furto, in impetum se vertit, & quam rapere voluptatem insidiosâ fraude non quivit, vi matrem aggressus est, & apertissimè cœpit venerabilem subruere castitatem?* Lego, *oble-ctionis e.r.à f.i.i.s.v.& quum r.v;* &c. Dixit *oble-ctio*, pro eo quod est, *oblectatio*; usurpans inchoati-vum inusitatum pro frequētativo. Sic paullò post *Retractio* pro frequentativo usitatiore *Retractatio* posuit. *Nam si nihil esset in re mali, tam gerere illa morem sine ullâ retractione debuerat*, lib. 1. *Cum re-ligio similis his quoque in regionibus verteretur.* Etiā hic *verteretur* dixit, quod usitatius frequentativo verbo *versaretur* protulisset. Et posteà non semel.

Lin.13. Lin.23. Lin.29.

Lin.34. *Colluctatus ergo diutissimè cum invitâ est, victus, fractus, superatúsque deficit: & quem pietas dijugare ab infando matris non valuit appetitu, effusa*
Pag.160. *libido devinxit?* Lego, *libido dijunxit.* Quod video
Lin.2. etiam Gulielmio in mentem venisse. *Nisi fortè dicetis, conventionis in hujusmodi cœptum genus vitat atque execratur humanum: apud deos incesta sunt nulla.* Emendaveram, *conventionis hujusmodi incœptum.* quod quamvis non omninò malè, placet tamen acutissimi Gulielmii conjectura, *conventiones in hujusmodi cœtum.*

Cap. V.

Res, pro membro genitali. Sidonius correctus bis.

Lin.7. *NAm si nihil esset in re mali, tam gerere illa morem sine ullâ retractione debuerat, quàm volebat hic cupidæ appetitionis suæ irritamenta comple-*
Lin.16. *re.* Scribo, *cupidè*, *Non est facilè contradicere tã prodigiosis conceptionibus, tamque miris. Cum enim genus humanum ex lapidibus apud vos ortum prócreatumq́; dicatur, necesse est credere & receptacula lapides habuisse genitalia, & jaculatum combibisse sementem, & completis temporibus sustulisse aluos graves, & ad postremum peperisse fœminei moris difficultate connixos.* Lego, *combibisse semen, tum & cõpletis temporibus tulisse aluos graves.* Atque postremi quidem mendi origo inde, quia adhæserat principio ultima syllaba vocis præcedentis, quod sępè à supinis illis bipedibus factitatum innumeros errores, non in hoc D.T. scriptore, sed

& in

& in aliis peperit. *Vellem tamen videre, si eßet* Pag. 161.
mihi his nasci temporibus datum, patrem illum Li- Lin. 10.
berum debellatorem ferocitatis Acdestiæ, post deorũ augustissimas curias cæli ab culminibus lapsum, peniculamẽta decurtantem cantheriorum, innectẽtem laqueos mobiles, aquarum innoxias puritates mũltã sauciantem vi meri. Lego, *vellem tam videre*, Est ἔλλειψις, ut monui lib. 11. Sic pag. 169. *Vellem ita videre patrem illum deorum Jovem*, &c. ut autem heic *tamen* pro *tam*, ita vicissim *tam* irrepsit apud Sidoniũ lib. IV. in Epistolâ ad Petreium. *Licet crinem barbamq; non pasceret, palliúmque & pallam nunc irrideret, nũc etiam execraretur, à collegio tam complatonicorum, solo habitu & fide dessociebatur.* Lego, *à collegio tamen Platonicorum.* Deinde in Arnobii verbis amplius emendo, *innectentem laqueos prolibus.* *Etiamne fluore de san-* Lin. 13.
guinis, & ex genitalibus amputatis, arbor mali enata est punici: an tũ quùm vis illa telluris cooperta est gremio, solum radice complexa est; in stipitis exilivit robur, &c. Lego, *an t q. res illa. Res*, pro mẽbro genitali, non semel in hoc scripto. Anteà. *Inter media constitutus sollicitudinis speiq; confinia, palpabat res intimas.* Iterum. *Atque ut omnia cingerent circumpositi laqueorum morsus, artificii curas tum rebus adhibuiße perituris.* Posteà. *Cornicula deinde impetraviße captivæ, ut intelligeret & agnosceret quid sibi res velleut.* Et. *Objecitque oculis formatas inguinibus res.* Et alibi. Nec objiciat mihi quisquam, quod dicat infrâ, *vim vomuisse Lucilii*, quæ de semine genitali, non de membro capienda. *Quia de rubro exorta sunt hæc sangui-* pag. 162. Lin. 2.

ne, iccircò illis color est purpurei luminis suffectione subluteus. Lego, *purpurei fluminis*, dicit *flumen*, sicut anteà, *fluore de sanguinis viola flos nascitur*, &c. ut tamen heic quis neget ita legendum, quod facilè patiar, at in Sidonio quî poterit? lib. III.epist.III.*Pratereo quod hac quidem gramina incessu, flumina natatu, venatu nemora fregisti*. Ma-

Lin.6. lè hodiè, *numina natatu*. *O Abdera, Abdera, quàm sias mortalibus irridenda, talis si apud te esset fabula ita cōflata*. In Romano est, *quantas vias*. Lego, *quàm tu fias*. Grotius meus, *quantum*.

Lin.9. *Per sinum, inquit, Nana filium concepit ex pomo. sequitur se ratio: ubi enim cautes & saxa pariunt dura, poma ibi necessè est surgant*. Lego, *sequitur scilicet ratio*. Origo mendæ ex *sc*. abbreviata scribtione: Deinde, *necessè est suriant*. de quá voce dixi-

Lin.12. mus lib.I. *Glandibus atque ficis alebat Berecynthia religatam. conveniēter, & rectè. pomis enim debuerat vivere, qua mater fuerat facta de pomo*. Scribo, *relegatam*. Porrò hæc pugnant cum præcedentibus istis. *Pomis, atque aliis bacculis deûm sustentatur à matre*.

Cap. VI.

Exmater, vox nova, & Arnobio redonata. Lactantius, & Glossæ emendantur.

Lin.17. L*Acte infans educatus hirquino est. ô fabulam sexui inimicam semper atq; infestissimam masculino: in quâ sexus viriles non solum homines ponunt, sed pecudes etiam fiunt exmares*. In Romano co-

no codice est, *fiunt ex maribus mares*. Lego, *ex-matribus matres*. Sententia aperta, & perspicua. Novè *Exmater* dixit, quomodò *Exos* lib. IV. & *Exlex*, *Exspes*, alii. *Ipsis mater est ingressa tum* Lin.28. *mœnibus. admiramur quidem in hâc parte vires & fortitudinē numinis: sed culpamus negligentiā regis, quòd cū legis meminisset, & fati Atys, fecerit hostibus minus providam civitatem.* Emendo, *haud miramur quidē h.i.p.v.e.f.n.s.c.n.r.q.c.l.m.e.f. Atydis, f.h.m. provisam c. Nesciremus adhuc omnes* Pag.163. *quid in adulti corpore furor desiderasset Acdestius,* Lin.3. *nisi puer abscissæ satietatis abjecisset offensam.* Lego, *nisi abscissa puer Atys objecisset o.* Scribtū fuerat bis incuriâ librarii *Atys Atys*, inde illi *satietatis* nobis fecerunt. Deinde *Abscißa* heic verbaliter positum est, ἀντὶ τοῦ *Abscissio*, ut docui suprà, lib. IV. cap. X. *Dicite ô iterum ergóne deûm mater* Lin.12. *genitalia illa disjecta cum floribus ipsa per se mærens officiosâ sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa divinis contrectavit ac sustulit flagitiosi operis instrumēta fœdiq;, abscondenda etiam mandavit terræ?* Rescribo, *cum prolibus ipsa mærens*, &c. Nam τὰ *per se* ex interpretamento magistelli cujusdam addita censeo: *prolibus* autem emendo, quia nondum, cum mater magna genitalia illa colligeret, flores enati erant, sed post sepulturam. Similiter anteà. *Adest ab insidiis Liber, ex setis scientissimè complicatis unum plantæ injicit laqueum, parte alterâ proles cum ipsis genitalibus occupat. Ac ne nuda in gremio diffluerent sic* Lin.16. *soli prinsquam veste velaret ac tegeret, lavit utique balsamis, atq; unxit.* Scribo, *lavit utique, atq; bal-*

Lin.30. *famis unxit. Hocne quiſquam admiſerit, aut credulitatis aſſenſione firmârit, pilum in mortuo creſcere, partem interiſſe, & ſejunctum à lege putredinis immortale corpus adhuc uſque durare?* Lege, *mortale corpus a.v.d.*

Pag.164. Lin.6. *Nobis enim ſatis eſt quibus hodiè manifeſtare propoſitum eſt, numina iſta, quæ promitis, ſi ſunt uſpiam gentium, atque irarum fervoribus incaleſcunt, non magis à nobis quã à vobis accipere offenſionum furialium cauſas: & eſſe illam in rebus, & à vobis in commentarios relatam.* Lego, *cauſam. & e.i. in libros à vobis & in cõmentarios r.*

Lin.21. *Et tamen qui poteſtis falſitatis arguere ſcriptionem iſtam, cum ipſa ſacra ſint teſtimonio, quæ per curſus annuos factitatis, & credi à vobis eſſe vera: & explicatæ fidei judicari?* Lego, *eſſe veram.* Referri debet ad *ſcriptionem iſtam.*

Lin.28. *Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis & circumvolutis ſtipitem? Nonne illarum repetitio lanarum eſt, quibus jã deficientem contexit, & teporis aliquid rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus?* Lego, *quibus Ia deficientem c.* Iſta enim Atydem exſpirantem lanâ contexit, non mater magna, quod præfert hęc lectio. Anteà. *Virgo ſponſa quæ fuerat, quam Valerius pontifex Iam nomine fuiſſe conſcribit, exanimati pectus lanis mollioribus velat.*

pag.165. Lin.34. *Fadam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur dea, tranſeamus: quam myrteis cæſam virgis, quòd marito neſciente ſeriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat ſexto de diis Græco:* Scribo, *Faunam igitur Fatuam,* &c. Nam hoc fuit illi nomen. Lib. 1. *Fauna Fatua, Fauni uxor, Bona dea quæ dicitur.* Vide quę inibi. Porro *Græco* hîc valet *Græcè ſcripto*, ideoque

nolim

nolim mutari: nam Græcè ſcribſiſſe Sextum Clodium hunc teſtis Lactantius lib. I. cap. XX. *Idcircò illi mulieres in operto ſacrificant, & Bonam deam nominant, & Sextus Clodius in eo libro quem Græcè ſcripſit, refert Fauni hanc uxorem fuiſſe: quæ quia contrà morem decusq; regium clàm vini ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis à viro uſque ad mortem cæſa.* Corrigo, *clam vini obbam ebiberat.* Gloſſæ, *Obua,* ἄμβιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν. Scribo quoque, *Obba.*

Cap. VII.

Ocriſia Corniculana. Feſtus, Iuvenalis interpres, emendati. Item Plinius.

Sed & deos Conferentes pari more ac diſſimulatione taceamus, quos cum cæteris ſcribit Flaccus in humani penis ſimilitudinem verſos obruiſſe cineri, qui ſub ollulâ fuerat factus extorum. Lego, *deos Conſentes,* poſteà, *obruiſſe ſe cinere.* *Cornicula inde impetraviſſe captiva, ut intelligeret & agnoſceret quid ſibi res vellent: Ocriſiam prudentiſſimam fœminam divos inſeruiſſe genitali.* Emendo, *Corniculana inde imperaviſſe* Scribtũ fuerat *Corniculãe,* inde nata menda. Item *pudentiſſimam,* alias enim languet ſententia, & minus habet acuminis. De Servii Tullii autem matre certum, de patre incertum: quē alii Vulcanum, alii Spurium Tullũ Corniculanũ volũt. Feſtus in *Nothus.* *Servius Tullius, qui Romæ regnavit, natus eſt ex concubina Sp. Tulli Tiburtis; niſi fortè malumus credere Ocliſiã Corniculanâ captivâ eum ſuſceptum matre ſervien*te. Cor-

Pag. 166. Lin. 6.

Lin. 11.

te. Corrigo, *Ocrisiâ.* Auctor de viris illustribus. *Servius Tullius P. Corniculani, & Ocrisiæ captivæ filius,* &c. Ubi *Sp. Corniculani* scribendũ monuit olim V. CL. Antonius Augustinus. In tabulâ æneâ, Lugdunensi. SERVIUS. TULLIUS. SI. NOSTROS. SEQUIMUR. CAPTIVA. NATUS. OCRESIA. Ovidius Fast. VI.

Namque pater Tulli Vulcanus, Ocrisia mater
Præsignis facie Corniculana fuit.
Hanc secum Tanaquil sacris de more peractis,
Jussit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obscæni forma virilis
Aut fuit, aut visa est, sed mage visa fuit.
Jussa foco captiva sedet: conceptus ab illâ
Servius à cælo semina gentis habet.

Interpres Iuvenalis Sat. VIII. ad illa verba, *Ancillâ natus. Ocriculanâ captivâ. Servius Tullius.* Emendo, *Corniculanâ*, duabus primoribus literis transpositis leviter, & unâ insertâ. Vide quoque Dionys. Halycarnass. lib. IV. Plinius lib. XXXVI. cap. XXVII. *Non præteribo & unum foci exemplum, Romanis litteris clarum. Tarquinio Prisco regnante tradunt repentè in foco ejus apparuisse genitale è cinere masculini sexus: eamque quæ insederat ibi, Tanaquilis reginæ illam Ocrisiam captivam, consurrexisse gravidam; Ita Servium Tullium natum, qui regno successit.* Lego, *reginæ ancillam.* Scriptũ fuerat abbreviatè *ãcillam*, itáque factum est, ut prima syllaba cũ *c* literâ absorpta sit propter diphthongum vocis præcedentis. Atque ista mendæ verissima origo. *Oblitus paullo antè quid malorum &*
Pag. 168. Lin. 8. *sceleris esset aggressus, & temeritatis quantum, redit ad*

dit ad priores actus: & quia nefarium videbatur satis, patrem cum filiâ communis uxoriâ conjugatione misceri, in draconis terribilem formam migrat. Scribserim, *a. priores astus*. Repete, sis, paullò altius præcedentia.

Cap. VIII.

Δ pro Z usurpatum. *Zeta. Zabolus. Gargaridiare.* Δυγὸς. Medentius. Μάδδα. Macrobius correctus.

A *Victorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens. Taurus draconem genuit, & taurum draco. Ipsa novissimè sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadius nomẽ est, testimonio esse poterunt veritati.* Legit Canterus, *Sabaziis*, ego, *Sabadiis*. In Apuleio quoque Milesſ. VIII. Benè est *Sanctus Sabadius:* nec debebant mutare viri docti. Nam δ. pro ζ. usurpabant veteres. Plato Cratylo. Οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα καὶ τῷ δέλτα εὖ μάλα ἐχρῶντο. καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἵπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι. νῦν δέ μεν ἀντὶ τοῦ ἰῶτα ἢ ε, ἢ ἦτα μεταστρέφουσιν, ἀντὶ δὲ δέλτα, ζῆτα, ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα. Ita *Zeta, Zabolus*, pro *Dieta, Diabolus*. Et pro ζυγὸς veteres Græci δυγὸς dicebant. Apud Macrobium quoque Saturnal. lib. I. cap. XVIII. non *Sabazium* jam, sed *Sabadium* lego; quod tunc mihi in mentem nõ veniebat. Sic *Gargaridiare* Varro in Epistolâ ad Fusiũ. *Quintiporis Clòdiani forias ac poëmata ejus gargaridiando dices, ô Fortuna, ô Fors Fortuna.* Martianus

Lin. 18.

tianus Capella, *Gargarizare*, lib. III. de Grammatica: *Arterias etiam pectusque cujusdam medicaminis adhibitione gargarizando purgabat*. Et antiquissimi *Medentius* dicebant pro *Mezentius*, teste Prisciano lib. I. Megarenses geminabant δ
Lin.17. dicentes μάδδα pro μάζα. *Quis est enim mortalium, vel exiguæ humanitatis sensum ferens, qui nō ipse provideat qualia sunt hæc omnia, quàm scelerata, quam fœda, quantasq́ ignominias differant ex ipsis mysteriorum sacris, & ex sacrorum originibus indecoris?* Scribo, *quantasq́ ignominias dii ferant ex i.*&c.
Lin.32. *Quid tantum quæso de vobis Iupiter iste (quicumque est) meruit, quod genus est nullum probri infame, adulterium nullum, quod in ejus non caput velut in aliquam congeratis vilem luteamq́ materiam?* Corrigo, *probri, infamiæ*. Scribtum fuerat, *infamie* sine diphthongo, ut solent ferè librarii, atque inde natus error.
Pag.169. Lin.8. *Eadem ubique est Iupiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, in quo ejus nō nomen consociatis libidinibus conseratis: ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminū sedes, maledictorum materia*. Scribo, *e.c. seges*. Sic Plautus, *stimulorum seges* dixit Aulularià. Sc. *Exi inquā- EV. Tibi ego rationē reddā stimulorū seges*.
Lin.20. *Vellem ita videre patrem illum deorum Iovē, æternā rerum atq́ hominū potestatē, bubulis esse cohonestatum cornibus: hirsutas agitantem aures, contractis in ungulas gressibus, ruminantem pallentes herbas, & ex parte posticâ caudam, suffragines, talos mollissimos perlitum, atque intestina proluvie de-*
Lin.28. *libutum*. Lego, *talos molli fimo perlitum*. *Confe-*

ctantem

ctantem veruecum greges, inspicientē testiculos arietinos, arripientem hos manu censoriâ illa atque divinâ, quâ vibrare coruscos ignes, & sævire fulminibus suetus est: tum deinde secreta rimantem ferventi smilâ, summotisq; arbitris circumjectas prolibus diripientem membranulas, ferventique adhuc matri, velut quasdam infulas, eliciendæ miserationis offerētem. Quid *arbitris* hic loci? An incoram eorum arietinos testes Iupiter exsecuit, cum autē membranas diripere vellet, tum demum summovit? Ineptum! Scribsit Arnobius, *summotisque arietis circumjectas*, &c.

Cap. IX.

Suidas & Harpocration emendati. *Miracula. Miracula.*

QVodam, inquiunt, tempore cum in Siciliæ prætulis purpureos legeret nondum mulier flores & adhuc virgo Proserpina: Scribo, *sed adhuc v.* Pag. 170. Lin. 28.

Eleusinos etiam pervehitur fines (pagi istud est nomen regione in Atticâ constituti) qui illud temporis has partes incolebant, terrigenæ, quibus nomina hæc fuerant, Baubo, Triptolemus, capellarum Dysaules custos, Eubolens porcorum, gregis lanitii Eumolpus. Scribo, *Eubuleus*. Græcè est, εὐβϋλεὺς. Porrò Baubonis nomen restituendum quoque Suidæ in νῆσσα. ubi hodiè. Δυσαύλης ὄνομα συνῴκησε τῇ βαβῇ. καὶ ἔσχε παῖδας πρώτονόλιν τε καὶ νῆσσαν. Lego, συνῴκησε τῇ βαυβοῖ. Apud Harpocrationem quoque, Βαβῦς, βαβὼ. ὄνομα γυναικὸς. Voces mendosæ, & ordo earum inversus. Rescribo, Βαυβὼ, βαυβῦς, ὀ. γ. Itē Pag. 171. Lin. 5.

in

in Δυσαύλης. Ἀσκληπιάδης δ' ἐν τετάρτῳ τῶν τραγῳδουμένων τὸν δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναί φησι, συνοικήσαντα δὲ βαβοῖ σχεῖν παῖδας πρωτονόην τε καὶ νίσαν. Lego, σ.δ. βαυβοῖ σ.π.π.τ.κ. νῆσαν. Sed & malè est apud Suidam in Δυσαύλης. Emenda ad hanc formam.

Lin. 12. *Igitur Baubo illa, quam incolam diximus Eleusini fuisse pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hospitio Cererē adulatur obsequiis mitibus: reficiendi corporis rogat curam ut habeat: sitienti ardori oggerit potionē cynum, cyceonem quam nuncupant Graci.* Scribo, *sitiendi ardori o.p.* Sic initio libri hujus. *Familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat suetus & sitiendi lenire flagrantiam.* Porrò hoc observandum, quod posuit *miracula* pro rebus turpiculis, illis verbis.

Lin. 23. *Vertit Baubo artes, & quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis.* Et sanè non aliter veteres illi, teste Festo, dicente. *Miracula qua nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur.* Indè etiam *Miracula* meretrices apud Plautum Nervolariā.

Diobolares, schœnicula, miracula.

Varro Marcipore. *Deinde mittit virile veretrum in flumen, ostendit buccam Volumnio, eòdemq; conjicit miracula nescio qua.*

Cap. X.

Lactantius emendatus.

Pag. 172. Lin. 10. *NOn est ista falsa susceptio, nec delatione appetimini calumniosa.* Benè emendat Lipsius *suspectio.* Simile mendum apud Lactantium lib. v.

cap.

cap.xvi. *Qui caducas opes & fragilem potentiam,*
& alieni beneficii bona non tantũ ſuſcipiunt, verùm
etiam conſecrant. Lego, *alieni beneficii dona n.t. ſu-*
ſpiciunt. *Eleuſiniorum veſtrorum notas & origi-* Lin.21.
nes producunt turpes, & antiquarum elogia litera-
rum. Scribo, *Eleuſiniorum veſtrorum notæ.* Vel, *no-*
tas & origines producam, *Proſumnus quidam* Pag.173.
exoritur ignominioſus amator dei, atque in nefarias Lin.27.
libidines ſatis pronus, &c. Lego, *Polymnus* quidam.
Pauſanias præit mihi extremis κορινθιακοῖς. Εἶδον
δὲ καὶ πηγὴν Ἀμφιαράου καλυμένην, καὶ τὴν Ἀλκυονίαν
λίμνην. δι' ἧς φασιν Ἀργεῖοι Διόνυσον εἰς τὸν ᾅδην ἐλ-
θεῖν. Σεμέλην ἀνάξοντα. τὴν δὲ ταύτῃ κάθοδον δεῖξαί
οἱ Πόλυμνον. Variè corruptum hoc nomen. Alii
geminarunt υ, & ſcripſerunt, πολύυμνος: inde
alii ſupiniores tranſpoſitis literis ὑπόλυμνος. At-
que ſic equidem ſtatuo, nec tamen pertinax ſum,
ſi quis melius, certius. *Ac ne quis tamen à no-* Pag.174.
bis tam impias arbitretur, confictas res eſſe, Heracli- Lin.12.
to ut teſti nõ poſtulamus ut credat, nec myſteriis vo-
lumus quid ſuper talibus ſenſerit, ex ipſius accipiat
lectione. Deleo vocẽ malè bis inculcatã, & ſcribo,
Heraclito teſti non p, &c. Valde enim temerarium
ſit nimis calidè in incertiſſimis hujuſmodi rebus,
& à communi ſcientiã remotiſſimis, certi quidpiã
velle conſtituere, aut decernere. *Aut genus ullũ* Pag.176.
eſt probri tã comuni exiſtimatione damnabile, quod Lin.1.
in eos cõferre metueritis, vel nominis ſaltẽ auctori-
tate tardati? Scribo, *vel numinis.* *Itaq; qui dicit,* Lin.25.
cũ ſuâ concubuit Iupiter matre, nõ inceſtas ſignificat
aut propudioſas Veneris complexiones, ſed Iovem
pro pluviâ, pro tellure Cererem nominat. Lego, *Ce-*
reris

Lin.18. *reris complectiones. Ac ne tamen videamur inspicere quale istud sit nolle: primum illud à vobis (si modo commodare patientiam vultis) exquirimus primum, allegorico genere vel scripta hæc esse, vel eodem modo intelligi oportere, unde est vobis cognitũ, vel unde intimatum in consilium scriptores advocare? vos scilicet tum in eorum pectoribus latitabatis, cum pro aliis res alias inter veritate capta subdebant?* Corrigo primum, *commodare patientiã,* quę vox obedientiam significat. Deinde, *exquirimus, allegorico,* &c. Nam τὸ *primum* malè ibi denuò inculcatum. Postremo, *vel unde intimatum? in consilium scriptores advocare vos? scilicet tũ in eorũ,* &c. *Deinde si illi rationis alicujus & religionis metu, mysteria illa convoluere tenebrosâ obscuritate voluerunt, quantum vobis audaciæ est, ut quod illi noluerunt, vos velitis intelligere: vos scire, & cunctorum substernere notioni, quod illi frustrà verbis minus verum significantibus occulerunt.* Rescribo, *ut quod illi noluerunt vos intelligere, velitis vos scire,*

Lin.25. *& cunctorum s. n. Denique si accommodum ducitis, etiam illud à vobis repetitâ interrogatione conquirimus, omnes de his fabulas existimetis, id est, singulas totas ambifarias ac bilingues, & versipellibus esse scriptas modis? an alias earum partes nihil ambiguum dicere, alias verò multifidas, atque allegorici tegminis superjectione velatas?* Deleo τὰ, *id est singulas,* ut interpretamentum τοῦ *omnes.* Deinde, lego, *de dîs fabulas.*

Cap.

Cap. XI.

Deus, pro Dea.

VT enim Iovem pro pluviâ, Cererē (verbi cau- Lin.24.
ſâ) pro terrâ vultis audire: & pro Libero, ac
patre Dite, ſubmerſionē ſeminis atque jactum. Le-
go cum Grotio meo. *Liberâ.* *Quid Eleuſinius* Pag.179.
pagus? quid Baubonis tugurium atque hoſpitium Lin.2.
ruſticanum? quin cycconis ſignificet potio? Scribo,
quid c. ſ. p? *Quod ſi pro his omnibus, quid opor-* Lin.6.
teat ſubjici rerum immutatione monſtratis, erit ut
vobis aſſenſſum ſuper tali aſſeveratione tribuamus:
ſin autem ſingula in ſingulis neque poteſtis oppone-
re, nec ad rerum vocare contextum: quid allegoriis
obſcuratis honeſtis id, quod ſimpliciter ſcriptum eſt,
& communem ad intelligentiam publicatum? Le-
go, *neque poteſtis ſupponere.* Adhæſerat *ſ.* fini præ-
cedentis dictionis, & *o* pro *u* more ſuo ſcribſerat
librarius. Anteà dicit, *quid oporteat ſubjici.* Item,
Monſtrate quid pro rebus ſingulis, quas unaqua-
que eloquitur fabula, debeamus ſupponere. Porrò
pro iſtis, *nec ad rerum vocare cōtextum,* in Roma-
no eſt, *neque alterum rerum v. c.* Emendo, *neque*
ad verum r. v. c. *In nemore, inquit, Ennenſi quon-* Lin.34.
dam flores Proſerpina lectitabat. Integrum adhuc
iſtud eſt, & rectâ pronuntiatione prolatum: nam &
nemus & flores quid ſint, quid Proſerpina, quid vi-
rago, cunctis indubitabiliter notum eſt. Defectum
video, & ſuppleo. *Proſerpina adhuc virago lectita-*
bat. Anteà dixit. *Cum in Siciliæ pratulis purpureos*
legeret nondum mater flores, ſed adhuc virgo Pro-

ſerpina. Neceſſariò autem duæ hæ voces deſunt, quod librarii feſtinationi & ſupinitati imputare habemus. Niſi ita ſcribſiſſet Arnobius, cum dixiſſet, *quid Proſerpina,* non denique addidiſſet, *quid*
Pag.180. Lin.4. *virago. Emicuit Summanus è terris curru quadrijugo vectitatus: ſimplex & hoc aquè eſt: nã quadrigæ, currus, atque Summanus interpretationem deſiderant nullam.* Emendo. *Nam quadriga currus,*&c.
Lin.21. *Quid ergo hic accidit, ut ab Jove, qui pluvia, & ab Cerere quæ appellata eſt terra, res tranſiret ad verum Jovem, atque ad rerum ſimpliciſſimã dictionem?* Lego, *ad verbum Jovem, atque ad Cererem ſ. d.*
Pag.181. Lin.1. *Poteſt quidem proſcriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici, appellarique Cannenſis. Sed quæ geſta eſt dudum pugna eſſe non poteſt, eadémque proſcriptio.* Scribo, *dudũ pugna, pugna eſſe,* &c. Repetenda enim iſta dictio.
Lin.7. *Unde igitur probamus hiſtorias has omnes rerum eſſe geſtarũ conſcriptiones?* Etiam heic vox deeſt: Scribo, *omnes allegoricas rerum e. g. c.* Lege præcedentia, & videbis.
Lin.14. *Pinus illa ſolenniter quæ in matris infertur ſanctum deæ, nonne illius imago eſt arboris, ſub quã ſibi Atys virum demeſſis genitalibus abſtulit?*
Lin.27. Scribo, *in matris infertur ſanctum deûm. Neque enim credibile eſt, nullis antecedentibus cauſis ſuſcepta hæc eſſe: aut inſanire judicandũ eſt Atticos, qui ſibi ritum religionis affixerint conflatum rationibus nullis.* Scribo, *affinxerint.*
pag.182. Lin.9. *Poteſt irreligioſius quicpiam vel exiſtimari, vel credi, quàm ſemina terris merſa, vel quodlibet aliud (nihil enim ſimiliter refert) raptum Proſerpinæ dicere, & cum notã Ditis patris rei ruſticæ dei proloqui?* Locus non leviter

viter depravatus, corrigo in partem interpunctione, *vel quodlibet aliud? nihil enim similiter refert raptum Proserpinæ d.e.c.n.D.p.r.r.d.proloqui. Et* postrema illa, aut valdè fallor, aut mutila sunt. Putem scribi debere, *cum notâ ditis patris & rei rusticæ dei p.* aut talem copulam. Porro *dei* dixit, pro *dea*. Sic lib. III. *Dianam, Cererem, Lunam, caput esse unius dei triviali germanitate pronuntiant*. Sic Virgilius.

Descendo, ac ducente deo flammã inter & hostes.
Vide Macrobium Saturnal. lib. III. cap. VIII.

Cap. XII.

Vrigo. Vegetius restitutus. *Dulcedines.*

ANteà mos fuerat allegoricas dictiones honestissimis sensibus obumbrare, res turpes, fœdas prolatu, honestorum vestirier dignitate. Scribo, *h. sensibus obumbrari.* Lin. 17. *At verò vobis auctoribus per turpitudinem dicuntur res graves, & castitate pollētia obscænis commorantur in vocibus.* Lin. 19. Malim, *commemorantur.* *An deos adulteros dicere periculū habuit nullum? Prolatio cupidinis atque iræ, os fuerant obscœno coinquinatura contactu?* Lin. 32. Scribo, *p. habuit ullum?* *Ad extremum & ultimum, quid sibi dii volunt, ut honesta cum nolint, turpissima de se dici atque indecora patiantur?* Pag. 181. Lin. 1. *Atyem cum nominamus, solem (inquit) significamus, & dicimus, sed si Atys sol est (quemadmodum connumeratis & dicitis) quis erit Atys ille, quem in Phrygiâ genitum vestræ produnt atque indicant literæ?* Emendaveram,

commemoratis & dicitis, cum video ante me fecisse
Lin. 14. se id Canterum. *Si enim istud principaliter habet originem solis, quid tandem de vobis sol aureus meruit, ut ei cum semiviro faceretis vocabulum istud esse commune sin hirquinum & Phrygium est, quid Phaëthontis genitor, pater hujus luminis & claritatis admisit, ut abscisso ab homine dignus videretur vocari, & augustior fieret evirati corporis nuncupatione signatus?* Lego, *ut abscissi agno-*
Pag. 184. Lin. 11. *mine. Quid enim subjiciemus pro istis fustibus, quos super aggerem tumuli Semeleïæ sobolis origo contorsit.* Scribo, *Semeleïæ sobolis urigo.* Vide rem omnem pagg. 173. 174. usitata autem hæc ipsa vox etiam Apuleio M les. I. de Meroë. *Me satis quàm humanè tractare adorta, cænæ gratæ atque gratuitæ, ac mox urigine percita cubili suo applicat.* Item Miles. VIII. *Ad illicitæ libidinis extrema flagitia infandis uriginibus efferantur.* Corrupta hæc vox quoque apud Vegetium Artis Veterinariæ lib. II. cap. LII. *Uligines etiam in pedibus cruribus unguibusq; vel sub armis aliquando generantur, quas quidam Dulcedinés vocant, habent similitudinem scabiei.* Scribo, *Vrigines etiam p.* aut, si ita mavis, *Vitiligines.* Sed priorem emendationem astruit quod ait à quibusdam *Dulcedines* appellatas fuisse. Lęvius apud Apuleium Apol. *Hinnientum dulcedines.* Plinio *Uredo* idem valet, ubi de urticâ. *Hæc tactu uredinem incitat.* Nam *Urere* in Venereo significatu Latinis, maximè Poëtis,
Lin. 34. non insolens. *Ad veram judicii formam, & in illâ estis reprehensionis parte, quod in usu sermonis vestri Martem pro pugnâ appellatis.* Legerim, *ad*

veram

veram judicii normam. Sed iſtud, ut mea hęc omnia, arbitrarii juris eſſe volo, & cedam libens meritò, meliora certioráque aut ab ingenio, aut à libris, quibus nos deſtituti, afferenti.

Ioannis Mevrsi
CRITICI ARNOBIANI
LIBER VI.
Cap. I.
Phegei ἀποθέωσις. Auguſtinus correctus.

IN hâc enim conſuêſtis parte crimen nobis maximum impietatis affigere: quod neque ædes ſacras venerationis ad officia conſtruamus, non deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus aut formam. Scribo, *affingere.* *Et quid amplius poſſumus vel honoris eis attribuere, vel dignitatis, quàm quod eos in eâ ponimus parte, quâ rerum caput, ac dominum, ſummumq́; ipſum regem, cui debent divina nobiſcum quod eſſe ſe ſentiunt, & vitali in ſubſtantiâ contineri?* An ſcribendum? *cui debent dii unà nobiſcum.* *Templa enim hæc quid ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane, atque amplum: ſi deorum potentiam metiaris, ſuc-*

Pag. 185. Lin. 21.
pag. 186. Lin. 32.
Pag. 187. Lin. 16.

ceſſus quidem parui, atque (ut verius proloquar) genus auguſtiſſimum cavernarum pauperini cordis excogitatione ſuſpenſum. Scribo, *ſucceſſus quidam*
Lin.21. *p. Quorum ſi quaris audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops fuiſſe monſtrabitur.* Illud verò craſſum mendaciũ. Scribendum, *Phoroneus Argivus.* Id adeò verum eſt, ut teſtimonio non egeat. Porrò quod de Phoroneo ait; is Phegeo fratri juniori mortuo templũ conſtituit, ubi ei tanquam Deo boves immolarentur. Auguſtinus de Civitate Dei lib. XVIII. cap. III. *His temporibus Gracia ſub Phoroneo Argolico rege legum & judiciorum quibuſdam clarior facta eſt inſtitutis. Phegous* (ſcribo *Phegeus*) *tamen frater hujus Phoronei junior cùm eſſet mortuus, ad ejus ſepulcrum templum eſt conſtitutum, in quo cole-*
Lin.31. *retur ut deus: & ei boves immolarentur. Templum inquit hoc Martis eſt, hoc Iunonis, & Veneris, Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules, illo Summanus.* Scribo, *id Veneris.*

Cap. II.

Iovis epulum. Aegyptiorum mos. Statio Papinio data lux.

HOc eſt enim proprium deorum, complere omnia vi ſuâ, non partiliter uſpiam, ſed ubique eſſe totos: non adeſſe, non abeſſe, non cænatum ad Æthiopas pergere, & poſt dies biſſenos privatum ad domicilium redire. De Iovis apud Æthiopas
Pag.188. Lin.20. epulo hauſit ex Homeri Iliad. ά. ubi ipſa ſic loquitur Thetis.

Ζεὺς

Ζεὺς γδ' ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔϐη μετὰ δαῖτα (θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο)
Δωδεκάτη δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε.

Inde quoque Statius Sylv. lib. IV. in Epulo Domitiani.

Talis, ubi Oceani finem mensasq; revisit
Æthiopum, sacro diffusus nectare vultus
Dux superûm. ———

Eustathius memorat in Diospoli, quæ Ægypti est civitas, esse Iovis templum maximũ, unde Æthiopes Iovis & aliorum Deorum simulacra accipientes, certo quodam tempore universam Libyam circuirent per duodecim dies continuos, quia tot sint apud ipsos Dii. Meminit quoque Nicandri Scholiastes θηριακοῖς, additque myricâ coronatos in hâc solenni pompâ Æthiopas incedere cõsuevisse. Verba ita habent. Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ συνηθείας ἀρχαιότατον εἶναί φησι φυτὸν τὴν μυρίκην. καὶ τοὺς αἰγυπτίους ἐν τῇ τοῦ Διὸς πομπῇ ἐστεφανῶσθαι μυρίκῃ. καὶ παρὰ Μήδοις μάγους. Ad Arnobium redeo. *Quod si ita non erit, tollitur è medio omnis spes opis, & erit in dubio, aud·amur ab diis, necne: si quando res sacras cærimoniarum conficitis debitis.* Scribo, *audiamini ab diis.* Lin.24. *Si omnes uno in tempore rebus divinis factis, quod sua quosque necessitas cogitare compellit poscant de numine, referẽdi beneficii quanam omnibus spes erit, si non undique missam ad se vocem deus exaudiet, & erit ulla longinquitas, quò penetrare non possit auxilium poscentis oratio?* Lin 31. Scribserim, *q. s. q. n. rogitare compellit.* *Quid Celei virgines? non in Cereris Eleusinæ humatæ habere perhibentur officia?* Pag. 109. Liu. 20. In Romano est, *humationibus*

perhibentur officio? Fortè. *humata omnibus perhibẽtur officiose.* Sic lib. I. *Supercilio* quoque truncatè
Pag. 192. pro *superciliose* legebatur, ut inibi monui. *Si si-*
Lin. 5. *mulacra hæc omnia superiorum sunt imagines numinum, ergo & in cælo habitare dicendus est deus talis, ad cujus formam & speciem simulacri hujus similitudo directa est.* Scribo, *superorum s.*

Cap. III.

Prudentius, & Etymologici auctor, emendati.

Lin. 23. *ET videlicet ut hîc iste, ita illic ille, sine reliquo corpore persona est, & facies sola, fremebundus hiatibus torvidis, dirus, sanguineo de gutture malũ dentibus suis comprimens, atque ut olim fessi canes linguam ore de patulo pituitate projiciens.* In Romano erat, *sanguineo de coloro.* Lego, *sanguine decolorus.* Abbreviata scribtura *decolor⁹* medi istius nutrix. Dixit autem *Decolorus* pro *Decolor.* Eodẽ modo *Unicolorus* Prudentius Hamartig.

Sic animas cæli de fontibus unicoloras, &c.

Item *Versicolorus paries* lib. II. contrà Symmachum. Et *Multicolora prata* Hymno III. καθημερινῶν. Deinde etiam lego, *malam d. s. c.* ut autem *malam dẽtibus comprimere* Arnobius, ita Prudentius etiam περὶ στεφάνου Hymn. X. *os dentibus comprimere.*

Nunquam momordit martyr, aut os dentibus
Compressit arctis. ———

Commodum quoque hujus autoris locum emẽdabo, qui est ἁμαρτιγ.

Incerat

Incerat lapides fumosos idololatrix
Relligio, & surdis pallens advolvitur aris.

Scribo, *idololatris*. Purum putum Græcum εἰδωλολάτρεις. *Atque (ut Aëthlius memorat) ante usum disciplinamq; fictorum, pluteum Samios pro Junone.* Ita optimè emendârunt viri magni, Canterus, & Gifanius. Sed Aëthlii quoque nomē corruptum apud Etymologicographum in Νένωται. Lin.31.

Animantis asseritis malam scientissimi causam, & quod semel sine ratione fecistis, ne videamini aliquando nescisse, defenditis: Malim. *Amentes a.m.* Pag.193. Lin.13.

Liber membris cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate. Lego, *liquoris seminei*. Nā Liberum veteres masculinis seminibus præficiebant, ut docui lib. IV. cap. III. quæ, si voles, vide. Lin.24.

Cum pileo Vulcanus, & malleo, manu liber, sed dexterâ, & fabrili expeditione succinctus. Lego, *mancus, liber sed d.* Lin.27.

Usq; adeo ludus est simulacra ista confingere, nomina illis tanquam propria dedicare, quibus si habitum detrahas, tollatur cognitio singulorum. Scribo, *numina i.t.p.d.* Sic posteà. *Exoleto Jovis numen simulacrumq; sacrare.* Pag.194. Lin.13.

Cap. IV.

Apuleius corrigitur, & Isidorus bis. *Scobina, Scobs.*

PHryne illa Thespiaca (sicut illi regerunt qui negotia Thespiaca scriptitârunt) cum in acumine ipso esset pulcritudinis, venustatis, & floris: exemplarium fuisse perhibetur cunctarum quæ in opinione sunt Venerum: sive per urbes Graias, sive iste quò Lin.26.

amor fluxit talium cupiditasq; signorum. Emendo, *sive istic quò a.* Simile mendum apud Apuleium Milesf.v.extremâ. *Quod autem, oramus, isti crimẽ, si puella lepida libenter arrisit?* Etiam scribendum,
pag.196. *istic crimen.* *In has species ducta sunt, atque in*
Lin.5. *formas quas cernitis exierunt: fornacibus incocta figulinis, ex incudibus & malleis nata, gros sis rasa, descobinata limis.* Quæ verba revocant mihi in mentem Isidori locum insignitè depravatum, qui est Orig. lib. xix. cap. xix. *Scofina dicta, quod harendo scophen faciat.* Emendo, *Scobina d. q. terendo scobem f.* Plautus Neruolariâ.

Scobinam ego illam actutum adrasi.

Plinius lib. xi. cap. xxxvii. *Novissima asperitas, ut scobina ferri.* Inde *Descobinare* hîc apud Arnobium, & Varronem Meleagris. *Sin autem delectationis causâ veneramini, quantò satius est salvis cruribus in circo hæc spectare, quàm his descobinatis in sylvâ currere.* Idem Vę Victis. *Pugiles spectatores, qui miserum putatis vinci, quæro à vobis, si adversarius supercilia mî cæstis descobinârit, num quis*
Lin.10. *vestrûm sua mihi est daturus.* *Ita non error est? non (ut propriè dicatur) amentia? deum credere, quem tute ipse formâris, supplicare tremebundum fabricatæ abs te rei? & cum scias, & certus sis tui esse operis, & digitorum artem, pronum in faciem ruere, opem rogare suppliciter, adversisq; in rebus, atque in temporibus asperis propitii numinis favore succurrere?* Emendo, *propitii numinis favores acquirere?*
Lin.33. *Novitatis aliquid fictio corporibus his addit, ut adjectione ipsâ cogamini aliquid eis credere divinitatis majestatisq; collatũ? in aurum, æs mutata*

tata ut testula vilitate in argentea cogat degenerare materiā? quæ insensilia fuerant paullo ante, ut sint viva,& spiritali agitatione moveātur? Interpungo, *in aurū æs mutata*, &c. *Si quas foris habuere naturas, eas omnes retineant simulacrorum in corporibus cōstituta stupiditas quæ tanta est? (detrecto enim dicere cæcitatem) rerum existimare naturas formarū qualitate mutari.* Interpungo, *constituta: stupiditas*, &c. *Coctilibus testis succumbitis, æris laminas adoratis, elephantorum à dentibus secundas poscitis valetudines, magistratus, imperia, potestates, victorias, acquisitionis lucra, messes opimas feracissimásque vindemias.* Lego, *v. acquisitiones lucri.* Sic lib. IV. *Quis est enim qui credat esse deos Lucrios, & lucrorum consecutionibus præsidere?* Pag. 197. Lin. 4. Lin. 12.

Cap. V.

Ossu. Testu. Cato emendatus.

I*Ta enim non videtis spirantia hæc signa, quorum plantas & genua contrectatis orantes, modo casibus stillicidiorum labi, putredinis modo carie relaxari, ut nidoribus atque fumo suffita ac decolorata nigrescant, quemadmodum sæcli longioris incuriâ perdant situs, specie, & rubigine vulnerentur exesa?* Scribo, *p. situs, speciem, e.* Vel, *specie & rubigine vulnerentur exesâ?* *Ita, inquam, non videtis sub istorum simulacrorum cavis stelliones, sorices, mures, blattasq; lucifugas nidamenta ponere, atque habitare? spurcitias huc omnes, atque alia usibus accommodata conducere, semirosi duritias panis, ossa in spem tracta, pannos, lanuginem, chartulas, nidulorum* Pag. 198. Lin. 3. Lin. 9.

lorum in mollitie miserorum fomenta pullorũ? Emẽdo, *f. duritias panis ossu in speciem tracti, p.l.c.n.i. mollitiem, m. f.p.* Scribtum fuerat *in spẽm* abbreviatè. Hęc mendi incunabula prima. Porro veteres *Os, Osse, Ossum*, & *Ossu* dicebant, quorum postremo utitur heic Arnobius. Sic *Testu* quoque & *Testum*. Varro de L. L. lib. IV. *Testuatium, quod in testu caldo coquebatur*. Ovidius II. Fast.

Ara fit: huc ignem curto fert rustica testu.

Item V.

Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat.

Et spumat testu pressus uterque suo.

Cato lib. de Re Rust. cap. LXXV. *Folia subdito, in foco caldo sub testu coquito leniter*. Cap. LXXVI. *Tunc placentam imponito, texto caldo operito.* Emẽdo, *testo caldo o.* Cap. LXXXIV. *Catinum texto operito, videto ut benè percoquas medium, ubi altissimum est. ubi coctum erit, catinum eximito, melle unguito, papaver infriato, sub textum subde paulisper.* Scribo, *testo operito.* & posteà, *sub testum subde p.* Lin. 22. *Erubescite vel serò, atque ab animantibus mutis vias, rationes accipite: doceántque vos eadem nihil numinis inesse simulacris: in qua obscæna facere neque metuunt, neque vitant, leges suas sequentia, & instincta veritate natura.* In Romano est, *obscœna dicere*. Lego, *o. diicere*. Eà phrasi anteà. *Non hirundines denique intra ipsos ædium circumvolantes tholos, jaculantur stercoris plenas.* Alioquin nõ malè emendasse videri poterat Gelenius. Sic, *stercus facere* Festus in *Cunire* & *Juge auspicium*. Persius *Facere oletum:* & Veranius.

Sacer-

Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. Denuò in Arnobii citatis verbis, quid est? *instincta veritate naturæ.* Lego, *severitate n.* Et truncata vox, quales nonnullas observavimus in Afro hoc. Aptè legibus severitatem subnectit.

Cap. VI.

Ammianus correctus. *Privus.*

Ergo illud à vobis parte in hâc primum deside-ramus & postulamus audire, invitine hoc faciunt, id est, jure dedicationis attracti simulacrorum ineunt mansiones? an proni & faciles, neque ullis necessitatibus irrogati? si inviti hoc faciunt, & qui fieri pote est, ut in aliquam necessitatem imminuta necessitate cogantur voluntariæ obsecutionis assensu? Et quid in testulis dii petunt, ut eas sedibus sidereis anteponant? vincti omnes & propemodum colligati nobilitent testulas, & cætera quibus signa consiunt? Pag. 199. Lin. 5. Interpungo, *cogãtur? volũtariæ obsecutionis a. Quid ergo in materiis talibus sempérne Dii mansitant, neque abeunt usquiam, etiamsi res postulaverit maxima? An habent itus liberos, cùm libuerit abire quocunque, & ab suis sedibus simulacrisq; discedere?* Lin. 14. Interpungo & heic. *Quid? ergo,* &c. Ista autẽ, *habent itus liberos* in memoriam revocant Ammiani locum depravatũ lib. XXII. *Ultrà hæc loca Acherusium specus est, quod accolæ μυχοπόνλιον appellant, & portus Acone, fluvii diversi, Acheron, idémque Archadius & Iris & Tembrius & juxtà Parthenius, omnes in mare ictu rapido decurrentes.* Corrigo. *Acherusium specu est, q.a.μ.a.e.p.A.f.d.A.*

itemq;

Lin.17. *itemq́; A.e.I.e.T.e.i.P.o.i.m.itu r,d. Si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius his esse aut infelicius poterit, quam si eos in basibus ita unci retinent, & plumbeæ vinctiones? sed concedamus ut cælo & sidereis sedibus anteponant, divinitatis suæ perdiderunt potestatem. Sin autem cum voluerint, evolant, & absolutum jus habent inania relinquere simulacra: ergo aliquo tempore desinent esse dii signa, & in dubio stabit, quando sacra debeant reddi; quando his conveniat atque oporteat abstinere. Sepenumerò videmus ab artificibus hæc signa modò parvula fieri, & palmarem in minutiem contrahi, modò in immensum tolli, & admirabilem in amplitudinem sublevari.* Locus egregiè luxatus, & mutilus. Restituo. *Si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius his esse aut infelicius poterit, quam si eos in basibus ita unci retinent, & plumbeæ vinctiones? Sin autem cum voluerint evolant, & absolutum jus habent inania relinquere simulacra, e.a. t.d.e.d. s.e. i.d s.q. s.d.r.q. h.c.a.o. abstinere. Sed concedamus, ut cælo & sidereis sedibus anteponant, divinitatis suæ perdiderunt potestatem. Sæpe enim numerò videmus,*&c. Coaluerunt enim istæ tres voces, & media propter similem literatum ductum absorpta est.

Lin.29. *Ratione hâc ergo sequitur, ut intelligere debeamus in sigilliolis parvis contrahere se deos, & alieni ad corporis similitudinem coarctari: aut verò in vastis porrigere se longius, atque in maximitate producere.* Lego, *at verò in v.*

Pag.200. Lin.7. *Constituamus enim decem millia simulacrorum toto esse in orbe Vulcani: nunquid esse (ut dixi) decem omnibus in millibus potis est unus uno*

in tem-

in tempore? non opinor. quâ causâ? quia quæ sunt privata singulariaq; naturâ, multa fieri nequeunt simplicitatis suæ integritate servatâ. Lego, *q. sunt priva singulariáque naturâ. Privus* prisca vox, & vel pueris nota.

Cap. VII.

Momen. Fligere. Clemens emendatus.

Qvin immo si fiditis deos istic esse, nec ab signis uspiam simulacrisq; discedere: permittite illis curam sui, reserata sint semper atque aperta delubra: ac si quid à quopiā temerariâ fuerit fraude subreptum, vim numinis monstrent, & sub ipso furti atque operis nomine sacrilegos pœnis convenientibus figant. Emendo, *sub ipso f.a.o. momine s.p.c. fligāt.* Quid *Momen* sit dixi lib. II. cap. VII. *Fligere* autē veteres usurpabant, hodiè cōposita magis in usu. Lucretius lib. II. Lin. 35.

——— nam cita supernè
Obvia cum flixere, fit ut diversa repentè
Dissiliant. ———

Livius Ægystho.

Ipse se in terram saucius fligit cadens.

Accius, ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ.

Nec perdolescit fligi socios morte, campos contegi.

Et Ægystho.

Heu cuiatis stirpem funditus fligi studet!

Virgilius.

Dant sonitum flictu galeæ.

Ausonius.

Cym-

Cymbala dant flictu sonitum. ———
Silius Italicus.

——— *galea horrida flictu.*

Pag.101. Lin.7. *Antiochum Cyzicenum ferunt decem cubitorum Jovem ex delubro aureum sustulisse, & ex ære bracteolis substituisse fucatum.* Scribserim *quindecim cubitorum* ex Clementis autoritate, cujus ea verba. Ἀντίοχος δὲ ὁ Κυζικηνὸς ἀπορούμενος χρημάτων, τοῦ Διὸς τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν, πεντεκαίδεκα πηχῶν τὸ μέγεθος ὄν, προσέταξε χωνεῦσαι. καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀτιμοτέρας ὕλης ἄγαλμα παραπλήσιον ἐκείνῳ, πετάλοις
Lin.15. κεχρυσωμένον ἀναθῆναι πάλιν. *Dionysius ille (sed junior) cum velamine aureo spoliaret Jovem, & pro illo laneum subderet: jocularibus etiam facetiis ludens, cum esse illud in rigoribus algidum, hoc vaporeum, onerosum illud in æstatibus diceret, hoc rursus sub ardoribus flabile.* Scribo *in frigoribus algidum.* Et mēdosus quoque in hujus rei narratione Clemens. Διονύσιος μὲν γὰρ ὁ τύραννος, ὁ νεώτερος, θοιμάτιον τὸ χρύσεον περιελόμενος τοῦ Διὸς ἐν Σικελίᾳ, προσέταξεν αὐτῷ ἐρεοῦν περιτεθῆναι, χαριέντως φήσας τοῦτο ἄμεινον εἶναι τοῦ χρυσίου, καὶ θέρους κουφότερον, καὶ χρυ-
Lin.24. σοῦς ἀλεεινότερον. Lego, καὶ κρύους ἀλεεινότερον. *Facinus esse dicebat indignum, ex Apolline procreatum patre levi & glabro, simillimóque impuberi, ita barbatum filium fingi, ut ancipiti relinquatur, uter eorum pater sit, uter filius, immò an sit generis & & cognationis unius* Scribo, *ut ancipiti r. u. e. p. s. u. f. i. an sint g.*

Cap.

Cap. VIII.

Iunius Philargyrius corrigitur. *Scriptulum*. Satyræ Menippeæ, etiam Cynicæ dictæ. *Caliendrum*.

Consimili ratione Posidippus in eo libro, quem scriptum super Gnido indicat, superq; rebus ejus, adulescentem haud ignobilem memorat, sed vocabulum ejus obscurat, correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est, amatorias & ipsum miscuisse lascivias, cum ejusdem numinis signo genialibus fusum thoris, & voluptatum consequentium finibus. Restituo, *q. s. s. Gnido indigitat.* Posteà, *amatorias & ipsum miscuisse lascivias cum ejusdẽ numinis signo, genialibus usum thoris*, &c. Ita enim & legendum, & dispungendum. Pag. 201. Lin. 13.

Ubi Iuno regina, cùm inclytum ejus fanum sacerdotemq; Chrysidem eadem vis flamma Argivâ in civitate deleret? Occasione hujus loci corrigendus Iunius Philargyrius ad Georgic. III. *Manifestum est à Cydippe Argiva Iunonis sacerdote hoc tractum*, &c. Scribo, *à Chryside A.* Pag. 203. Lin. 3.

Ubi Liber Eleutherius, cùm Athenis? ubi Diana, cùm Ephe-so? Scribo, *cùm Ephesi?* Lin. 7.

Ubi denique Apollo divinus, cùm à piratis, maritimisque prædonibus, & spoliatus ita est, & incensus, ut ex tot auri ponderibus quæ infinita congesserant secula, nec unum quidem habuerit scrypulum quod hirundinibus hospitis (Varro ut dicit in Menippis) ostenderet. In Romano codice exstat, *quo hirũdinibus hospitiis (Varro ut dicit) se Thenipeus ostenderet.* Lego, *scripu-* Lin. 9.

lum, quod hirundinibus hospitis (Varro ut dicit Sat. Menippeis) ostenderet. Veteres autem *Scriptulum* dicebant, ut Græcam vocem γράμμα exprimerēt, posteriores *Scripulum abjecto T.* Sosipater Charisius lib. I. *Scriptulum, quod nunc vulgus sine t. dicit.* Rhemnius Fannius.

Γράμμα vocant nostri, scriptlum dixêre priores.

Glossæ. *Scripulum,* Γράμμα, Σταθμὸς. Cur autem γράμμα dicatur docet idem Rhemnius.

——— *putandum*

Γράμματα, dicta, quod hæc viginti quatuor in se Uncia habet. ———

Ovidius quoque *Scripula* dixit. Vel legendũ hîc, *nec unum habuerit scrupulum.* Ita effert Vitruvius lib. VII. cap. VIII. *Centenario sublato, si ibi auri scrupulum imponatur, natat in summo.* Valerius Maximus lib. IV. cap. IV. *Eadem gens nullum antè scrupulum argenti habuit, quam Paullus Perse rege devicto Q. Ælio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex prædâ donaret.* Et profectò *scrupulum,* non *scripulum,* Arnobium scribsisse adducor ut credam, cum Varronis verbis dicat, qui ita extulit quoque Plutophthoryne, & Annali, quod fragmentum extat apud Charisium lib. I. *Nummum argenteum conflatum primum à Servio Tullio dicunt, is quatuor scrupulis major fuit quam numi.* Porrò ex *se Thenipeus* feci *Sat. Menippeis,* quam proximè vestigiis literarum insistens. Ita autē appellavit Satyras suas à Menippo servo; alii Cynicas nominarunt. Vide Agellium lib. II. cap. XVIII. Macrobium Saturnal. lib. I. cap. II. Possis etiam legere, quo *h. h. (Varrò ut dicit) se denique ostenderet,*

ret:Vel,*se dein deus o*. Elige Lector,mihi prior cōjectura magis placet. *O species formidinum dira, metuendiq́ terrores, propter quos genus hominū torpedine in perpetuâ affigeretur*. Lego,*affligeretur*. Pag.205. Lin.3.
Falcicula,claves,caliandria, fomites,talaria, baculi,tympaniola,tibiæ,psalteria,mammæ promptæ,atque ingentes cantharuli,forcipes,&c. Lego, *claves, caliendra,f*. Glossæ. *Caliendrum* κόσμιον κεφαλῆς. Horatius lib.1.Sat.VIII. Lin.7.

Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
Excidere ———

Acron, *Caliendrum dicitur ornatus capitis mulierum,sive suppositus crinis,quem pro naturalibus capillis accipiebant*. Reliqua sic dispungo, *mammæ promptæ atque ingētes,cantharuli,f*. *Usq́ adeone mortales seculi illius ac temporis corde fuerant vacui,rationis sensusq́ nullius,ut ab actionibus improbis tanquam parvuli pusiones personarum monstruosissimâ torvitate animos etiam constringerentur & manus?* Malim, *corde fuerunt*. Lin.14. *Quod quidem non nos fatemur non contemptu facere, atque aspernatione divinâ, sed quod existimemus hujus potentias nominis nihil tale deposcere, neq́ rerum hujusmodi cupiditatibus attineri*. Corrigo, *Quod quidem nos fatemur n.c. f.a.a.d. s.q.e.h.p. numinis n*, &c. Malè vero τὸ *non* bis inculcatum est. pag.206. Lin.7.

IOANNIS MEURSI
CRITICI ARNOBIANI
LIBER VII.
Cap. I.

Festus emendatus. Mos in sacrificiis. Αὖ ἐρύειν.

Pag.207. Lin.34. *Nisi fortè hostiarum deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur, & fumos, pasciturq; de cnissis, quas evomunt ardentia viscera, adhuc uda de sanguine, & prioribus humecta de succis.* Fortè, *& cruoris h.* Temerè tamen mutare nolim.

Pag.213. Lin.17. *Postremò si tristia, atque importuna dii pellunt: si ea quæ sunt læta atque amica largiuntur, unde sunt mundo tanti tãque innumerabiles miseri?* Fortè, *atque infortunia d.p.*

Pag.215. Lin.32. *Ut si quispiam viso potentissimi nominis atque auctoritatis viro, viâ decedat, assurgat, caput revelet, vehiculóque desiliat: tum deinde salutet, acclivis ancillæ aut servuli pavibundas trepidationes imitatus.* Malim, *pavibundus.* De hoc more plenissimè Lipsius in Electis: ego Festi locum corrigam eò pertinentem, unde colligere est, si cum uxoribus sederent, vehiculo desilire minimè coactos. Inquit. *Matronæ magistratibus non submovebantur, ne pulsari, ne contrectari viderentur, neve gra-*

vidæ concuterentur; ob quam etiam causam, ait Verrius, neque earum viros sedentes cum uxoribus deesse quo descendere coactos à magistratibus, quod cõmuni vehiculo vehitur vir & uxor. Sed verba, ut dixi, mendosa. Corrigo, *s.c.v. de essedo descendere c.* *Video quid agatur in hujusmodi honorationis officio: summissione alterius datur alteri plurimum, efficiturq́ue, ut videatur magnus, quẽ susceptio minoris extulerit, & suis anteposuerit rebus.* Lego, *quem suspectio m.e.* Nam *Suspicere* in veneratione propriũ. Pag. 216. Lin. 2.

Et tamẽ, ut videamus istud quod dicitur quale sit, quod est istud honoris genus, veruecẽ, arietem, taurum, dei sub ore connectere, conspectuque in ejus occidere? Emendo, *d.s o. conuertere.* Nam hostias quas diis superis immolabant, resupinabant, & ore ad cælum convertebant, id quod Græci ἂν ἐρύειν appellant. Homerus Iliad. ά. Pag. 217. Lin. 4.

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν.

Orpheus in Argonaut.

Καὶ τότε δὴ κρατῆρα βοῶν περιμυκέα ταῦρον
Σφάζεν, ἀνακλίνας κεφαλὴν εἰς αἰθέρα δῖαν.

Vide quæ V. CL. Bonaventura Vulcanius ad Callimachi Hymn. 3. Lin. 11.

Quod si ea quæ fiunt, propriâ vi pendere, non antè sumptis placet opinionibus æstimare, aræ istæ, quas dicitis, altariáque hæc pulcra, infelicissimi animalium generis ustrinæ, rogi sunt, & busticeta, in opus structa fœdissimum, atque in sedẽ fabricata fœtorum. Lego, *a.i. cædem fabricata pecorum.* Quamvis vulgata lectio defendi possit, itaque non urgeo.

Cap. II.

Mos lavandi antè sacrificia peragenda. *Solipunga*. Isidorus restitutus.

Lin.19. M*Actaturque hoc illis, quorum templa cũ adire disponitis, ab omni vos labe puros, lautos, castissimosque præstatis? Et quid esse his potest coinquinatius, infelicius, spurcius?* Tangit in verbis illis morem veterum, qui templa accessuri, & vota facturi, se lavabant. Insignis super eo locus apud Iustinum Martyrem Apolog. II. Τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, λοιβὰς καὶ κνίσας ἀποτελοῦντας. τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας, πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἵδρυνται, ἐνεργοῦσι. Apud Lactantiũ quoque lib. v. cap xx. *At illi infelices, nec ex sceleribus suis intelligunt, quàm malum sit quod colunt, quandoquidem flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precandum: & se piè sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tanquam libidines intrà pectus inclusas ulli amnes abluant, aut ulla maria*
Lin.29. *purificent*. Et passim. *Et quoniam volucres hostiarum quoque in numeris ponitis, cur non vulturios, aquilas, ciconias, immussulos, buteones, corvos, accipitres, noctuas, cumque illis salamandras, natrices, viperas, solifugas?* Quas hic *solifugas*, alii *solipugas*, alii rursus *solipungas* nominãt: atq; corrigendus Isidorus Origin. lib. XII. cap. IV. *Solpunga serpens est quæ non videtur.* Malè enim in
Pag. 219. Lin. 8. hodiè culis est, *Salpinga*. *Cibis novis auctificatis*

tis deos, nidoribus cohonestatis & succis: & quia vobis jucunda & grata sunt, eaque vos alunt, deos etiam creditis in eorum affluere voluptates, latratorum & canum ritu offis sævitias ponere, atque alludere porrigentibus sæpius? Lego, *n.c. & fumis*. Sic anteà dixit. *Aut ex aris ardentibus nidorem consectatur & fumos*. Sequentia ita scribo, *ea quæ vos a.*&c. *Quæ est enim causa (requiram ut eadem* Lin.15.
rursus) ut ille tauris deus, hædis alius honoretur, aut ovibus, hic lactentibus porculis, alter intonsis agnis, hic virginibus bubulis, capris ille cornutis, hic sterilibus vacculis, at ille ingentibus scrofis, hic albentibus, atque atris, alter fœminei generis, alter vero animantibus masculinis? Lego, *h.v. buculis, c.i.c.h. s.v.a.i. incientibus s.h.a.a.a.a.f.g.a.v.a. masculini?* Atque τὸ *incientibus* ex aureolâ emendatione Scriverii mei est.

Cap. III.

Fulgentius & Prudentius restituti.

A*Vt (ut fieri moris est) observationis alicujus* Lin.18.
& religionis metu, ille caprinâ abstinet se carne, porcinum alius execratur attactum, huic ovilla fœtu lenta sunt viscera: Conjungo, & scribo, *fœtulenta sunt*. Simile pænè mendum apud Fulgentium libro de Alleg. Virgilianis. *Ergo dum ad tẽpus multæ scientiæ quis pervenerit, in temporales gurgitis canositates morumque fecelentias transit.* Corrigo, *morumque fætulentias t.* Aut certè: *m. fæculentias*, quod magis placet. *Quia superis* Pag.110. Lin.17.

 diis,

diis, inquit, atque hominum dexteritate pollentibus, color lætus acceptus est ac felix hilaritate candoris. Scribo, *atque ominum d. p.* Quod & Grotio meo in mentem venit. Sed & Prudentium corrigo lib. II. adversus Symmachum.

His tamen auspicibus successus dextra dederunt
Omina lætificos, & felix adfuit ales.

Malè enim.

Lin. 28. *Omnia lætificos,* &c.

Sed assentiamur (ut vultis) & esse inferos, & esse manes, & habitare nescio quos in his deos hominibus minus faustos, & tristioribus præpositos rebus, & quæ causa, quæ ratio est, ut atræ his hostiæ, nigerrimique admoveantur colores? quia nigra nigris conveniunt, & tristitiâ consimilibus grata sunt. Lego, *n. a. coloris? quia n'. n. n. c. e. tristia c. g. s.*

Pag. 121. Lin. 3. *Solas ergo immolate diis lanas, vulsasque ex hostiis setulas, relinquite infelicissimas pecudes, spoliatas licet, cæli animam ducere, & pastibus innocentissimas incubare.* Scribserim, *cælo animam d.*

Lin. 6. *Quod si grata numinibus inferis ea, quæ sunt nigra furvique existimatis coloris: cur non omnia cætera, quæ illorum inferre sacrificiis moris est, sint nigra & fumigata, tetraq; & colorata, curatis? Inficite thura, si dantur: salsas fruges, atque universa libamina, lacti, oleo, sanguini, hic ponat ut purpureum colorem, illa ut sint lurida, fuliginem infundite cum favillis.* Lego, & interpungo; *a. v. libamina: lacti, o. s. h. p. v. p. c. i. v. s. furva, s. i. c. f.*

Lin. 22. *Confundi hæc, inquit, fas non est, nec piaculi parui est, officia rituum procurationemq; misceri.* Mavelim, *procurationumq; m.*

Pag 122. Lin. 3. *Animalium facta est inter deos divisio, transactionis alicujus pactione convenit,*

venit, ut ille cōtineret ab hujus se hostiâ? hic ut usurpare desineret alieni sanguinis jura? an, ut zelotypi pusiones, communicare gustatum suarum pecudum nolunt? aut, ut gentibus fieri moris diversissimi fama est, quæ habentur his esui, aliarum eadem rejiciuntur à victibus? Scribo, *aliorum eadem r.* *Telluri* Lin.14.
(inquiunt) matri scrofa ingens immolatur fœta, at Minervæ virgini virgo cæditur vitula, nullis unquam stimulis, nullius operis excitata conatu. Etiā hîc legit Scriverius meus. *Telluri i.m s incięns i. fœtæ.*

Cap. IIII.

Fritilla. Frit. Formula vetus in auspiciis.

QUid sit illa, quid frumen, quid africia, quid* Pag.224.
gratilla, catumeum, consspolium, cubula? Le- Lin.23.
go, *Q. fritilla.* Græcis ἀθάρα vocatur, nam *Frit* est ἀθήρ. Vide quæ magnus Scaliger ad Varronem. *Non enim placet carnē strebulam nomina-* Lin.29.
re, quæ taurorum è coxendicibus demitur: pulpamēta non assa, quæ in veribus exta sunt, animata prius & torrefacta carbonibus: Retraho vocem, quæ repetita facilè elabi potuit, *p.n. assa: non quæ i.v.e s.*
Non similiter fendicas, quæ & ipsæ sunt diræ, quas Lin.34.
plebis oratio illa sòlet, cum eloquitur, nuncupare. Lego cum Scriverio meo, *i.s. hiræ, q.p.o. ilia s.* Scal. *illas*, pro *hillas.* *Non magmenta, non augmina,* Pag.225.
non mille species, vel amen sanguinum, vel fitillarū, Lin.2.
quibus nomina indidistis obscura, vulgoq; ut essent angustiora fecistis. Iterum scribo, *fritillarum.* Quid

verò illa velint, *vel amen sanguinum*, ingenuè fatebor, non scio: libentissimus docèti auscultabo.
Lin. 25. *Quæ causa, quæ ratio est, ut caro strebula separatim, ruma, cauda, & plasea separatim, isitium solũ, omentum solum, augmentorum adjiciatur in causam?* In Romano est, *p. separatim, ira sola, nomenque solum, a* Emendo, *hira sola, omenq́; s. magmen-*
Pag. 126. *torum a.* Et *Omen* dixit pro *Omentum*. *Sequitur*
Lin. 2. *ut de thure deque mero aliquid sine ullâ nimietate dicamus. Copulata enim & mixta fiunt cærimoniarum & hæc genera, cultumque adhibentur in pluri-*
Lin. 5. *mum.* Scribserim, *e. mixta sunt.* *Ac primum illud à vobis isto ipso quærimus percontamurque de thure; unde, aut quo tempore nosse illud aut scire potuistis, ut meritò existimetis aut esse diis dandum, aut eorum acceptissimum volũtati.* In Romano erat, *a. scire poteritis.* Rectè, & est elegans ἀρχαϊσμὸς. eadem facie *moneris* dixit Pacuvius, *Tetinero* Plautus. Sic *Voleris* in vetere formulâ in auspiciis usitatâ. *Sponsis benè, beneq́; voleris.* Iudicate
Pag. 129. docti. *Merum thuris est sociũ, quod explanari con-*
Lin. 5. *similiter poscimus, cur ei superfundatur incensioni.* Scribo, *cur ejus superfundatur.* Adhæseræ binæ finales literæ, principio sequentis vocis.

Cap. V.

Lavere, antiquè.

Lin. 20. D*Ate quæso immortalibus diis bibant, scyphos brias, pateras, sympiniaq́; depromite:* Scribo, *simpuviaq́; d.* Quod erratum insidebat etiam lib.
Pag. 232. Lin. 10. IV. *Lavatio, inquit, deûm matris est hodie. Sor-*
descunt

descunt enim divi, & ad sordes eluendas lavantibus aquis opus, atque adjunctâ antiquâ cineris frictione. In Romano est, *labentibus aquis.* Scribo, *laventibus a.* Nam veteres *Lavere* tertiâ conjugatione pronuntiabant. Exempla apud Lucretium, Plautum, Virgilium, Horatium, alios innumeros. Vide Nonium Marcellum. *Honorantur, inquit, his* Lin. 19. *dii, & si quas ab hominibus continent offensionum memorias illatas, abjiciunt, excludunt, redduntq; se nobis redintegratâ familiaritate fautores.* Emendo, *o. memorias, illas abjiciunt, e.* Nam *offensionum memoriam inferre* Latinorum sermo non admittit. *Existimatur tractari se honorificè Flora, si suis in* Lin. 33. *ludis flagitiosas conspexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in theatra?* Scribo, *Existimatus t. s. h.* *Iam verò si viderint in fœmineas mollitudi-* pag. 235. *nes enervantes se viros, vociferari hos frustrâ, sine* Lin. 11. *causâ alios cursitare, amicitiarum fide salvâ contundere se alios, & crudis mutilare se castibus;* &c. Corrigo *s. c. alios quiritari.* *Quid enim differt, aut* Lin. 22. *interest, faciantne hæc ipsi, an ab aliis fieri in amoribus atque in delitiis ducant? Unde igitur fluxi, vel ex quibus enata est causis opinionum hæc pravitas.* Scriverius, *fluxit.* Benè. *Ex eo scilicet maximè,* Lin. 25. *quod nequeuntes homines quidnam sit deus scire, quidnam sit vis ejus, natura, substantia, qualitas utrumne habeat formam, an nullâ sit corporis circumscriptione finitus, agat aliquid, an non agat, vigiletne perpetuò, an aliquando solvatur in somnos: currat, sedeat, ambulet, an ab hujusmodi motibus, & cessione sit liber.* Interpungo & lego, *substantia, qualitas: utrumne h. f.* Posteà, *a. h. m. & sessione s. l.*

Nunc

Pag.234. Lin.4. *Nunc verò, quia cernunt ora, oculos, capita, buccas, auriculas, nasos, cæterasq́; se alias membrorum gerere ac viscerum portiones, & deos existimant eadem ratione formatos, habitúmque illos suum compagine in corporeâ continere: & quia gaudere, lætari, mæstosq́; se fieri tristioribus conspiciunt causis, arbitrãtur & numina ex rebus hilarioribus gaudere, & ex minus lætis animorum contractione conduci.* Non videatur mendum esse, & tamen est, quod penitius consideranti facilè apparebit: cur enim lætitiæ causas omittat, tristitię ponat? cum posteà non prætereat, dicens: *arbitrantur & numina ex rebus hilarioribus gaudere, & ex minus lætis*, &c. Emendo itaque, *& q. gaudere lætâ re, mœstosq́; se fieri*, &c.

Cap. VI.

Pag.235. Lin.12. *AVobis artificia singuli opificum more habere perhibentur: ridemus cum audimus nos ista: quoniam diis artes necessarias ducimus arbitramurque non esse eas, constat & liquidum est paupertatis ad subsidium comparatas.* Emendaveram, *non esse, quas constat e.* cum video Lipsium id ante me vidisse, quare gavisus sum non leviter tanti viri suffragio conjecturam meam probatam.

Lin.16. *Discordiarum alios ex his vos, alios dicitis qui pestilentias irrogent, alios qui amores, qui furias, alios verò qui præsint bellis, & sanguinis effusione lætentur:* Scribo, *Discordiam alios e.*

Lin.24. *Nos hujusmodi motus alienos existimamus ab his esse: sunt enim ferocium generũ, & mortalitatis obeuntibus functiones.* Scribo, *m. obeuntis f.*

Pag.236. Lin.6. *Nos inconveniens ducimus, quin-*

*quinimmò incredibile judicamus, eos qui gradibus
mille genus omne virtutum perfectionis transierint
summitate, in voluptatibus habere atque in deliciis
esse res eas, quas homo sapiens rideat.* Scribo, *in de-
litiis res eas.* Nec audio Romanum codicem *τὸ es-
se* inculcantem. Quod & Gelenius vidit. *Quid* Lin.29.
*historiæ sibi volunt, quid annales, quorum in cōscri-
ptionibus legimus nonnullis offensionibus deos mo-
tos, pestilentias, sterilitates, ac frugum inopias, alia-
que intulisse civitatibus nationibusq; discrimina:
eosque rursus sacrorum satisfactione placatos, in-
dignationum posuisse fervores, & in habitum lætiorē
statum cæli, tempestatem mutasse?* Scribo, *statam
cæli tempestatem m. Si ergo his datis calor omnis* Pag.237.
numinum, indignatioq; frigescunt, vertunturq; in Lin.13.
*prospera ea quæ videbantur afferre terrores, mani-
festum est hæc omnia non sine cœlitum fieri volun-
tate, & quod ea tribuantur à vobis inaniter, & cum
totâ imperitiâ, reprehendi.* Scribo, *c. fieri voluptate.*
Ventum est igitur dum loquimur ad ipsum articu- Lin.19.
*lum causæ, ventum rei ad cardinem, ventum ad ve-
ram atque ad junctissimam quæstionem: in quā con-
venit ut debeamus inspicere formidine superstitionis
amotâ, & gratificatione depositâ, utrùmne hi dii
sint, quos sævire asseratis offensos, reddique sacrifi-
ciis mites: an sint longè aliud, & ab hujus vi debeant
& nominis & potentiæ segregari.* Lego, *atque ad in-
victissimam q.* Deinde, *& numinis & p. s. Cum-* Pag.238.
que dies adderet malum malo gravius, catervatim Lin.1.
*& populus interiret: rusticulo cuidam sorte humili-
tatis obscuro Iovem per insomnium dixisse, ut ad cō-
sules suaderet præsulem sibi displicuisse, monstraret*

posse

posse melius fieri civitati, si ludis sua religio redderetur, & ex integro rursus curiosâ observatione procederet. Scribo, *ut ad consules vaderet, suaderet præ-*
Lin. 32. *sulē s.d.* *Responsum deinde ab haruspicibus editum, res sævas tristissimasq; portendi.* Quid si? *res scævas t.p.* Nihil temerè tamen muto.

Cap. VII.

Augmen, pro mole. Ausonius tentatus. *Intueor* passivè.

pag. 239. Lin. 1. *Sed flecti hæc posse, immò aliter publicari scelerata non posse consilia, nisi Jupiter rursus altiore in culmine figeretur, orietalem ad cardinem, radiisque oppositus solis.* Ejicio vocem malè bis inculca-
lin. 12. tam, & scribo. *Sed flecti hæc, immò aliter p.* *Cæterum si penitus intueri res factas, personas, & personarum volueritis voluntates, nihil esse reperies diis dignum, & quod sæpè jam dictū est, quod ad hujus nominis speciem dignitatemque referatur.* Scribo,
Lin. 18. *a. h. numinis.* *Immo illum fuisse quis est qui assentiatur Jovem, quem deum principem dicitis, & rerum quæcunque sunt conditorē: qui spectatum proficisceretur è cælo cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros septem, & quos dissimiles ipse corporum esse in mobilitate voluisset, eos tamen gaudere, transire, transiri, pronos & cernuos ruere, cum curribus resupinos verti, trahi alios, cruribus & claudicare præfractis: & ineptias nugis & crudelitatibus mixtas summis in voluptatibus habuisse, quas homo quivis lautus, nec ad studium plenæ gravitatis ac ponderis eruditus, puerilia duceret atque asper-*

aspernaretur ut ludicra? Corrigo, *eos tamen gauderet transire, t.* & postea, *summis in voluptatibus habuisset, quas h.* *Quem si utique sciebat, divinus modò si fuerat, tergiversatorem in obsequio futurum, nonne fuerat pronius, & Deo conveniens, mentem hominis vertere, & parēdi subigere voluntatem?* Lego, *n.f.probius, e.D.c.m.h.v.e.p.subjicere v.* *Quænam illa sævitia crudelitatis fuit? quæ tanta, ut exstinctâ sobole intestinis periculis post territaret patrem?* Scribo, *i.sævitia? crudelitas fuit quæ tanta? ut e.* *Ex Epidauro tan ē quid est aliud allatum, nisi magni agminis colube:? Fidem si annalium sequimur: & exploratam eis attri imus veritatem, nihil (ut conscriptum est) aliu, quid ergo dicimus?* Fortè scribsit, *n.magni augminis c.* Lucretium more suo imitatus, qui *Augmen* pro mole usurpat lib. I.

Pag.241, Liu.13.

Lin.32.

Pag.242. Lin.28.

Non quodcunq; erit, esse aliquid debebit id ipsum
Augmine vel grandi, vel parvo denique dum sit.

Item lib. III.

——— & tamen ex his
Omnibus est unum perfecti corporis augmen.

Papyrius apud Ciceronem lib. IX. epist. ult. *Academici negant in rebus quicquam reperiri posse tam exiguam magnitudine atque augmine, quod non dividi porrò queat.* Pugnat tamen Ausonius Mosellâ.

——— longi vix corporis agmina soluis.

Et *Agmina* sunt quæ *Volumina* Virgilio, Apuleio. *Non arbitramur evincere atque obtinere vos posse, Æsculapium illum fuisse serpentem, nisi hunc :olorem volueritis inducere, ut in anguem dicatis* Pag.245. Liu.17.

catis convertisse se deum, quo mentiri se posset, quisnam esset, aut quales homines intueri. Illud postremum sanè languidum, & falsum. ut quid enim? non poterat videre quales homines essent, ut necesse habuerit propterea anguis formam induere? Neque in sequentibus tale quid habes. Emendo, *q. m. se posset, & quisnam esset, aut qualis, hoc minus intueri.* Passive autem *Intueri* dixit, quomodo *Tuor* non semel Lucretius.

Cap. VIII.

Mortalitas, pro strage. *Mortalis*, pro letifero.

Pag. 244. lin. 5. *Vos pronuntiate, vos dicite, quidnam illud fuerit, aut cuinam rerum generi debuerit applicari, si personarum officia sunt certa certarum vestra. Cum res ita sit, deque vestro numine, vestrâque & religione tractetur, vestrum est potius edocere, vestrumque mõstrare, quid illa res fuerit, nostras velle quam exaudire sẽtẽtias, nostraque exspectare decreta.* Rescribo, *c. certarum. Vestra cum res ista sit, d. v. n*

Lin. 13. *Hanc tamen scilicet colubram validissimi corporis, & prolixitatis immensæ: aut si nomen hoc sordidum est, anguem dicimus, serpentem nominitamus: aut si quod aliud nobis usus vocamen obtulerit, aut ampliatio sermonis effinxerit.* Lego. *Hanc tamen, si licet, colubram v. c. e. p. immensæ, aut, si n.*

Lin. 19. *Si ex materiâ formatus carnis longitudinem porrigebatur in lubricam, caput si habuit, atque caudam, si oblita squamis terga, si macularum suffectionibus varia, si os dentibus horridum, & ad infligendos instructum*

ſtructum morſus; quid aliud poſſumus, quàm generis eum dicere fuiſſe terreni? Cenſeo ſcribendum, *ſ. obſita ſ. t.* *Quamvis fuerit immanis, & nimius, quamvis illum ab Regulo exercitus vi cæſum longitudine corporis & roboris anteiret.* Quomodo? *longitudine roboris.* Aut valde judicii fallor, aut librarius feſtinans vocem omiſit: putemque ſcribſiſſe Arnobium, *& roboris magnitudine anteiret.* Vel taliter: aut certè, *l. corporis & robore a.* *Verum bellicas res amet, interque eſſe deſiderat pugnis, cædibus, mortalitatibus, & cruori.* Notanda verbi *Mortalitas* pro ſtrage notio nova, iſto tamē ævo non nova. Apud Salvianum quoque lib. VII. *Sicut ex furto Achar fugit populus, ſicut ex Zelo Saulis exorta eſt peſtilentia, ſicut ex David numeratione mortalitas.* Ita etiam *Mortalis* apud Cyprianum, lib. I. epiſt. VII. *Nec audiant eos, qui ſe fallaci & mortali circumventione decipiunt.* Et De bono patientię. *Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen eſt.* Lin. 24. Pag. 248. Lin. 6.

Cap. IX.

Ἀνάλεκτα quædam.

INter deſcribendum pauca à me omiſſa, quæ libet heic proponere. *Quid ſi omnes omninò, qui homines eſſe non ſpecie corporum ſed rationis intelligunt poteſtate.* Scribo. *Quod ſi o.* reliqua ſana ſunt, & temerè illa mutavi. *Atque ita perducitur res eò, ut vicibus ludicris, & ponant, & repetant iras: & in integrum ſe ſemper offenſarum recordatione reſtituant.* Malim, *ut vicibus lubricis.* Quomodò pag. 11. Lin. 33. Pag. 15. Lin. 15.

K

modò Minutius. *Variis & lubricis casibus soluta*
Pag.21. Lin.20. *legibus fortuna dominatur. Quod si fixum & ratum est, erit nobis consequens confiteri, & deos esse nativos, & à principe rerum fonte ortus sui originem*
pag.115. Lin.19. *ducere.* Scribo, *erit vobis consequens. Non commemorabimus hoc loco deam Lavernam furũ, Bellonas, Discordias, Furias: & læva illa quæ constituitis numina taciturnitatis silentio præterimus.* Nimis herclè hoc ineptum, *taciturnitatis silentio*: quis unquam ita loquutus? Lego, *taciturni satis silentio præteribimus.* Hæc genuina phrasis Afri nostri. Lib.1. *Res agitis injustas satis, ut id in nobis constituatis esse damnabile*, &c. Et sæpè. Porrò malim trajicere, *Lavernam deam furum.*

FINIS.

VIRO

VIRO ORNATISSIMO

IACOBO MEVRSIO,

Ecclesiastæ in pago Losdunensi, Patri observando.

THales, Pater venerande, ille Apollinis oraculo sapiētum princeps habitus, interrogatus aliquādo quem felicißimum in universo hoc mundi theatro censeret, fertur respondisse. ὁ τὸ μὲν σῶμα ὑγιὴς, τὴν δὲ τύχην εὔπορος, τὴν δὲ ψυχὴν εὐπαίδευτος. *Sanè benè, neque inter multa sapientiæ suæ monumenta præstantius edidit. Istorum verò trium postremum uti longè optimum, ita maximè arduum esse nemo negaverit, nisi cui, philosophi dicto, anima pro sale: nec est quod quisquam hianti sibi (quomodo Hipponicum geometram lusit Arcesilaus) in os advolaturum speret. Eâ de re quàm plurima veterum egregiè dicta, atque inprimis insignes isti versus Hesiodi Ascræi lib. I.*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον * ἵκηται, *lego, ἵκηαι
Ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Et profectò reapse experior quotidiè in severiori-

 bus

bus his S.Theologiæ studiis, quæ soleo equidem lubenter iucundioribus literarum humaniorum delenimentis temperare, eumque ad modum miscere, ut ille ait,

——— utile dulci.

Quamquam autem ad Doctrinæ studium exemplis avitis nullis inviter, non leves tamen stimulos suggerit consanguineus noster IOANNES HEVRNIVS, *illustre Vltraiecti nostræ sidus: quoties enim ad eum mentis oculos deflecto, quod facio quidẽ sæpissimè, toties nescio quos in me igniculos sentio, quibus ad hoc Virtutis & Doctrinæ stadium alacriter decurrendum vehementer accendor. Ac sanè diligentiæ meæ, cum Pindaro dicam, erunt* ἁμέραι ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι, *si vitam mihi dederit benignus Deus, cæptumque cursum benè verterit, ad nominis sui sanctissimi solius gloriam, Ecclesiæ ædificationem, æternam animæ meæ salutẽ. Hoc autẽ temporis adfero ad te more maiorũ strenæ vicẽ minutias emẽdationũ Minutianarum, quas acceptissimas tibi fore dubiũ non habeo, utpote profectas à filio tuo, id est, eo. quẽ in oculis fers. Benè vale Parẽs æternùm colende. Losduni, in solo natali meo Kal. Ianuariis Anni* CIƆ. IƆ. XCVIII. *quem tibi nobisque prosperum ac felicem precor ex animo.*

Pro-

De Minutio Felice, uti de Arnobio, pauca admodũ quæ dicam habeo. Hieronymus quidem in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum hæc. Minutius Felix Romæ insignis causidicus scripsit Dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur. Sed & alius sub nomine ejus fertur de Fato, vel Contra Mathematicos, qui cum sit & ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire. *Item in Epistolâ ad Magnum.* Minutius Felix in libro cui titulus Octavius est, & in altero Contrà Mathematicos, si tamen inscriptio non mentitur auctorem, quid gentilium scripturarum dimisit intactum? *Meminit ejus Lactantius quoque lib.* I. *cap.* XI. *lib.* V. *cap.* I. *Dicam primum de Auctore: Patria, parentes, genus, incerta omnia. Nomen illi,* Marcus Minutius Felix; *quod prænomen fuisse facilè colligere ex primore Dialogo, ubi hæc verba Octavius.* Nõ boni viri est Marce frater, &c. *Compellat eum. Caussas præterea Romæ dixisse ex Lactantio & Hieronymo constat, & ex ipso licet colligere, cum dicit.* Ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant. *Item.* Nos tamen cum sacrilegos aliquos, & incestos, parricidas etiam defendendos & tuendos suscipiebamus, hoc (*lego* hos) nec audiendos in totum putabamus. *Ethnicum porrò initiò fuisse testantur illa verba.* Cum discussâ caligine de tenebrarum profundo in lucem sapientiæ & veritatis emergerem, non respuit comitem, &c. *Iterum.* Quanquam tibi Marce fra-

ter de quo maximè quęrimus non sit ambiguum, utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus repudiâris alterum, alterum comprobâris. *Tertio:* Quantum autem vitium sit in incognitis (*ita lego*) & inexploratis judicare, quod facitis, nobis ipsis pœnitentibus credite. & nos enim idem fuimus, & eadem vobiscum quondam adhuc cæci & hebetes sentiebamus. *Nunc de Scribto, quod sanè perelegans, in quo gentilium scripturarum intactum nihil dimisit, ut ait Hieronymus: quo ostendit, quàm idoneus veritatis adsertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset, laudante Lactantio. Titulus fuisse duplex videtur.* Octavius. *Sive,* Dialogus Christiani & Ethnici disputantium. *quemadmodum illi alteri,* Côtrà Mathematicos, *vel,* De Fato. *Suspicio mihi oritur ex Hieronymi verbis de Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum suprà prolatis. Disputât verò Januarius Octavius, & Cæcilius Natalis, ille Christianus, hic paganus, disputatione hâc tamen conversus, arbitro Marco Minutio Felice. Hactenus.*

IOAN-

IOANNIS MEVRSI HYPOCRITICVS MINVTIANVS.

ſive, Criticus Subſecivus.

Mos vetus. *Phalangæ. Phalangarii.* Gloſſę emendantur. Mos puerorum. Ἐποςεακισμὸς. *Natio*, pro nativitate. Macrobius emaculatus, item Papinius. Liber à Typhone cur dilaniatus fingatur. In ejus myſteriis cur vannus. *Circulare.* Arnobius & Lactantius correcti ſemel, Cyprianus bis, terve. *Devotare.* Fors Fortuna, à quibus culta. ejus ædes trans Tyberim. *Paſcua*, fœmininè. Et alia nonnulla.

QVod Athenienſium Oratores jubebantur, ut ἄνευ προοιμίου dicerent, id verò ego heic ſponte meâ ſequar. Minutius itaque. *Nam negotii, & viſendi mei gratiâ Romam contenderat, relictâ domo, conjuge, liberis, & quod eſt in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipſo offenſantis linguæ fragmine dulciorem.* Corrigo, *loquelâ i. o. l. f. dulciore.* *Nam id temporis poſt æſtivam diem in temperiem ſemet autumnitas dirigebat.* Deſunt poſt hæc nonnulla, de Cæcilio deambulationis comite adſcito. Iudica ſerie Lector. *Et cum ad id loci ventum eſt, ubi ſubductæ*

pag. 740. editionis Frobenianæ anno cIↃ IↃ LXVI. qua uſus ſum à Scriverio meo.

Pag. 741.

Pag. 742.

navicula substratis roboribus à terrenâ labe suspensa quiescebant: pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare jaculationibus ludere. Locus insignis quem quamvis sanum, non prætermiserim tamen, sanandi Glossarii. Duo autem in eo noto. Lusum puerorum, & morem veterum, qui navibus in littus extractis robora substernebant, ne carinæ earum putiscerent: quod Lyncei invẽtum esse ex Philostrato docui ad Lycophronem. Vocabant quidem ea robora Græci ἕρματα, & φάλαγγας, testibus Suida, Etymologico, & id genus Grãmaticis, quos, quia Commentarium non scribo, omitto. Latini verò Græcissantes *Phalangas*. Nonius Marcellus. *Phalanga dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cũ ad littora subducuntur: unde etiam phalangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Charisius lib. 1. *Falanx, militum dicitur. Falanga, fustis cui quid deligatur.* Glossarium. *Falangarii.* Λιθοφόροι. Lego, Ἀχθοφόροι. Item *Phalangarii.* οἱ τῶν δοκοῖς ἀποκρημνῶντες βάρη, καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες. Sed & in Varronis apud eundem illum Marcellum verbis *phalangis* rescribito, cætera felicioribus ingeniis restituenda relinquo. Hoc de isto more. Transeo ad puerorum lusum, qui testarum in mare jaculationibus ludebant, quod etiãnum factitatur. Græci ἐποστρακισμὸν appellabant. Suidas. ἐποστρακίζειν. παιδιά τις, ἣν παίζουσιν οἱ παῖδες. ὄστρακα ἀφίεντες εἰς θάλασσαν. Vide Hesychium, Etymologici autorem. Ea verò erat ejus ratio, ut victor pronuntiaretur cujus testa longiùs procurreret, resiliretque sæpius. Clare suggerit ipse Minutius

nutius verbis sequentibus. *Is se in pueris victorem ferebat, cujus testa & procurreret longius, & frequentius resiliret.* Iulius Pollux lib. VIII. Ὄστρακον τῶν θαλαττίων κατὰ τοῦ ὕδατος ἐπιπολῆς ἀφιᾶσιν. ἀριθμοῦντες αὐτοῦ τὰ πρὸ τοῦ καταδῦναι πηδήματα ἐν τῇ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐπιδρομῇ. ἐκ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν ἁλμάτων ἡ νίκη τῷ βάλλοντι. Pluribus hæc tractari à Leopardo in Miscell. monuit me amicus quidam meus. *Itaque indignandũ omnibus, indolescendũ est, audire quosdam, & hoc studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium etiam sordidarum, certum aliquid de summâ rerum, aut majestate decernere, de qua tot omnibus seculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat.* Scribo, *audere quosdam.* Pag. 741.

Ecce arbusta frugifera, ecce etiam seges cana, jam temulenta vindemia, imbri corrumpitur, grandine cæditur: adeò ut incerta nobis veritas occultatur, & premitur: aut, quod magis credendum est, variis & lubricis casibus soluta legibus fortuna dominatur. Scribo, *adeò aut incerta.* Ibidem. *Cum igitur fortuna certa, aut incerta natura sit, quando venerabilius ac melius, antistites veritatis majorum excipere disciplinã, religiones traditas colere, deos, quos à parentibus antè imbutus existimare, quàm cognosse, familiarius adorare, nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi seculo in ipsis mundi natalibus meruerunt deos vel faciles habere, vel reges.* Lego & dispungo, *quantò venerabilius.* Postea, q. *cognosse familiarius, adorare.* Ibidem. *Inde adeò per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, & Eleusinios* Pag. 745.

 Cere-

Cererem, Phrygas magnam matrem,&c. Scribo, *ut*
Pag. 746. *Eleusinios C. Sic imperium suum ultrà Solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum orbem muniunt sacrorum religionibus.* Emendo, *dum urbem m.* Roma *Urbs* κατ᾽ ἐξοχὴν dictitata, ut pueri nôrunt. Ibidem. *Dum obsessi, & citrà solum Capitolium capti, colunt deos, quos alius jam sprevisset iratos, & per Gallorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt telis inermes, sed cultu religionis armati, dum captis in hostilibus mœnibus adhuc ferociente victoriâ numina victa venerantur.* Rescribo, *dum capti in*, &c. Ibidem. *Testes equestrium fratrum in lacu sicut ostenderant statua consecrata, qui anheli spumantibus equis atque fumantibus de Perse victoriam eâdem die quâ fecerant nuntiaverunt.* Lego, *e.d. quâ vicerant.* Omitto quod *victoriam facere* nemo Latinorum unquam dixit. Ibidem. *Testis ludorum offenso Iove de somno plebeii hominis iteratio.* Scribo, *de somnio.* Quam historiam innuat, non dico, nota nimis est. Ita posteà
Pag. 747. quoque: *ut Jupiter ludos repeteret ex somnio. Inde adeò pleni, & mixti deo vates futura præcerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam.* Fuit cum putarem *præcernunt* legendum. Iam nihil muto. Adumbravit, ut multa, ex Tertulliani Apologetico cap. XXII. ubi similiter de dæmonibus. *Dispositiones etiam dei & nunc prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpũt. Ita & hinc sumentes quasdam temporum sortes, æmulantur divinitatem, dum furantur divinationem.* Ibidem. *Itaque cum omnium gentium de diis immor-*

immortalibus, quamvis incerta ſit vel ratio, vel origo, maneat tamen firma conſenſio, neminem fero tantâ audacia, tamque irreligioſe neſcio quâ prudentiâ tumeſcētem, qui hanc religionem tam vetuſtam, tam utilem, tam ſalubrem, diſſolvere, aut infirmare nitatur. Emendo, *vel natio, vel o.* Eſt verò *Natio*, nihil aliud quam nativitas hoc loco, & ita veteres uſurpabant. Feſtus. *Nationem, item apud antiquos natum. Cincius genus hominum qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſint, ſignificare. qui & nationem ait non tantum univerſim de omnibus, ſed etiam de ſingularibus quoque hominibus ſejunctum dici ſolere. Sinnius autem Capito omnia ferè genera hominum per nationes dividi, ut Cures, Sabinos, Hernicos, Æquos, item Volſcos. In pecoribus quoque bonus proventus fatura, bona natio dicitur.* Ibidem. *Sic licet ille Theodorus Cyrenæus, vel qui prior Diagoras Melius, cui Atheon cognomen appoſuit antiquitas.* Scribo, *Sit licet.* *Cum Abderitem Protagoram Athenienſes viri, conſultè magis quàm profanè diſputantem, & expulerint ſuis finibus, & in concione ejus ſcripta deriſerint.* Emendo, *inconſultè magis q.* Poſteà, *i.c.e. ſcripta deuſſerint.* Diogenes Laërtius lib. IX. de hâc eapſe re. Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων. καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων. *Nec de ipſis, niſi ſubſiſteret veritas maxima, & varia, & honore præfanda ſagax fama loqueretur.* Lego, *veritas, maxima nefaria, & h.* Ibidem. *Et hominem ſummo ſupplicio pro facinore punitū, & crucis ligna feralia eorum cærimonias fabulatur.* Scribo,

Pag. 748.

Pag. 749.

Pag.750. Scribo, *carimonia f.* *Quid? quod toto orbi, & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur, quasi aut naturæ divinis legibus cōstitutus æternus ordo turbetur: aut rupto elementorum omnium fœdere, & cælesti compagine divisâ, moles ista, quâ continetur & cingitur, subruatur.* Scribo, *quâ continemur & cingimur.* Ita Arnobius etiam lib. I. *Nunquid machinæ hujus & molis, quâ universi tegimur & continemur inclusi, parte est in aliquâ relaxata, aut dissoluta constructio.* Lib. III. *In philosophiæ memorabiles studio, atque ad istius nominis culmen vobis laudatoribus elevati, universam istam molem mundi, cujus omnes amplexibus*
Pag.751. *ambimur, tegimur, ac sustinemur,* &c. *Anceps malum, & gemina dementia: cælo & astris, quæ sic relinquimus ut invenimus, interitum denuntiare: sibi mortuis, extinctis, qui sicut nescimur, & interimus, æternitatem repromittere.* Scribo, *sicut nasci-*
Pag.753. *mur & i.* *Quanquam si philosophandi libido est, Socratem sapientiæ principem, si quis vestrûm tantus est, si potuerit imitetur ejus viri, quoties de cælestibus rogabatur, nota responsio est.* Interpungo. *p.*
Pag.754. *imitetur. Ejus viri,* &c. *Dum verborum lenocinio à rerum intentionibus avocantur, sine delectu, assentiuntur dictis omnibus, nec à rectis falsa secernunt, nescientes inesse & incredibili verum, & in verisimili mendacium.* Scribo. *& in incredibili v.* Ibidē. *Sic assiduè temeritate decepti, culpam judicis transferunt ad incerti querelam, ut damnatis omnibus malint universa suspendere, quam de fallacibus iudicare.* Lego, *c. judices t.a.i q.v. ampliatis o.* Pro-
Pag.755. clivis lapsus. *Dicam equidem, ut potero, pro viribus:*

ribus: & adnitendum tibi mecum est, ut convitiorum amarissimam labem verborum veracium lumine diluamus. Restituo, *v flumine d.* Nec me movet quod alibi Arnobius *verborum lumina*, alibi, *verborum luculentias* dicat: itaque ne quis oggerat. Natura enim verbi *diluamus* heic postulat, ut *flumine* legamus. Ibidem. *Sed in natali meo versutiã nolo, non credo, procul est ab ejus simplicitate subtilis urbanitas.* Scribo, *Natali meo*. Nam nomẽ erat Cæcilius Natalis. Paullò antè. *Nec dissimulabo principio ita Natalis mei,* &c. Ibidem. *Nullum itaque miraculum est, si Cæcilius identidem in contrariis ac repugnantibus jactetur æstu & fluctuetur.* Quid? si, *jactetur, æstuet, f. Sciat omnes homines sine delectu ætatis, sexus, dignitatis, rationis & sensus capaces, & habiles procreatores.* Lego, *habiles procreatos esse.* Ibidẽ. *Adeò divites facultatibus suis illigatos, magis aurum suscipere consuesse, quam cælum.* Optimè Scriverius meus. *aurum suspicere. Quid loquar aptè disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum?* Malim, *arrecta m.* Ibidẽ. *Et ut ubera partu maturescente lactescant, & ut tener fœtas ubertate lacteiroris adolescat.* Scribe, *t. fœtus.* Leve; qualia multa in Minutio hoc emendata à me. *Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes principatum, & Thebanorum permortuam fabulam transeo, ob pastorum & casa regnum de geminis memoria notissima est.* Lego, & dispungo, *c. Thebanorum par mortuum, fabulam transeo ob p. e. c. regnum, memoria n. e.* Dixit *Thebanorum par* Eteoclem & Polynicem. Ita Petronius etiam. *Inter hanc miserorum demẽtiam infelicissimus puer tange-*

Pag. 756. Pag. 758. Pag. 759.

tangebat utriusque genua cum fletu, petebatque suppliciter, ne Thebanum per humilis taberna spectaret, neve sanguine mutuo pollueremus familiaritatis clarissima sacra. Ibidem. *Generi & soceri bella toto orbe diffusa sunt, & tã magni imperii duos fortuna non cepit.* Nescio, an debeam, *sors una.* Sanè Arnobius ita lib. 1. *Non regnant? non imperãt, quibus sors rerum attributa est?* Ibidem. *Hic nec videri potest, visu clarior est: nec comprehendi potest, nec æstimari, sensibus major est, infinitus, immensus, & soli sibi tantus quantus est notus.* Sed quare? *nec comprehendi potest.* Itáne? caussam silet? Minimè verò: ille posuit, sed festinans librarius omisit. Restituo, *n. c. potest, tactu purior est, nec æ.* &c. Ita in Cypriano est, qui totidẽ verbis integrum hũc locum, & bonam partem tractatus istius *De idolorum vanitate*, de Minutii nostri Octavio transscripsit, sed, ut furtum difficulter agnoscatur, confusè. Expressit autem de Tertulliani Apologetico, cap. XVII. *Invisibilis est, etsi videatur: incomprahensibilis, etsi per gratiam repræsentetur: inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur, adeò verus & tantus est. Cæterùm quod videri communiter, quod cõprahendi, quod æstimari potest, minus est & oculis quibus occupatur, & manibus quibus contaminatur, & sensibus quibus invenitur. Quod verò immensum est, soli sibi notum est: hoc quod est, deum æstimari facit, dum æstimari non capit. Ita eum vis magnitudinis & notum hominibus objecit, & ignotũ. Nec nomen deo quæras, deus nomen est.* Malim, ut Cyprianus descripsit, *n. dei q.* Ibidem. *Hæc enim vera sunt, Deum namque ire per omnes terrasque,*

Pag. 760.

tra-

tractusque maris, cælumque profundum. Scriverius meus, *H.a.verba s.* Sanè feliciter. Simile mendum nos in Arnobio sustulimus lib.v. Item tollendum in Statio Thebaid.I.

Horrendos etenim latices, Stygii æquora fratris
Obtestor mansurum, & non revocabile verbum.

Hodiè *verum* est. *Aristoteles variat, & assignat tamen unam potestatem, nam interim mentem, mundum interim deum dicit, interim mundo deum præficit.(Aristoteles Ponticus variat, aliàs mundo, aliàs menti divinæ tribuens principatum.)Heraclides Ponticus quoque deo divinam mentem, quamvis variè, asscribit.* Illa quæ semicirculis inclusi, purum putum glossema sunt. Porrò Heraclidę mentio revocat mihi in memoriã mendosum Macrobii locum in Commentario ad Somn. Scip. lib.I. cap.XIII. *Heraclitus Ponticus lucem; Heraclytus physicus scintillam stellaris essentiæ.* Scribo, *Heraclides Ponticus l.* Ejusdem libri cap.II. gravius mendũ. *Numenio denique inter philosophos occultorum curiosiori offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderũt, visa sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar ludere prostãtes;* Correxeram, *viso sibi i.E.d.h.m.a.a.l. videre p.* cũ in vetere codice signatè ita esse vidi. *Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi & disserẽdi, Iovis partum, & ortum Minervæ, & id genus cæterarum rerum vocabula esse, non deorum.* Corrigo, *e.i. genus, certarum r.* Ibidem. *Platoni apertior de deo, & rebus ipsis, & nominibus oratio est.* Scribo, *& hominibus o.e.* Ibidem. *Quem & invenire difficile* Pag.761. Pag.762.

præ

præ nimiâ & incredibili potestate, & cum inveneris in publicum dicere impossibile præfatur. Scribo, *i. profatur.*

Pag.763. *Dum reges suos colũt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias instantius detinere, sacra facta sunt, quæ fuerant assumpta solatia.* Lego, *d. g. e. m. in statuis detinere.*

Pag.764. *Ille Vulcanũ facit omnium principem, & posteà Jovis gentem, & dispicis Isidis ad hirundinem sistrum, & aspersis membris inanem tui Serapis, sive Osiridis, tumulum.* Lego, *& dispersis m.* Apponam Lycophronis Scholiastæ verba, à quibus non parum lucis huic loco. Ὄσιρις, ὁ καὶ Διόνυσος, βασιλεὺς ὑπάρχων αἰγύπτου, ὑπὸ τυφῶνος τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῶν συνωμοτῶν μεληδὸν κατετμήθη, καὶ ἐξετέθη πολλαχοῦ. Ἶσις δὲ, ἡ καὶ δήμητρα γυνὴ διονύσου μετὰ ὥρου τοῦ υἱοῦ τὸν τυφῶνα καὶ πάντας τοὺς σὺν ἐκείνῳ φονεῖς ἀναιρεῖ. τὰ δὲ τοῦ διονύσου μέρη καὶ μόρια συλλέξασα, ἑκάστῳ ναὸν καὶ ἱερὰ ᾠκοδόμησεν. Aliorum authorum loca, quæ abundè, adscribere supersedeo. Mysticam ejus rei ratione reddit Macrobius ad Somn. Scip. lib. I. cap. XII. *Ipsum autem Liberum patrem Orphaici νοῦν ὑλικὸν suspicantur intelligi, qui ab illo individuo natus in singulos ipse dividitur, ideò in illorum sacris traditur Titanio furore in membra discerptus, & frustis sepultis rursus unus & integer emersisse.* Inde vannus in mysteriis Liberi. Servius Georg. I. *Liberi patris sacra ad purgationem animæ pertinebat, & sic homines ejus mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. Nam idem est Liber pater, in cujus mysteriis vannus est, quia,*

ut

ut diximus, animas purgat. Redeo ad Minutium. *Mox invento parvulo gaudet Isis, exultãt sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur: nec desinunt annis omnibus, vel pergere quod inveniunt; vel invenire quod perdũt.* Scribe, *vel perdere.* Pudet pigetque hæc talia monere. Ibidẽ. *Ceres facibus accensis, & serpente circumlata, errore subreptã & corruptam liberam anxia & sollicita vestigat.* Emendo, *f. accensis derepentè, circulata errore s.e.c. Liberam a.e.s.v.* Nam serpentum eâ in re apud Scribtores nullos mentio. *Circulare* autem veteres dicebant pro circumire erronum more modoque. Glossæ. *Circulator.* Ὀχλαγωγὸς, Ἀγύρτης. utitur quoque non semel Martianus Capella, Tertullianus, Seneca, Apuleius, alii. Et ausimne Arnobio restituere? lib. I. *Candidi arquitenentes Diana & Apollo, circulati per fugas matris, atque in insulis errantibus vix tuti.* Hodiè est. *circumlati p.f.* *Diana interim est altè succincta venatrix, & Ephesia mammis multis, & verubus extructa: & trivia trinis capitibus, & multis manibus horrifica.* Acutè C L. Lipsius *uberibus.* ut monuit Scriverius meus. Lego porrò, *& m. canibus horrifica.* Nam canes ei immolabantur, unde Theocritus. Pag. 76.

τᾷ χθονίᾳ δ' Ἑκάτα, τὰν καὶ σκύλακες
τρομέοντι.

Ibidem. *Has fabulas & errores & ab imperitis parentibus didicimus, & (quod est gravius) ipsis studiis & disciplinis elaboramus, carminibus præcipuè poëtarũ.* Scribo, *ipsi studiis e.* *Laomedonti verò muros Nuptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accipit:* Magis placet, *accepit*, ut est in Cy- Pag. 76.

 priani

priani codicibus. Ibidẽ. *Scit hoc Nepos & Cassius in historiâ, & Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.* Restituendũ Thalli nomẽ etiam Lactantio lib. 1. cap. XXIII. Hodiè enim malè est. *Theophilus in libro de temporibus ad Autolycum scripto, ait in historiâ suâ Thalum dicere, quod Belus, quem Babylonii & Assyrii colunt, antiquior Troiano bello fuisse invenitur* CCCXII. *annis.* Citatur prętereà ab Tertulliano in Apologetico, & ab ipso quoque Lactantio libro citato, cap. XIII. Ibidem. *Is itaq; Saturnus Cretâ profugus, Italiam metu filii sævientis accesserat, etiam susceptus hospitio rudes illos homines & agrestes multa docuisset.* Corrigo, *f. accesserat, & Iani f. h.*
Pag. 767. *Nisi fortè post mortẽ deos fingitis, & peierante Proculo deus Romulus, & Iuba Mauris volentibus deus est.* Scribserim, *ut p. P.* Ibidem. *Invitis his denique hoc nomen adscribitur: optant in homine perseverare: fieri si deos metuunt: & si jam senes nolunt Ergo nec de mortuis dii, quoniam deus mori non possit: nec de natis, quoniam moritur omne quod nascitur.* Corrigo, *e. s. i. senes. Non sunt ergo n. d. m. d.*
Pag. 768. *Et deus æreus vel argenteus de immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis, & incudibus figuratur.* Scribo, *& in incudibus f.* Ibidem. *Araneæ verò faciem ejus intexunt, & de ipso capite sua fila suspendunt: vos tergitis, mundatis, eraditis, & illos quos facitis, protegitis & timetis.* Scribo, *& protegitis, timetis.* Ibidẽ. *Nam asylo prima plebs congregata est: confluxerant perditi, facinerosi, incesti, sicarii, proditores.* Scribserim, *quo fluxerant p.*
Pag. 771. *Clodius scilicet, & Flaminius, & Iunius ideò exercitus perdiderũt, quod pullorum*

lorum solistimum tripudium expectandum non putaverunt. Scribo, *Claudius scilicet.* Ibidem. *Pullos edaces habuit & Paullus apud Cannas, tamen cum majore reipublicæ parte prostratus est.* Interpungo, & scribo, *h. Paullus, apud Cannas tamen c.m. Romani populi parte p. e.* Scriptū fuerat, *cum majore R.P. parte.* Inde natus error. *Caius Cæsar ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis & auspicibus renitentibus sprevit: eò facilius & navigavit, & vicit.* Corrige ad hoc exemplar in Cypriano *renitentibus*, nam ibi est hodiè *retinentibus.* Ibidē. *Tiresias cæcus futura videbat, qui præsentia non videbat.* Necessariò post τὸ *qui* deest τῦ *cæcus* ἀντίθετον. *Vult enim esse substantiam inter mortalem immortalemq́, id est, inter corpus & spiritum mediam, terreni ponderis & cælestis levitatis admixtione concretam, ex quâ manare in nos pro cupidinem amoris:* Emendo, *i. nos porrò c.* Ibidem. *Isti igitur impuri spiritus dæmones (ut ostensum à magis, à philosophis, & à Platone) sub statuis & imaginibus consecrati delitescunt, & afflatu suo auctoritatem quasi præsentis numinis consequuntur.* Ejicio glossema, scriboq́; *i. spiritus (ut ostēsum)* &c. Nam τὸ *dæmones* à lectore quodam interpretamēti vicem ad oram notatum, ab aliis posteà in textū receptum est. Porrò corrigendus iterum ad hoc exemplar Cyprianus. *Hi ergo spiritus sub statuis atque imaginibus consecrati delitescunt.* Hodiè *consecratis est.* Ibidem. *Dum inspirantur interim vatibus, dum in fanis immorantur, dum nonnunquam extorū fibras animāt, avium volatus gubernāt,* &c. Scribo, *in fanis i.* Ibidem. *Sic à cælo deorsum gravant,*

Pag. 772.

Pag. 773.

vant, & à deo verò ad materias avocant, vitam turbant, omnes inquietant, irrepentes etiam corporibus occultè, ut spiritus tenues, morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultũ sui cogant, ut nidore altarium, vel hostiis pecudum saginati, remissius quæ constrinxerant; curasse videantur. Corrigo ex Cypriano, *v. turbant, somnos inquietant.* Sic ille. *Membra distorquent, valetudinẽ frangũt, morbos lacescunt.* (Scal. *arcessunt,*) *ut ad cultũ sui cogant, ut nidore altarium, & rogis pecorũ saginati, remissis quæ constrinxerãt curasse videantur.* Einẽdo. *morbos facessunt*, vel, si ita mavis, *morbis l.* Deinde ad Minutii exemplar, *remissius quæ c. c. v.*

Pag. 774. *Quantum autem vitium sit, incognitis & inexploratis judicare, quod facitis, nobis ipsis pœnitentibus credite.* Scribo, *in incognitis.* Ibidem. *Et nos enim idem fuimus, & eadẽ vobiscum quõdam adhuc cœ-*

Pag. 775. *ci & hebetes sentiebamus.* Scribo, *iidem f.* *Nos tamen cum sacriligos aliquos, & incestos parricidas etiam defendẽdos & tuendos suscipiebamus, hoc nec audiendos in totum putabamus: nonnunquam etiam miserantes eorum crudelius sæviebamus, ut urgeremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent.* Corrigo, *hos nec a. i. t.* Pusillum hoc. &c. Ibidem. *Quis tam stultus, ut hoc colat? quis stultior ut hoc coli credat? nisi quod vos & totos asinos in stabulis, cum vestrâ Hipponâ consecratis: & eosdem asinos cum Iside religiosè devoratis.* Emendo, *r. devotatis.* Est autem *Devotare* frequentativâ formâ à *Devoveo.* Glossæ. Ἀφοσιῶ, *Scelero, Devoveo, Devoto.* Accius apud Nonium. *Patrio exemplo & me dicabo, atque animam devotabo hostibus.* Cicero. *Quæ*

vis

vis patrem Decium, quâ filium devotavit, ac immisit in armatas hostium copias? *Ne ille miserabilis,* Pag. 776.
cujus in homine mortali spes omnis innititur: totum enim ejus auxilium cum extincto homine finitur. Scribẽdum. *Næ ille m.* Piget profectò monere hæc talia, tam minuta, & tamen faciendum, ne malignus quis non vidisse nos dicat. Hoc etiam testor, multa in interpunctionibus talia nimietatis tędio præterire. *Igitur qui innocẽtia colit, Domino sup-* Pag. 780.
plicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet propitiat deum. Scribe, *q. innocentiam colit.* Ibidem. *Hæc nostra sacrificia, hæ Dei sacra sunt.* Scribe, *hæc dei s. s.* Ibidem. *Quid? ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere? cum te ab ejus fulgoribus avertas, à fulminibus abscondas.* Scribo, *a. e. fulguribus.* Conjungere solet fulgura, & fulmina. Ita suprà. *Rutilare fulgura, fulmina præmicare.* Et posteà. *Cum cælum, & fulmina, & fulgura lõgè antè fuerint, quàm Jupiter in Cretâ nasceretur.* Pergo. *Dum oculis carnalibus vis videre, num ipsam animam tuam, quâ vivificaris & loqueris, nec aspicere possis, nec tenere?* Scribo, *cum ipsam a t.*
Erras ô homo, & falleris: unde enim Deus longè est, Pag. 781.
cum omnia cælestia, terrenaq;, & quæ extrà istam orbis provinciam sunt, deo cognita plena sint? Lego, *deo cuncta p. s.* Vel, *deo cognita plenè sint.* Sed illud prætulerim. Ibidem. *Reges tantum regni sui per officia ministrorum universa novere: deo indiciis opus non est, non solùm in oculis ejus, sed & in sinu vivimus.* Corrigo, *Reges statũ r. s. p. o. m. diversa n.* &c. Ibidem. *Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudes, ut transeamus veteres, Flavii Josephi, vel*

Antonii Iuliani, de Iudæis require, jam scies nequitiâ suâ hanc eos meruisse fortunam. nec quicquid accidisse, quod non sit his, si in contumaciâ perseverarent, antè prædictum. Emendo, *nec quid accidisse, q.*

Pag. 784. *Illic sapiens ignis membra urit & reficit, carpit, & nutrit: sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt:* Scribo, *rapiens ignis m. v.* Ibidem. *Et quanquam imperitia dei sufficiat ad pœnam, ita notitia prosit ad veniam, tamen si vobiscum Christiani comparemur, quamvis in nõnullis disciplina nostra minor est, multò tamen vobis meliores deprehendimur.* Locus mutilus. Restituo. *E. quanquam ut imperitia d.* Ibidem. *Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut excuset evẽtum, sit sortis fortuna, mens tamen libera est.* Scribo, *e. sit Fortis Fortuna.* Erat enim Fors Fortuna alia à Fortunâ, ædemque habebat trans Tyberim, colebaturque ab iis qui sine arte aliquá vitam tolerabãt. Vide Donatum ad Terentij Phorm. Act. v. Sc. VI.

Pag. 785. *Ita in nobis non genitura plectitur, sed ingenii natura punitur, ac de fato satis: vel si pauca pro tempore, disputaturi aliàs & verius, & plenius.* Nulla præcesserat falsimoniæ mentio, quomodò ergo *verius* se dicturum promittat? Corrigo, *uberius & plenius.* Ibidẽ. *Aves sine patrimonio vivunt, & in deũ pascua pascuntur, & hæc nobis tamen nata sunt, quæ omnia, si non concupiscimus, possidemus.* Corrigo, *in diem pascuâ p. Pascua* fœmininò genere usurpari non insolens isto ævo. Glossæ. *Pascua*, Νομὴ, Νομαὶ. Arnobius in Commentario ad Psalmum XXII. *Perfectorum ergo ista vox est, quam Ecclesia de Domini passione suscepit. In loco pascuæ collocata, super*

ta, ſuper aquam refectionis educata. Item in Pſalmum CVI. *Adjuvavit eum de mendicitate virium, & poſuit ſicut oves familias in univerſam faciē terræ, ſtatuens eis paſtores & paſcuas, quæ videntes recti lætabuntur.* *In hoc adeò quidam imperiis & dominationibus eriguntur, ut ingenium eorū perditæ mentis, licentiæ poteſtatis liberè nundinentur.* Pag. 787. Scribe, *licentiâ.* Ibidem. *Nam & ſi omne quod naſcitur, inviolabile dei manus nullo opere corrumpitur, abſtinemus tamen, ne quis exiſtimet aut dæmoniis quibus libatum eſt cedere, aut noſtræ religionis pudere.* Scribo, *i. dei munus, n.o.c.a.t.n q.e.a.d.q.l.e. credere,*&c. *Ego vos in hoc magis miror, quēadmodum tribuatis exanimi, aut ſentienti facem, aut non ſentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus.* pag. 788. Locus miſerè habitus à peſſimis librariis. Reſtituo, *q.t. exanimi aut nō ſentienti, ut ſentienti, coronam,*&c. Ibidem. *At enim nos exequias adoramus. Eâdem tranquillitate quâ vivimus; nec adnectimus areſcentem coronam, ſed à deo terrenis floribus vividam ſuſtinemus.* Etiam hic locus miſerrimè luxatus. Emendo, *e. adornamus eâdem t.q.v. nec adnectimus terrenis floribus areſcentem coronam, ſed à Deo vividam ſuſtinemus.* Aut, ſi tranſpoſitionē non vis. *æternis floribus v.ſ.* In quo omine deſino, & ſalvere te, Lector, jubeo.

FINIS.

APPENDIX.
Sive,
EXCERPTA
EXEMPLARIS
REGII MS.

IOANNES MEVRSIVS,
PETRO SCRIVERIO MEO.

IMpulerat penè animus ut adderem, FRATRI. *&, ita superstes mihi sis, anne immeritò? fraterno enim amore alter alterum prosequimur: dandum operam, ut ætatem. Sic referemus illos sæculo prisco tantoperè laudatos, Pyladem, Orestem, Damonem, Pythiam. Euge verò! assem para, & accipe, non, ut in Epistolis ait ille Novocomensis, fabulam, sed* εὐαγγέλιον. *Cum ostenderem nuperè Criticum Hypocriticumque meos* IOSEPHO SCALIGERO *heroi incomparabili, meique amantißimo, benignißimè ille codicẽ suum Lutetiæ olim cum Regio exemplari MS^to. collatum à se communicavit. Sanè, fateor, accidit mihi ea res multò jucundißima: Etenim vidi pluria loca utiliter augeri, meas conjecturas aliquot probari, non paucas item novas inveniendi ansam dari: quamvis reverà sæpenumerò pro thesauro, quem speràram, carbones offenderim, & merum sterquilinium: è quo tamen, nisi me egregiè judicium fallit, aliquas, ut ita dicam, gemmulas elicui. Quàm feliciter, tu arbitrabere, & culpas meas Aristarchi obelo configes. Vale, alter-ego, & constanter amare inter nos pergamus. Sed heus! Decerminum libros quando tandem? quando alia illa, quæ cudis, videbimus? matura, matura. quòd ut facias, longùm salve mi Scriveri, atque iterum vale. Matronalibus, quæ tamen in Apriles Kalendas, non Martias, rejiciunt alii. In Academio nostro Lugduno-Batavo. Anno* IX. *post mundi interitum, stilo Mathematico.*

In

EXCERPTA REGII MS.

Ad

IOANNEM MEVRSIVM.

IGnoro liquidè, nec clarè dicere possum,
An plus SCALIGERO debeat aune Tibi
ARNOBIVS? magna est tua, MEVRSI, Industria, magnum est
Iure suo Magni SCALIGERI Auxilium.
Ille Excerpta tibi Scripti dedit aurea Libri,
Regia quem vinclis Bibliotheca ligat.
Tu legis adsiduò, Tuque istum corrigis Afrum,
Et solidum reddis quod lacerum antè fuit,
Magnum operæ pretium est. Ambo meruistis, ut omneis
Vestra per EVropæ Fama vagetur agros.
Sic ego. sic contrà moto subflamine litis
Responsat patriâ Phœbus ab Ortygiâ.
Pax! Afer longùm jam vivet denique sanus
Ingenio MEVRSI, SCALIGERI Studio.
Hique perennabunt: quippe hoc meruisse fatendum est
IVLIADEM Studio, MEVRSIADEM Ingenio.

P. SCRIVERIVS.

APPENDIX.

Sive,

EXCERPTA EXEMPLARIS REGII MS.

Nationes, pro gentilibus. *Inadversus. Iactor*, activè. *Volucrum. Evaginor. Trulleus. Calautica.* Nonius & Glossæ emendantur. *Strigilis. Batiola. Plautus apud Nonium correctus, & Isidori Glossa. Patritus. Pontificium. Restare*, pro Resistere. *Chalcidicum. Cilones. Silones.* Solinus correctus. *Clura, Clurinum* pecus. Plautus restitutus. *Ignaruris. Gnaruris.* Apuleius & Sidonius emaculati. *Animas. Geno.* Macrobii ineptia. *Postulio. Amasio. Obsoleo*, activè usurpatū. *Domino*, activè olim. *Secus. Alid. Catillamen. Saculum. Augere*, passivè. *Offensum*, substantivè.

Titulus aliter quàm hodiè erat conceptus, hoc modo.

ARNOBI ORATORIS DISPUTATIONUM ADVERSUS NATIONES LIBRI VIII.

Et sanè hunc genuinum existimaverim, & sciolos ADVERSUS GENTES posteà substituisse offensos novitate &, si diis placet, scabritudine & NATIONES, quæ politas eorum aures redebat. Fortè etiam inducti Hieronymi auctoritate; Non debebant Nam ille nō genuino, sed synonymo titulo citat. Profectò *Nationes* pro gē-

tilibus

tilibus nō semel posuit Tertullianus. Ad Martyras cap. 2. *Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, non sollennes Nationum dies ipsâ commixtione participas.* Adversus Hæreticos, cap. VIII. *Iudæi retrò penès Deum fuerant, dehinc ejecti ob delicta extra Deum esse cœperunt. Nationes verò nunquam penès Deum, nisi stillicidium de situlâ, & pulvis ex areâ.* Et sępè tum ibi, tum maximè libro de Spectaculis, & alibi. Ad numerum autem librorum quod attinet, mendosum esse jam omnibus in ore. Atque hæc de Titulo. Age, nunc rem ipsam videamus.

Pag. 7. lin. 13. *à litibus*) ms. *ab*.

Pag. 8. lin. 25. *madidata imbribus arua succescunt*) ms. *madidarri. a. succedunt.* Quomodo emendandum censeam, dixi.

lin. 27. *exustis liquoribus*) ms. *& vitu l.* Optimè. nec debuerat mutare Gelenius.

p. 9. l. 4. *ingenia dirigunt*) ms. *&* præmittit. Benè. pro *dirigunt* autē habet, *derigunt*. Sed solēne scripturariis *E* pro *I* scribere.

lin. 5. *Non imperant quibus sors rerum attributa est? Talibus non auctiores quotidiè dignitatibus, & potestatibus fiunt?*) ms. *Talium n.* Interpungo. *a. est talium? nō a.* &c. Abutitur acumine suo Gelenius.

lin. 29. *gens nostra*) ms. *genus n.* Malè.

p. 10. l. 11. *sterilitatē inducunt terris*) ms. *indicunt*. Optimè, & hæc pura puta Arnobii dictio. Sub finē hujusdem libri. *Huic arduum fuerat lethum cui vellet indicere?* Lib. VII. *Et pestilentiā, morbos, stragem mortalitatis* (legendū monui *mortalitati*) *indixit?* Posteà quoque. *Et pestilentes morbi indicta sinceritate fugerunt.* Ita legēdum monui, non *inductā*. Quin & Maniliū alibi ita loqui commemini.

l. 13. *limis inhorruisse*) ms. *liminis*. Malè. Tu *limnis* fuisse exaratū in scribto existimas, idque ex *linfis*, atque ita legendum.

lin. 19. *per exteras*) ms. *p. vestras*. Benè.

p. 11. l. 20. *possumus*) ms. *possimus*.

p. 12. l. 2. *supercilio tumidi*) ms. *lumini.* Lego, *fastus & supercilii lumine*. Quomodo Propertius lib. I. eleg. I. *Tum mihi constantis dejecit lumina fastus. Et caput impositis pressit Amor pedibus.* Nisi malis *lumini* dixisse pro *lumine*, cujus exempla multa in Pand. Florent.

lin. 11. *disceptatio*) ms. *disceptatione*. Malè.

l. 14. *si facto*) Semper suspectas habui has voces, & ecce, video ms. expungere. Planè ad sensum

ſenſum meũ, namque ab aliquo adſuta qui nõ videt, mirum ni ipſe fungus.

ibid. *& argumentis i.r.v. explicatur*) ms. *ut*. Itaque lego *explicetur*.

p.13 l.20. *non noſtris*) ms, inſerit *ſunt* quod Arnobianum eſt.

p.14. l.1. *congelare ſanguinis*) ms. *c. conſtringere ſ.* quod Gelenius gloſſema putare non debuerat, nã nimis familiare huic Afro noſtro ſynonyma congerere, idque ad veterum exemplum. Vide Agellium lib. XIII. cap. XXIII.

l.2. *perferre flagrantiſſimos*) Etiã heic ms. auctior unâ voce *p. ſuſtinere, f.*

l.22. *adierunt*) ms. *dii ferunt*. Optime, pro *inferunt*. Simplex pro compoſito.

lin.31. *omnino*) ms. *omnia non*. Malè.

lin.33. *Atqui non*) ms. *Atquin* Quod retinendum cenſeo; & tollẽdas interrogationis notas in omni iſtâ periodo.

p.15. l.7. *uſus poſceret*) ms. *u. ut p.* Sed vacat.

p.16. l.1. *leti*) ms. *letum*.

lin.10. *adverſus*) ms. *in adverſas*. Lego, *inadverſus*; quo modo: *Inantè, Incoràm*.

l.16. *in alterius doloris crucem; efferati pectoris alienatione bacchari*) ms. *i.a.d. crucis*. &c. Lego, & interpungo, *i.a. dolores, trucis, efferati p.a.b.* Vt enim ſuprà dixi, amat ſuprà modum ſynonymis uti hic Afer.

lin.25. *jaciat*) ms. *jactetur*. Nec improbè. Talia exempla de contrariis verbõrũ generibus multo collegit Marcellus.

p.17. l.18. *conſumere*) ms. delet.

p.18. l.24. *indignantur, declamitantque. In templis*) Herculès, nimis audax Gelenius. MS. optimè. *Negliguntur dii clamitãt, atque in t.* Quomodo Grotium quoque noſtrum emẽdare monui.

p.20. l.6. *iſtos*) ms. *iſti*. Benè.

li.30. *ſtatuas*) ms. *Fatuas*. Optimè. Et id olim magno Lipſio in mentẽ, neque aliter laudat clariſs. Turnebus, ut tu monuiſti.

p.22. l.2. *miſſi*) ms. *miſſæ*. Malè.

l.3. *lapſi*) ms. *lapſæ*. item malè.

li.29. *rationibus*) ms. *nationibus*. Item.

p.23. l.8. *poteſt*) ms. *potis eſt*. Probè, & Arnobiane.

l.29. *Ita*) ms. *Tum*.

p.24. l.20. *tempore*) ms. *temporis*. Benè, Græcâ phraſi.

pag.25. lin.13. *Fauna*) ms. *Fenta*. Malè.

l.14. *vino*) Correxi, *vini*. ms. *in vini*. quæ vera lectio. Damno itaq; omnes quas ſuprà propoſui coniecturas.

l.21. *Dionæa*) ms. *Loncia*. malè, & felix Gelenii correctio. Tu refingendũ cenſes *Pontia Venus proles*. certè proles põtia eſt Venus, quippè maris ſpumâ nata, ut alibi Arnobius inquit.

p.26. l.20. *nati hominis*) ms *n. nobis h.* Benè.

l.33. *cœtum*) ms. *cenſum*.

p.27.

p.27.l.20.*Victurine*) ms. *Visurine*. Nec mutandum erat.

p.38.l.3.*afficiebam*) ms. *adfaciebam*.

p.29.l.2.*cōsecrationi aptatos*) ms. *consecratione mactatos*. Meliùs.

p.31.l.30. *velaminibus*) ms. *voluminibus*. Probè. Hæc eadem *volucra* appellat lib.v. *Quid volucra molium velamenta lanarum*. Vbi *velamenta* legi debere docui in Animadversionibus. Glossæ. *volucrū, εἴλημα*.

p.34.l.18. *exilitates curvis reperientur*) ms. *exilitatis cujus reperientur*. Et ita emendare mihi visum.

p.33.l.18.*aut tribuere*) ms. *adtribuere*. Optimè: & jam benè est isti loco, quem nos aliter non malè emendaveramus.

l.20.*superimponi*) *superponere* ms.

p.34.l.11.*triverunt*) ms. *tribuerunt*. Malè.

pag.35.li.17.*evagationibus*) ms. *evaginationibus*. Optimè, amat Arnobius ἀρχαΐζειν. Veteres enim dicebant, *Vager, Vaginor. Fruor, Fruinor. Nato, Natino. Domo, Domino* (pro quo nunc *Dominor* deponētaliter efferunt.) *Nego, Negino.*

lin.31. *situm enervatis*) ms. *situs ervatis*. Sed benè *enervatis* restitutū ab Gelenio. Orta enim indubiè menda ex abbreviatâ ejusmodi scripturâ, *ēervatis*.

ibid. *postulā*) ms. *pōsulam*. Malè.

p.36.l.14. *Hostanis*) ms. *Zostriani*. Malè.

p.37.l.2. *delicti*) ms. *delituti*. Ineptè.

l.34. *disiuncta*) ms. *dissita*.

p.38.l.7. *munera du hominibusq; portabant*) ms. *munerandis animis b.r.* Locus desperatus, cēseo deponendum.

lin.28. *sunt*) ms. *est*. Benè. Non tamen omnis iste locus mihi sanus.

p.41.l.2. *vitiorum criminamini*) Optimè auget ms. *v. criminamini fæditate*. Aliàs nec malè suppleveram, *deformitate vitiorum*.

p.42.l.7. *Latenter*) ms. *Latentaliter*. Dirimo. *Latent taliter*.

l.18. *similitudini proximo*) ms. *similitudine proximo*. Malè.

p.43. l.2. *universa*) ms. *inversa*. Malè.

l.14. *designasset*) ms. *dissignasset*. sic ubique ferè in libris scriptis.

l.16. *medelarum*) ms. *mala de illarum*. Malè.

p.44.l.28. *securioris*) ms. *securiores*.

l.34. *non certatim blanditiis*) ms. auget. *n. c. omnes accurreretis, non b.*

pag.45.l.16. *comportate*) Melius ms. *computate*.

Lib. II.

pag.46.l.21. *ut*) ms. *&*. Malè.

p.49.l.8. *merâ*) ms. *mera*. Lego, *in eâ re.*

l.21. *quid species*) Benè præmittit ms. *quid sit genus.*

l.34. *quâ*) ms. *que*.

p.50.lin.6. *Phædone*) ms. *Phædro*. Malè.

l.29. *fatua*) ms. *futura*. Malè.

l.30.

l.30.*quòd*) ms.*ut*.

pag. 51.l.3.*an terris*) ms.*attoros*. Ineptè. Diſpũgo, & corrigo, *atque aggrediantur actores? peregramini, n.* &c. nec malè tu legendum putas *à thoris peregrinamini*, &c.

l.32. *Archesilao*) ms.*Archesila*.

p.52. l.18. *Sed faceſcãt hæc nihilque impediant plurimũ quò*) ms. *officiant*. Lego, *officiant hac nihil, nihilq; impediant, p.q.m.* &c.

p.53.l.7.*furunculum*) ms.*ferunculum*. Ineptè.

p.54.l.34.*qui*) ms.*quòd*.

p.55.l.4.*pote eſt*) ms.*potis eſt*.

lin.8.*occeperit*) ms.*acceperit*. Malè.

l.31.*& doloribus*) ms.*& ex d.*

p.56.l.19.*quod à novis*) Malè ms. *&* præmittit.

l.31.*ſunt ſententiæ*) Rectè ms.*nõ* præmittit, iterum enim duas negativas poſuit, ut ſuprà.

p.59.l.11.*commendatas*) ms. Benè *coẽmendata*. Nec malè alioquin ego correxeram, *commentatas*.

l.16) *trullas*) ms.*trulleos*. Bene eſt *Trulleus* vas quo manus lavabant. Varr.lib.1. de vitâ P.R. *Itaque ea ſi modo ponere, ac ſuſpendere, quæ utilitas poſtularet, trulleum, matellionẽ, peluim, naſiternam.*

p.60.l.6.*tardi*) ms.*bardi*. Atque ita Arnobium ſcribſiſſe putẽ, qui & alibi utitur hâc dictione.

p.62.l.5.*eſſe*) ms.*eſt*. quomodò & à me emendatum.

l.12.*ſibi*) ms.*ſui*. Malè.

l.17.*diſcriminare tui*) Auget ms. *diſcriminare, diſcernere, cui*.

l.20.*tunica*) ms.*calautica*. Optimè. Et emenda Noniũ, apud quem *calantica*. Gloſſæ, *Cacautica*, εἶδος ζώνης. Scribo, *Calautica*.

lin.21.*adjiciasrota*) ms.*adjicias quærere r.*

lin.23.*ſtrigil*) ms.*ſtrigilis*. Rectè. Nominativus antiquus, ſicut *vulturis, ſanguinis*, & ſimilia. Inde accuſativus *ſtrigilim*, apud Lucilium, citante Chariſio lib.1. qui ob oculos habuit eum verſum.

Præfractam ſtrigilim, ſoleam improbu' dimidiatam.

ibid.*polubrum*) ms.*colubrũ*. Mendoſè.

l.24.*ſcopæ*) ms.prẽmittit, *patiocæ*. Lego, *batiolæ*. Plautus Colace apud Nonium.

Batiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit.

Ita lego, non *voluit*. Corrigẽdæ quoq; Iſidori Gloſſæ. *Batiola, patera*. Nam malè ibi eſt *Batioca*.

pag.63.l.19.*an ab ſe*) ms.*an tibi ab ſeſe*.

pag.66.lin.13.*proletarius cum ſit, claſſibus*) ms.*proletarium c. ſ. claſſicus*. Ineptè: nam proletarii erant infrà claſſes. Benè itaque emendavit Gelenius.

l.26.*præcepi ruat*) ms.*præceps ſe ruat*. Optimè, Sic *Irruere* activè lib.1. dixit. Sic *Penetrare*, *Emergere*, *alia*, Plautus, Apuleius, alii.

ibid.

ibid. *intrepidus*) ms. *securus*.
pag. 68. lin. 13. *naturâ posse degenerare mortali*) Semper suspectus mihi locus, nec tamen ausus mutare. Iam audacem facit ms. in quo est *naturam p. d. mortalem*. Probè.
pag. 69. l. 25. *Phædone*) ms. etiam heic *Phædro*.
lin. 27. *ad finem*) ms. *ad in finem*. Malè.
l. 34. *vitâ*) Benè ms. *vitæ*. Alias non malè emēdâram, *vita in*.
p. 70. l. 6. *executionis*) ms. *obsecutionis*. Malè.
pag. 70. l. 28. *largitio*) ms. *largiter*. Malè.
l. 29. *certè*) ms. *certa*. Malè.
l. 34. *corruptibili*) ms. Benè *corruptibiles*.
p. 62. l. 22. *bigarios*) Malè ms. *pigarios*.
l. 23. *volones*) ms. *bolonas*. Benè.
l. 24. *vinctores*) ms. *vitores*. Scribo, *vietores*.
p. 73. l. 4. *& ut*.) ms. *tunc*. Quod non mutandum.
p. 74. l. 20. *supputandi se angerent insaniâ*) ms. *suppetandis augeret insomnia*. Nullo sensu.
lin. 29. *ingratam voluptatem confessorum*) ms. *voluptatemq; sensorum*. Lego, *in gratiam voluptatemque s.*
pag. 75. l. 7. *laminas*) ms. *lannas*. Scribo, *lamnas*.
lin. 20. *glaciali*) ms. *glacilia*. Lego, *gracilia*, aut certè *glacialia*. Vocat tuceta *glacialia*, quorum sumē induratum in modum glaciei.
l. 29. *psaltria*) Malè ms. *psalteriæ*.
ibid.
l. 32. *obvinctæ*) ms. *obvitæ*. D. Scaliger legebat *oblitæ*.
pag. 76. l. 13. *iussione*) ms. benè, *missione*.
pag. 77. l. 3. *paterentur alia*) Benè inserit ms. *p. ut a.*
lin. 23. *à*) ms. *ab*.
l. 32. *qua latens*) ms. *quævis l.* Lego, *quæ vis l.*
l. 33. *etiam*) ms. *&*. Melius.
p. 79. l. 10. *an*) ms. præmittit, *&*.
l. 25. *nec*) ms. *&* Melius.
p. 80. l. 9. *potest*) ms. *potis est*.
l. 12. *imperfectum se esse*) ms. *i. improbabilem s. e.*
p. 81. l. 16. *aërem*) ms. *aërium*. Sed totum cum locū benè emendavimus.
l. 22. *potest*) ms. *potis est*.
l. 28. *animarum*) ms. *animas*. Malè.
p. 82. l. 8. *potest*) ms. *potis est*.
l. 23. *secula*) ms. *singula*. Malè.
lin. 29. *inanior*) ms. benè *immanior*.
p. 83. l. 33. *labefactare studio*) ms. *dissolvere s.* Nimis falsus est Gelenius, dū toties synonymis Arnobiū uti non patitur.
pag. 84. l. 8. *natum*) ms. *siccatū*. Malè.
l. 15. *subrumpant*) ms. *subrupiant*. optimè. i. Cuacius id verbi rectè restituit alibi in Pandectis, ut tu monuisti; Glossæ, *Rupiat*, ῥάπτει ἐπηπία.
l. 19. *vera sit*) ms. *versa sunt*. Malè.
p. 85. lin. 14. *commentamur*) ms. *coniectamus*.
l. 19. *à*) ms. *ab*.
l. 33. *scientissiméque*) ms. *inscientissi-*

tissimeque. Malè.

pag.86.l.9. *edissertate, & dicite*) ms.*e.nobis, edicite*. Benè.

l.15. *Æoli ora*) ms.*foliora*. Lego, *folgora*, id est, *fulgura*. ἀρχαϊκῶς.

lin.20.*concreta*) ms.malè *concre-ata*.

l.30. *tipulæ*) ms. malè *hippulæ*.

p.87.lin.1.*mula, cuminum, porri*) Mendosè ms. *melon, cumuinũ, porrina*.

l.12.*vel oloris*) ms.*coloris*. Rectissimè. Sic ait paullò antè. *Vt nõ alios sapores, alios odores, alios colores*, &c.

l.27.*& prorsus*) ms.*nec p*. malè.

p.88.l.7.*deo*) ms.*dei*.

l.18. *remotas inutiliter*) ms.*remota inutilitate*. Lego, *remotas inutilitate curare res vestrà. In ancipiti*, &c.

l.13.*à*) ms.*ab*.

l.28.*patriam*) Benè ms. *patritã*. Veteres enim *Patritus* quomodò *Avitus* dicebãt. Varro Manio. *Funere familiari cõmoto, avito ac patrito more precabamur*. Idẽ Reip.lib.xx. *Secũdũ leges habitasset patritas*. Cicero Tuscul.1. *Patritam illã, & avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam*.

p.89.l.8.*pote est*) ms.*potis est*.

ibid. *vel*) Suspectum habui, & volebam ejicere, nisi in ms.*id* esset, quod probo.

l.14.*irrisui*) ms. *me risui*. Lego, *derisui*.

ibid.*ad sensum*) ms. *absens cum*. Acutè Gelenius emendavit.

lin.24.*junctionis*) ms. *vinctionis*. Quomodo & ego emendavi.

p.90.l.5.*respuit*) ms.*despuit*.

l.11.*peccat*) ms. mẽdosè *expectat*.

l.21.*te muneris*) ms. præmittit, *tu*. Optimè.

p.91.l.10.*à*) ms.*ab*.

l.14.*pontificis*) ms.*pontificiũ*. Benè; & hęc vox Solino quoq; usitata cap.xxi. *Verum hæ quoniã perfidia hospitũ non illibatæ revenissent, devotionis quã peregrè prosequebantur pontificium mox intra fines suos receperunt*. Item Gellio lib.1. cap.xiii. *Re semel statutà deliberatâque ab eo, cujus negotium id pontificiumque esset*, &c.

l.21.*à*) ms.*ab*.

pag.92.l.6.*arbuta*) ms. *arbusta*. malè.

l.33.*Vestæ ignis*) ms. *& colignis*, lego, *culinis*, quod etiam D.Scaligero visum.

p.93.l.20.*repudiata, quid*) Benè *auget* ms. *repudiata, contempta, q*.

l.30.*exculta*) ms.*exstructa*.

l.33.*oras*) ms.*ore*.malè.

p.94.l.16.*genito Saturno*) ms.*genitore Saturnio*. Melius.

l.22.*fata*) mendosè ms.*fetiæ*.

lin.23.*fuere*) Item mẽdosè ms. *fuisse*.

lin.30.*corpore*) ms.melius, *corporea*.

p.93 l.28.*hyems*) ms.*hyemes*. Nõ benè.

p.98.l.8.*potest*) ms.*poteris*. Benè.

lin.27.*stentoreos*) ms.*centenarios*, Lego, *certè varios*.

pag.100.*quantum*) ms.*quantò*.

l.6.*tantum*) ms.*tantò*.

Lib. III.

pag. 101. l. 12. *stare*) ms. *Restare*. Benè, ut sit pro *Resistere*, quâ facie eâ voce etiam alii scribtores usi.

l. 11. *ad fidem illius abrogandam*) ms. *a. finem i. adrogãdam*. Pessimè.

p. 10. 2. l. 19. *& renuitu*) Optimè auget ms. *& recusatu*, &c.

l. 28. *acquiescimus*) Iterum auget ms. *acquiescimus, conibemus*. lego, *a. connivemus*.

l. 31. *sint*) ms. *desint*. Corrigo, *di sint*.

p. 103. l. 13. *populares*) ms. *popularem*. Malè.

l. 14. *nominis hujus*) ms. *nominibus his*. Nec malè.

ibid. *sensum*) ms. *censum*. Quomodo & emendavi.

pa. 104. l. 27. *reprobate*) ms. *comprobate*. Quod non temere exploserim.

p. 105. l. 7. *vi*) ms. *in*. Lego jam, *sint*. & deleo quæcunque in Critico de hoc loco.

p. 106. l. 5. *postremum*) Benè præmittit ms. *ad*.

l. 13. *Chalcidicis*) miror cur *Chalciæcis* maluerit Gelenius. Certe ms. diserte *chalcidicis* habebat. Vtitur & hâc voce lib. iv. *Scribuntur dii vestri in tricliniis cælestibus, atque in chalcidicis aureis cænitare*. Statius. Sylv. lib. II. in Surrentino Pollii.

Omnia Chalcidicas turres obversa salutant.

Festus explicat. *Chalcidicum genus ædificii, ab urbe Chalcidicâ dictum.*

l. 15. *apud Iacchum*) Benè ms. *ab Iaccho*. Arguit Lucretii versus lib. iv. quem ob oculos habuit.

Et gemina, & mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho.

ibid. *Lucretii*) ms non malè. *Lucretia*.

lin. 25. *quàm obtentu*) ms. inserit *ut*, sed vacat.

p. 107. lin. 5. *indecoris*) ms. *indecoriis*. Malè.

pa. 108. l. 14. *putari*) ms. *portari*. Scribo, *portare*. Sic paullò antè dixit. *Quid ergo dicemus? Caput deos gestare, &c.*

li. 20. *abstinent*) ms. *abstinentur*. Nec temerè abjecerim.

l. 31. *silunculos*) ms. *cilunculos*. Benè. nam *Cilones*, & ὑποπροκέφαλοι *Cilunculi* dicebantur quorum capita oblonga, & compressa essent. Glossæ. *Cillo*, προκέφαλος. Charisius lib. I. *Cilones dicuntur, quorum capita oblonga, & compressa sunt. Chilones autem cum aspiratione ex Græco à labris improbioribus, quæ illi χείλη. Vnde Chilones improbius labrati.* Festus. *Chilo dicitur cognomēto à magnitudine laborum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior, ac dextrâ sinistrâq; velut recisa videtur.* Velius Longus de Orthographiâ. *Cilones homines vocati angusti capitis, & oblongi. Chilones verò improbioribus labris homines, à Græco, παρὰ τὰ χείλη.* Quæ totidem pæne verbis Cassiodorus. Vulgatã tamen lectionem

nem improbare non possum, nisi si a Gelenio manârit, quod equidem valdè vereor. Dicebâtur verò *Silones* homines superciliis prominentibus. Varro, γνῶθι σεαυτόν. *Nonne non unum scribunt esse grandibus superciliis silonem quadratum; quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur.*

lin. 32. *nevios*) ms. *nevinos*. Revocat in memoriā mihi hic locus alterum Solini cap. v. *Interdum enim ad genus se eclat, & per sobolem in familias transitus faciunt: sicut plerunque parvuli modò neruos, modò cicatrices, modò qualescunque originis suæ notas ferunt.* Corrigo, *modò nævos, m.c.* ut & in V.C. reperio cuso anno CIↃ. IↃ.

p. 109. l. 5. *leves, senes*) ms. *leves, lenes, senes*. Malè. unde enim natum sit istud verbi nemo non videt.

lin. 33. *formam mentis*) Benè habet! quod conjecerā, nec tamē ponere audebam, in manuscripto invenio, nēpe *formamentis*. Et hæc vera lectio.

p. 110. l. 22. *veterino*) ms. *clurino*. Rectè, Pecus *clurinum* de simiis intelligo, eæ enim veteribus *Clunæ* dicebâtur, & *Cluræ*. Vide quæ ad Truculētum Plauti.

l. 31. *condolatus*) ms. *conclobatus*. Scribo, *conglobatus*.

p. 111. l. 8. *pupillis*) ms. *pupulis*.

p. 112. l. 8. *ut*) ms. delet.

l. 10. *obstetricis*) ms. *obstetriciis*.

p. 113. l. 1. *imponat*) ms. *& imponere*. Latet aliquid mendi, nec videtur ita emendandum, ut censui in Critico meo.

l. 3. *Erras*) ms. *Sed erras*. Benè.

lin. 18. *gnariores*) ms. *ignarores*. Acute Gelenius literulā trāsponit, malè tamen. Lego, *ignarures*. Glossariū. *Ignarures*, ἀγνοοῦντες. Simplex ejus ibidem invenio. *Gnarurem*, γνώριμον. Item verbū. *Gnarurat*, γνωρίζει. Sed & *Ignarurus* dicebât, quomodo *Inermus, Inermis*, & talia. Apuleius Milef. I. *Nam & mihi & tibi, & cunctis hominibus usuvenire mira & penè infecta: quæ tamen ignaruro relata fidē perdant.* Ita rectè habet Bertinianus liber, nec debebat elegantissimus Schoppius temerè in *ignaruri* mutare. Ita extulit quoque Sidonius lib. III. Epist. ad Eucherium: *Quapropter ignaruri verū temeraria judicia suspendāt, nec perseverēt satis aut suspicere præteritos, aut despicere præsentes.* Sic enim legendum, non, ut hodiè, *ignorari*.

p. 116. l. 10. *dissuuntur tenacium*) ms. malè, *dissuriuntur tenaciū*.

p. 117. l. 6. *de*) ms. *deos*. Itē malè.

p. 119. l. 18. *frugū*) ms. auget benè, *& frugum*.

p. 120. l. 6. *culmen*) ms. *columen*.

lin. 8. *animal*) ms. *animas*. Rectè, pro *Animans*. Sic Ennius.

Ova parire solet genu' penneis condecoratum,

Non animas. ———

Veteres enim N omittebant sequēte S. ut in *Cossules, Prægnas,*

nas, Damnas, Cessores, Istita, similibus.

lin. 15. *simpiicitatem*) ms. *simplicitatemque.* Malè.

p. 123. l. 4. *urbem Ilium*) Mendosè ms. *immortalium.*

lin. 22. *eontinens*) ms. *coxcinens.* Quomodo & Grotius noster emendari debere conjecerat.

q. 124. l. 12. *labare*) ms. præmittit, *hæsitare, l.* Benè.

pag. 125. lin. 21. *ducere*) ms. *perducere.*

Lib. IV.

pag. 126. lin. 6. *utrumne*) ms. *verumne.*

p. 127. l. 12. *hoc cœpit*) ms. *occœpit.* Quomodo & ego emendavi.

p. 129. l. 12. *adauctusque*) ms. *adjectusque.* Scribo, *adfectusque,* sive ut tu fortè non malè dinas *adlectusque.*

l. 14. *argillâ*) ms. *testâ.* Itaq; evertitur mea omnis emendatio.

p. 130. l. 13. *extrema tempora*) ms. auget, *extrema sunt tempora.*

pag. 135. lin. 13. *tu sis*) ms. *expeditur, experitur.*

p. 132. l. 5. *Larem*) ms. *Lateranū.* Vt ego quoque correxi.

l. 10. *ne dum talia confingitis monstra, taliaq; molimini*) ms. auget, *talia atque molimini.* malè bis inculcata vox una; scribendum enim: *ne dum talia confingitis monstra, atque molimini.*

lin. 14. *inolescant*) Benè, ms. *insolescant.*

l. 18. *superstitionibus*) ms. *suspicionibus.* Benè.

l. 22. *nunquā*) ms. *eandem.* Quod sanè nō video quò minus admittamus. Nam *eandē facietis fidem,* valet, *æquè persuadebitis.*

pag. 133. l. 3. *pro omnibus quos invocatis*) ms. *p. o. in quos i.* Scribo, *p. o. in q. i.*

lin. 6. *istum*) ms. *institui.* Probè quod jam in meam quoque emendationem recipio.

p. 134. l. 1. *Secundus Reginâ & Hyperione proditus genitore*) Aliter longè ms. *s. æquè Iovis & Hyperiona proditus genitrice.* Et benè. Nam posteà ait. *Ex Hyperionâ (inquitis) matre, & ex Iove jaculatore fulminis, Sol aureus & flagrantissimus natus est.*

l. 2. *Nili*) ms. *Nisi.* malè.

l. 19. *& nimium minutum capita*) ms. *minutatim.* benè, nisi quod interpungendum, *& nimium, minutatim capita,* &c.

pag. 135. l. 13. *tu sis*) ms. *tutunis.* Ineptè.

pag. 136. lin. 2. *Itane tu audes maiestatem tibi mei nominis usurpare, quæ è cœno & ex gurgitibus prodita, coagulataq; è limo sis?*) ms. *usurpare, si verum è cœno,* &c. Corrigo, *usurpare sinceram è c. e. e. g. p. coagulata quæ è l. s.*

lin. 4. *aut tibi tu alienam dignitatem assumis, atque de vertice procreatam mentiris te Iovis*) ms. *a. t. t. aliam d. assumis, deæque de v. p.* Lego, *d. assumis deæ, quæ de v. p. m. t. I.* Tibi placet, *d assumis, eque vertice p.* &c.

l. 16. *in feriam*) ms. *inferia.* Ita & ego

ego emendavi.

p.137.l.14.*pote est*) ms.*potis est.* l.24. *meminisse*) ms. *nullum esse.* Malè.

p.139.l.17.*gignitur*) ms.*genitur.* Benè. Veteres enim *Geno* dicebant, quod *Gigno* posteriores. Vtitur Lucretius lib.III.

Totum esse extrà corpus durare, genique.

Varro de Re Rust. lib.I. cap. XL. *Primum semen quod est principium genendi, id duplex.* Item lib.II.cap.VI. *Quod similes parentum genuntur, eligēdi & mas & femina, cum dignitate ut sint.* Censorinus cap.III. *Hic, sive quod ut genamur curet, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur, certè à genendo Genius appellatur.* Ineptit autem Agelliana simia, dicens. *Genui ex quo themate venit, nullus scit; licet Varro dixerit genūt.* quid? quod ICti ab hac locutione nō abhorrent, & exempla apud te observata.

lin.20.*natum atque editum*) Non rejicienda ms.lectio. *quàm ipse est natus atque editus.*

l.26.*qui Bromius dicitur*) ms.auget *q.B. dicitur, & ex semine iterum natus patris.* Lego, *ex femine i.*

p.141.li.7.*Iove*) ms *ovis.* Optimè. Intelligit enim Castorū & Helenæ natales.

l.28. *Quis*) ms.*Nunquid.* Benè, itaque interpungo. *Nunquid r.à e.c.n.C.e.d.m.V.d.i.n.consecratam? Quis, &c.*

pag.142.l.33.*Chrysas*) ms. benè *Ethysas.* Quomodo & ego ex Clemente rescribendum judicavi.

p.144.l.34. *furum ordine*) Benè ms.*furtorū dolis.* Quomodo ex Romani codicis vestigiis legendum conjeci.

p.146.lin.9. *divinâ præstantique*) Benè ms. *dissita distantiaque.*

lin.22.*postulationibus*) Majorem certè non immeritò in Gelenio linguæ veteris Latinæ peritiā requisivero, cujus ignoratio compluries eū fœdè labendi ansam præbuit; maximè heic: ubi enim ms. *postulionibus* habebat, ille *postulationibus substituit.* Nollem factum. Profectò *Postulio* & *Postulatio* idem sunt. Varro de L.L.lib.IV. *A procilio relatum, in eo loco debisse terrā, & ex Senatuscōsultò ad haruspices relatum, esse responsum deum Manium postulionem postulare, civē fortissimum eò dimitti.* Ita postrema ista emendanda censet divinus Scaliger.

lin.24.*sympinio*) ms.*simpuvio.* Et ita ego correxi.

l.25.*cursu*) ms.*rursus.* Benè.

p.147.l.11.*tanta iistis*) ms.*ante istis*) Dirimo, & scribo, *antè istis.*

l.33.*alii*) ms.*alios.* Benè.

p.148.l.3. *incētiva extollitis*) ms. *incentivo e.laudis.* Nec erat temerè mutandum.

l.6.*percensetis*) ms.addit. *percensetis, edisci tis.*

l.6.*percensetis*) ms.*amasio.* Benè,

 vete-

veteres enim *Amasius*, & *Amasio* dicebant, quemadmodum *Pusus*, *Pusio*. *Pumilus*, *Pumilio*. Talia.

l.22. *quàm cælitum violata*) Non malè ms. *quibus c. violatur*.

l.24. *certe*) ms. *certißimæ*.

l.27. *ac.*) ms. *nec*. Melius.

l.28. *mererent*) ms. item melius, *meruerunt*.

l.30. *secus*) ms. *sequius*. Quod scioli isti nō intelligentes in *secus* mutaverunt.

p.150 l.2. *fallacia*) ms. *pellacia*. Nec hoc ejiciendum.

l.3. *subdititii*) Benè ms. *subditivi*. Vtitur & illâ voce lib.v. *Sed allegoricis sensibus, & subditivis intelliguntur omnia illa secretis.*

l.31. *copulatio*) Rectiùs ms. *copulatos*.

p.151. l.19 *nefariis*) Rectiùs ms. *furiis*.

l.22 *contentâ*) ms. *comptu*. Mendosè.

Lib. v.

p.153. l.4. *dixisse*) ms. benè; *dixe*.

l.6. *anima*) ms. *animalia*. Malè.

p.154. l.10. *minas has*) ms. *meas has*. Lego, *meas iras*. Sic paullò antè. *Quibus modis conveniat iras ejus atque animos tēperare.*

lin.13. *sacrum*) Semper suspecta mihi fuit hæc vox. ms. *sacrarum*. Vnde liquet deesse, *peractione*, aut tale.

lin.25. *tam*) ms. auget, *aut tam*. Sed malè inculcata ibi vox isthæc ab librario.

l.31. *an suillo, an quolibet alio*) ms. auget utiliter *a. suillo, an bubulo, an q.a.*

p.155. l.4. *præsumens*) ms. *præsumeret*. Malè.

l.19. *potuisse*) ms. *potuit &*. Lego. *potius ex*. Tibi ridet, *potuisset*.

p.156. l.18. *exolutus*) ms. *exaltata*. Inde magnus Scaliger faciebat, *exhalatâ*. Optimè. Itaque damno jam meam conjecturam.

l.20. *dissidio*) ms. *disciidio*. Quomodo & emendare visum V. CL. Huberto Gifanio.

l.25. *bacculis*) ms. *tabulis*. D. Scaliger optimè. *pabulis*.

l.33. *amans tectu*) ms. *minus rectis*.

pag.157. l.7. *fecit*) ms. ineptè. *fecisse*.

l.16. *testulam*) ms. *fistulam*. Malè. Catullus. *(ra silice,*
Devolutt ille acuto sibi pondera

Errat quoque Nonnus Dionys. xxv.

— καληφιόωντι δὲ βάκχῳ
ἐλκεχίτων σκυθικοῖο δι' οὔρεος ἄσπορος ἄντλις
ἵκετο μαστίζων μετανάστιον ἅρμα λεόντων,
ῥείης θεραπείης ταχὺς ἄγγελος, ὅς ποτε χαλκῷ
φοινίξας γονόεντα τελεσσιγάμων στάχυν ἥβης,
ῥίψεν ἀνυμφεύτων φιλοτήσιον ὄγμον ἀρότρων
ἄρσενος ἀμήτοιο θηλύσιον, αἱμαλέῃ δὲ
παιδογόνῳ ῥαθάμιγγι περιρ-ραίνων πτύχα μηρῶν,
θερμὸν ἀλοιητῆρι δέμας θηλῦνε σιδήρῳ.

Testâ enim Galli deglabrabant

bant se, ne inguina tumescerent, ut docuit me vir meâ laude major, Iosephus Scaliger. Quod autē doctissimus Falkenburgius, & optimè de Nonno meritus, *ἄτλης* rescribit, pro *ἄτλις*, minimè erat necessè. Nam indifferenter nomē illud efferant Scribtores, *Atys, Attis, Attis.*

l.23.*tectis*) Malè ms.*tectâ.*

p.158.l.16.*injuria*) Malè ms.*injuriis.* Lego *injurius.*

l.20.*diluvii tempore*) ms.*d.causâ.* legerim, *diluvii casu.* Id est, *quū diluvium accideret.*

l.24.*orari*) ms.*crari.* Ineptè.

pa.159.lin.4.*cui si*) ms.*cum quo si.* Lego, *cui quod si.*

l.9.*cognitione*) ms.*continuatione.* Nec malè *conditione* cōjecerā.

l.10.*obvoluisse*) ms.*obsoluisse.* lego, *obsolevisse.* Activè autem *Obsolere* usurpavit, quomodo *Irruere* lib.1. *Proruere, Ruere, Penetrare. Emergere*, Terentius, Virgilius, Plautus, Apulejus, alii.

l.21.*despuitur*) ms.*depuitur*, lego, *depuvitur.* Vide Fest. *Depuvere.*

l.26.*palpabat*) ms.*pellabat.* Fortè, *fellabat.*

lin.28.*fœdi*) ms.*fœdus.* Nec erat mutandum.

p.160.l.2.*devinxit*) ms.*dijuuxit.* Quomodo Gulielmius & ego conjeceramus.

l.30.*à*) ms.*ab.*

pag.161.lin.2.*edomari*) ms. *edominari.* Optimè, id est, *edomari.* Nam veteres *Domo Domino* dicebant, (ut suprà docui) cujus passivo nunc deponentaliter utuntur. Certe activè veteres extulisse testatur hic Arnobii locus, & vetus poëta, sive is Ennius, sive alius, cum passivè *Dominari* dixit.

O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino!

l.4.*ut mero madidarctur*) ms.auget. *v. m. madidaretur multo.* Nec malè.

l.13.*decuramenta*) Benè ms. *decurtantem.*

l.34.*punctisstitio*) ms.*punctisratio.* Fortè, *puncti spatio.*

p.162.lin.5.*saburrato*) Malè ms. *saburratio.*

lin.6.*impletis*) ms.*implêstis.* Melius.

l.11.*poma ibi*) ms.*ubi poma.* Scribo, *ibi p.*

lin.16. *& signatus*) Ineptissimè ms. *designatus.* Et sanè medicinam fecit huic loco Gelenii acumen.

l.19.*sexus viriles*) ms. melius, *secus virile.* Veteres enim *secus* dicebant, quod posterioribus *Sexus.* Ausonius.

Iuno, Ceres, ac Vesta, secus muliebre sorores.

Item.

Nota Caledoniis nuribus muliebre secus Strix.

l.25.*à*) ms.*ab.*

lin.28. *admiramur*) ms. ineptè. *admirabantur.* Quomodo legi debeat, ostendi in Critico.

l.30.*regis*) ms.*rursus.*

l.31. *Atys*) ms. *Attæ.*

p.164.lin.14.*neque prodiderimus*) ms.*neque nos p.*

 lin.

lin.23. *explicatæ*) ms. *exploratæ*. Quod probius.

l.25.*intermittitis*) ms. *intromittitis*. Et hoc magis placet.

p.165.l.28.*traduntur*) ms. *tradidisse*. Lego, *traditis*. Malè adhæserant fini duæ primores literæ vocis sequentis, unde nata menda.

l.31.*verum*) ms. nō malè, *verius*.

l.34.*Fœdam*) ms. ineptè. *Fetam*. Nos emendavimus.

p.166.lin.16.*immania*) ms. *inania*. Non ita benè.

p.167.l.13. *cum in Cererem*) ms. *cum inicere Cererem*. Inde Dominus Scaliger *inire* cōjiciebat legendum, ego, *inigere*.

lin.26.*primo*) Benè ms. *Brimo*. Quomodo & olim correxit vir magnus, Gulielmus Canterus.

ibid. *appellatur*) ms. Benè, *appellaretur*. Ego conjeceram, *appelletur*.

pag.169.l.16.*maleactionis*) Benè emendavit D. Canterus, *maledictionis*. Nam ita etiam erat in ms. Errat verò Pontanus noster, qui *maletractationis* substituit.

l.23.*ruminantem*) ms. *rumigantē*.

p.170.l.7.*prædita*) Benè ms. *prædicata*.

lin.18.*aut simili*) ms. non malè auget, *aut in simili*.

l.26.*dictent*) ms. *dictitent*.

p.171.l.8. *Triptolemus, capellarū Dysaules custos*) ms. auget. *Triptolemus, Eumolpus, Eubuleus, Dysaules boum jugator, Triptolemus, capellarū D.c.* Sed planè inutiliter. Quod autē ibi *Eubuleus* legitur, firmat meam emendationem.

l.16.*cynum*) Melius ms. *cinnum*. Quod & D. Cantero in mentem venit.

l.25.*sexus fœmineus*) Benè ut suprà ms. *secus fœmineum*.

p.172.l.12.*Olli*) ms. Benè. *Ollis*. Quod & mihi in mētem venit aliquando.

l.21.*susceptio*) ms. benè. *suspectio*. Quod & D. Lipsio visum.

p.173.l.13.*nos gentis*) ms. *noscentis*. Ineptè.

p.174.lin.10.*luxuriantis*) ms. *furientis*. Benè, de quâ voce dixi lib.1. cap.111. Critici mei.

p.175.l.*aspernatum*) ms. ineptè, *aspernaturos*.

lin.31.*subcisivis*) ms. *subsicivis*. Quod & D. Canterus conjecit.

p.117.l.23.*tum*) ms. benè, *utrum*. Dispūctione verò reliqua sananda mõnuimus in Critico.

pag.178.l.29.*primò*) Etiam heic ms. habet *Brimo*.

p.179.l.1.*istæ*) Benè ms. *iste*.

l.29.*differentia*) Benè ms. *differitas*. Vtitur hac voce Lucretius lib.IV.

Tantáque in his rebus distantia differitasque est.

Et ipse hæc Arnobius semel lib.II. bis lib.VII.

p.180.l.10.*aliud*) Optimè ms. *alid*. Antiquè, & Lucretius usurpat non semel.

p.182.l.12.*dei*) Rectè mutilum censui hunc locum. Plenè ms. *& cum notâ Ditis patris rei rustica*

ſtica de opere proloqui.
l.22.*gravitas fœdæ rei*) ms. *g. fœderum.* Scribo, *fœdorum.*
l.22.*ſcurriliter*) ms. *verniliter.*
p.183.lin.5.*fœdæ rei*) ms. iterum *fœderum.* Corrigo eodem modo, *fœdorum*, vel, *ſcelerum.*
lin.24.*habet originem*) ms. benè *ab origine.* Eſt genus loquendi conciſum, quod librario impoſuit.
p.184. l.24.*gangrenam*) ms. *garogerem.* Scribo, *gangerẽ*, ideſt, *cancerem.*
p.185.l.4.*libidinis*) Benè ms. *libidinibus.*
lin.9.*Verecundia laude condigna*) ms. auget. *Verecundia ac laude c.* Scribo, *V. hæc. l. c.*

LIB. VI.

lin. ult. *ſed quod deos*) ms. *ſ. q. eos.* Vt & ego conjeci.
p.186.l.9.*indigere*) Malè ms. *addicere.*
p.187. l.21. *fuerit fabricator*) Benè ms. addit, *fuerit inſtitutor, quis fabricator.*
l.32.*& Veneris*) ms. auget, *e. Veneris, hoc Herculis, Apollinis, Ditis, quid eſt aliud dicere, quam domus hæc Martis eſt, hæc Iunonk, & Veneris.* Nec ſat ſcio an nimis utiliter. Certè Gloſſema purum putum cenſuerim.
l.34.*diſtrictos*) Malè ms. *diſtructos.*
p.189. lin.20.*Eleuſini*) ms. *Eleuſinio.*
l.25.*Cleochum*) Benè ms. *Clearchum.* Firmat Clemens.
p.190.l.1.*quã*) ms. *quãvis*, Benè.
l.12.*Tolus*) Mendoſè ms. *Aulus.*
l.15.*patriæ*) Mendoſè item ms. *patientiæ.*
lin.27.*inaniter eſſe*) ms. inſerit, *inaniter iis eſſe.* Benè.
p.191.l.10. *ita coli*) Vitioſè ms. *inſolidi.*
l.22.*pote eſt*) ms. *potis eſt.*
p.192.l. 11.*pulſos*) ms. *pulſi.* Nec malè.
lin.12. *concitatos*) ms. *concitati.* Similiter.
l.21.*gutture*) Mendoſè ms. *totoro.* Nos benè ex veſtigiis Romani codicis emendavimus.
l.22.*pituitate*) Iterum mendoſè ms. *puetitate.*
l.25.*ac credere*) ms. *accidere.* Ineptè: Tu elicis, *ac dicere* tranſpoſitis literis, non malè.
l.29.*ramũ Prognes Theſpios*) Benè ms. *ramum pro Cinxia Theſpios.* Quomodo ex Romani codicis veſtigiis legendum cõjecerat Gulielmius.
p.194. l.4.*petaſunculum*) ms. *petaioculum*, nimis ridiculè.
p.196.l.8.*grosſis*) ms. *groſſis.*
ib. *deſcobinata limis*) ms. *deſcobinata de limis.* Legerim, *d. & l.*
ibid. *furficibus*) ms. *furfuribus.* Ineptè.
p.197.l.2.*teſtula*) ms. *teſtulæ.* Nõ rectè.
pag.198.l.24.*facere*) ms. *deicere.* Scribo, *dejicere.* Similiter ferè ex veſtigiis Romani codicis legendum conjeceram.
pag.199.l.12.*vincti omnès*) Malè ms. *vinctiones.*
lin.13.*nobilitent*) ms. *mobilitatis.* Malè.

pag.200.l.20.*ab ipso se ipse*) ms. melius, *ab ipso sese*.

p.201.l.18.*vaporcum*) ms. malè. *vaporem*.

p.202.l.15.*superq; rebus eius*) ms. *superq; reabse*. Quomodo legẽdum conjecit D. Canterus.

p.203.l.18.*tenebrarum*) Vitiosè ms. *remedorum*.

p.204.l.31. *Argiphontes*) ms. *Argiforonites*. Malè.

p.205.lin 17.*animos*) ms. *annuis*. Lego, *animis etiam constringerentur & manibus*. Nam malè, *manus*.

l.31.*affixa*) ms. *fixa*.

p.206.l.6.*tribuamus*) ms. *attribuamus*.

Lib. VII.

lin.24.*interior*) ms. *integrior, verior*. Benè.

pag.208.l.5.*potest*) ms *potis est*.

l.9.*hac*) ms. *hic*. Nec malè.

ibid. *pote est*) ms. *potis est*.

lin.11.*substineantur pastu*) Benè ms. *sustineantur è pasta*.

p.210.l.9.*designaverit*) ms. *dissignaverit*.

li.21.*visi*) ms. *ulli*; Interpungo, *neque, si sunt, ulli apertissima p. c.d*.

l.23.*sese*) ms. *se esse*. Nec omninò malè.

l.26.*abire*) Malè. *ms. obire*.

p.211.l.14.*mitigandas numinum*) ms. *m. ad n*. Malè.

l.19.*quòd*) Benè ms. *qui*.

l.24.*aut te*) Malè ms. *ante*, dirimo, *an te*.

liu.31.*perducetur*) Benè ms. *producatur*.

p.212.lin.25.*designationibus*) ms. *dissignationibus*.

l.30.*&*) ms. delet, rectè. Librarii enim, nõ intelligentes cõcisum loquendi genus, inculcârunt.

p.216.l.4.*susceptio*) ms. *suspectio*. Quomodo & ego conjeci.

l.10. *collationibus*) ms. *conjectionibus*. Lego, *confectionibus*, nec absonè tu *conlectionibus*.

lin.23. *incipiunt*) ms. *concipiunt*. Malè.

lin.20.*honoribus mactatur humanis*) Vtilissimè ms. auget, *h. m. humanis, homo verò sublimior, qui auget, potentiam numinis*.

lin.29.*Dicite, inquitis, quæ sit opinio de his deformitate culpabilis*) ms. variat, & auget. *Dicite, inquetis. Ne sit opinio de his primũ digna, recta, & honesta, nec turpitudinis alicujus deformitate culpabilis*. Optimè. *Ne sit* idem est quod *sitne*. Quo modo & alii auctores loquuti.

pa.217.l.10.*struibus*) ms. *structibus*. Scribo, *strucibus*.

l.13.*æstimare*) ms. *æstimari*.

pag. 218.l.15.*honores*) ms. *honoris*. Quomodo etiam Gulielmius emendavit.

p.219.l.10.*eaque*) ms. *ea que*. Sicut & ego correxi.

lin.18.*legibus*) ms. *è legibus*. Nec malè.

lin.23.*atris*) ms. Benè, *tetris*. Sic paullò post. *Cur non omnia cætera quæ illorum inferre sacrificiis moris est, sint nigra, & fumigata, tetráque, & colorata curatis*.

p.220.l.3.*si jusserit ratio*) Meliùs ms.

ms. *si vicerit ratio.*
p.221.l.9.*&*) malè ms.*ut.*
l.11.*hic*) ms.*huc.*
lin.13.*ferre*) Meliùs ms. *inferre.* Sic anteà, *omnia cætera quæ illorum inferre sacrificiis moris est,* sicque legendum tu ad oram libri tui notâras.
lin.25. *& supplicamenta*) mendosè ms.*est.s.*
p.222.l.10.*ratio*) ms.*datio.*
ibid.*pote est*) ms.*potis est.*
l.14.*fata*) ms.*ut fata.* Scribo,*ut fatæ.* Quomodo & tu reponendum conjeceras,
li.34.*non posse*) ms. *nos non posse.* Benè.
p.223.l.5.*pote est*) ms.*potis est.*
pag.224.l.10.*apexabo, isicia*) ms. *apexabones, hirciæ.* Scribo, *a.hiræ,* vel potius *hircei,* ut tu; quia est in Festo. *Irci genus farciminis in sacrificiis.*
l.11.*longævo*) ms.ineptè,*lõgævi.*
l.13.*tuceta*) ms.*tedæ.* Scribo,*codæ.* Sic paullò post. *Quæ causa, quæ ratio est, ut carp strebula separatim, ruma, coda, & plasea separatim,* &c. Ita enim ibi legendum ex ms. non,*cauda.*
lin.15. *& ilia minutim*) ms. *catillaminuam.* Scribo,*catillaminum.* Nec aliud sunt *Catillamina* quàm scitamenta, à catillando, unde & *Catillones.*
lin.30.*coxendicibus*) Vitiosè ms. *condicibus.*
pag.225.lin.3.*quã*) Item vitiosè ms.*quæ.*
l.4.*vitulis*) Optimè ms.*sæculis.* Ea ratione *sæculum* apud Lucretium passim.
lin.15.*iure multiplici*) ms. *iure & m.* Ineptè.
l.26. *cauda*) Benè ms. *coda. ἀγχαίκωϛ.*
p.228.l.13.*pote est*) ms.*potis est.*
p.229.l.17.*solitos*) ms.*solidos.*
l.21.*sympiniaque*) ms.*simbubiaq;.* Legendũ monui, *simpuviaq;.*
pag.231.lin.5.*dicendum*) ms.*dicendus.*
l.21.*Etiam*) ms.*Etiamne.*
p.232.l.8.*ad*) Ineptè ms.*ab.*
ibid.*contracti*) ms.*contractis.*
pag.233.l.7.*symplegmatibus*) ms. *implegmatibus.*
l.9.*salpictarum*) ms.*salapittarũ.* Quomodo & emẽdavit olim D.Scaliger.
l.14.*se*) ms.Ineptè *de.*
l.15.*inanibus concrepare*) ms. *in manibus concremare.* Ineptè.
p.234.l.21.*herniarum*) Mendosè ms.*gruenarum.*
pag.236. lin.20.*præsumptæ*) ms. *prompta.*
lin.27. *Si dii*) Benè ms. *Sed dii.* Itaque interpungendum. *Sed d.i.n.i.i.n.v.a.a.e.q.c. natura: quid h.* &c.
p.237.lin.32.*multaße*) Benè ms. *mulcasse.*
pag.239.l.5.*subrepto*) Benè ms. *subrecto.* Quod & Gulielmio in mentem venit,
l.27.*lautus*) ms.*lætus.*
p.240.l.7.*pronuntiavit*) ms.*prenuntiavit.*
p.241.l.3. *Si Iupiter*) ms. *Sibi Iupiter.* Corrigo,*Si sibi Iupiter.*
lin.5.*prorogare*) ms.Benè,*prorogari.*
lin.16. *augere*) Malè ms. *augeri.*

Porrò

Porrò *Augere* eleganter *παθητικῶς* usurpavit.

l.30.*obeundo*) ms.*obeda*. Scribo, *obedientiâ*. Error natus ex abbreviatione.

p.242.l.5.*inani*) ms.*inalia*. Lego, *in aliâ*. Aut, quod mavelim, *mali*.

p.245.l.9. *salus reddita*) ms. *salus est reddita*.

l.15. *afflicta est millibus*) Egregiè auget ms. *afflicta est cladibus, totiens aliis tēporibus dilacerata, vexata est, & innumeris stragib. civium minor facta est millibus?*

pag.246.lin.32.*angulis*) Vitiosè ms.*angallis*.

p.247.l.16.*molē*) ms.*mòre*, quod non erat mutandum.

lin.21.*recuperata*) ms.*reciperata*.

Hæc erant quæ ad Arnobiū, pergo.

Ad Minutium.

Edit Basil anni CIↃ. IↃ.XLVI.

pag. 287. lin.25. *præcurrit*) ms. *præcucurrit*.

pag.289.l.18.*quantum potest undas irrotare*) ms. Benè.*q.p. super u.inrotare*.

l.23.*resiliret*) ms.*exsiliret*.

p.290.l.16. *repudiaris alterū, alterum comprobaris*) Malè ms. *τὸ* postremum *alterum* inducit.

lin.27.*audire*) ms.*audere*. Ita & ego divinaveram.

pag.291, lin.6.*scitari*) ms.*scrutare*. Scribo, *scrutari*.

l.7.*scrutari*) ms.*stuprari*. D.Scaliger *ruspari* conjiciebat.

ibid.*beati satis*) Nō malè auget ms.*& beati s*.

l.13. *Implicamus*) Benè ms. *implicemus*.

ibid.*principia*). ms.*principio*. Minus rectè.

l.20. *id*) Benè ms.*ut*.

l.27.*labuntibus*) ms.*labentibus*.

p.292.lin.23.*existimere quam cognosse*) ms. *æstimere quàm nosse*. Corrigo, *es timere q.n.*

p.293. l.1. *Phrygas Magnam matrem*) à ms^{to}. abest *τὸ magnam*.

l.12.*captis*) ms.*capti*. Vt ego cōjeceram scribendum.

lin.14.*etiam ignotis*) Benè auget ms. *dum etiam i.*

l.16.*regna meruerunt*) ms. *r. merunt*. Corrigo, *r. inierunt*. Nisi mavelis, *regnaverint*; quod sanè nihil habet acuminis.

pag.294.l.3.*offenso Iove*) ms. *offensio Iovis*. Corrigo, *Offenso Iovis*. Novè *offensum* Substantivè, ut loquuntur Grammatici, usurpavit, pro offensâ.

l.4. *Deciorum*) ms. *Decuriorum*. Ineptè.

l.18.*insignia*) ms. Benè, *insignibus*.

l.23.*violamus*) ms.*nolumus*.

pag.295.l.2.*Melius*) Ineptè ms. *Milesius*.

l.6. *Protagoram*) Ineptè itē ms. *Pythagoram*.

l.7. *profanè disputantē*) Vtiliter auget ms. *profanè de divinitate disputantem*.

l.8.*deriserint*) ms *deusserint*. Ita & ego conjeceram.

l.10.*inquinatæ*) ms.*inlicitæ*.

l.16.*publico*) Benè ms.*publicum*.

lin.21. *pavor & fallax spes solatio*

redi-

redivivo blanditur) ms. *pavorē f.s.solatia rediviva b.* Malè.
pag.296.l.9. *& hominem*) ms. *& qui b.*
l.11. *fabulatur*) ms. *fabulantur.*
l.23. *caluit*) ms. *carluit.* Mēdosè.
lin.24. *ebrietate*) ms. *ebrietatis.* Corrigo, *ebriatis.*
p.298.l.18. *etiam*) ms. *& hac.*
l.19. *addicitis*) ms. *dicitis.*
p.299.l.12. *querquero*) ms. *periculo.* Nec mutandum temere.
p.302.l.2. *refutari*) ms. *reputare.* Malè.
l.9. *lumine*) ms. *illumine.* Legendum ut monui, *flumine.*
lin.23. *probataque*) Benè ms. *probataque sint.*
p.303.l.6. *suscipere*) ms. *suspicere.* Quod & tibi antè visum.
p.307.l.14. *deum*) ms. *diem.* Scribo, *divûm.*
p.308.l.1. *& altior*) ms, *eò a.*
lin.8. *modus*) ms. *metus.* Quid si? *motus.*
l.10. *capiatur*) ms. *capitatur.* Vnde & *captatur* scribi posſit.
l.13. *Speusippum*) Mendosè ms. *Zeuxippus.*
p.309.l.12. *Aristo Chius*) Ineptè ms. *Aristonicus.*
l.17. *ipso nomine*) ms. *ipso suo nomine.*
p.310.l.4. *monstruosa miracula*) ms. *m. mira miracula.* Malè.
l.9. *quæ fieri*) ms. ineptè. *quia f.*
l.10. *similiter vero*) ms. *similiter ac verò.*
lin.13. *instantius*) ms. *in statuis.* Quomodo & ego corrigendum judicaveram.
lin.21. *Euhemerus*) ms. mendose, *erueret.*
l.24. *pro diis*) Benè ms. *prodigiis.*
pag.311.lin.4. *dispicis*) ms. Malè *de spicis.*
l.5. *aspersis*) ms. *adsparsis.* Scribendum *disparsis*, ut monui.
l.20. *tinnitus*) Mendosè ms. *mitus.*
ibid. *de Cybele Dyndimenâ*) ms. expungit *τὸ de.* Itaque inducor, ut scribam, *Cybelen Dyndimenam.*
pag.312.l.12. *ignita*) Corruptè ms. *ignata.*
l.14. *Octais*) ms. *henneis.* Ineptè.
l.18. *permirum quantum*) ms. *plurimum.* Tibi unâ voce, *plurimũ quantum*, scribendum me non nolente sedet.
l.25. *flevisse*) ms. Malè, *flevit.*
p.313.l.11. *cum homo ille voluit, & dedicavit*) ms. *illum:* Corrigo, *c.h. illum vovit e. d..*
lin.25. *vicatim*) ms. ineptè, *vicantes.* Putem natum id monstri ex posterioribus tribus syllabis vocis præcedentis.
pag.316.l.5. *cui testa*) ms. depravatè, *exta.*
p.318.l.13. *solistimũ*) ms. corruptè, *solenniſsimum:* Tripudii solistimi meminerunt Cicero, Festus, Macrobius, alii.
pa.319.l.26. *ex quâ manere in nos procupidinē amoris*) ms. *e.q. monet etiã nos p.a.* Fortè, *e.q. manet etiam in nos porrò cupido a.*
p.320.l.5. *sanis*) ms. *famis.* Vt & ego correxi.
p.321.lin.9. *Quantum autem vitium sit*) ms. *Quàm autem initum sit.* Lego ex divinatione tuâ,

tuâ. *Q.a.iniquum ſ.*

lin.24. *urgeremus*) ms. benè, *torqueremus.*

p.323.l.17.*invocant*) ms. *vocant.*

pag.324.lin.7.*audere*) ms. male, *audire.*

l.8.*adſtrangutos*) ms. *adſtrangulatos.*

l.13.*ei*) ms. Mendoſè, *&c.*

l.22.*ſervum*) Benè ms. *ſacrum.*

p.325.l.13. *promiſcuè*) Benè ms. *promiſcè.*

pag.327.l.27.*in ſolum*) Benè ms. *τὸ in* delet.

p.328.li.4.*quãdiu caſtè*) ms. auget, *quandiu enim eum c.* Malè.

l.19. *Fontium dulci aquâ mariſve nutriri*) Mendoſè ms. *F. dulcis a.m. nutrire.*

p.329.l.7.*detorquendam*) ms. *retorquendam.*

lin.9.*ſed mimi officio*) ms. *ſed mimico vitio.* quę tu Amice malè coalita dirimis legiſque, *mimi convitio*, ingenioſè & verè.

p.330.l.16. *Ætnæ montis & Veſuvii*) Ineptè ms. *hennai m. & Laſui.*

p.331.li.15. *tandem*) ms. *tamen*, quod veteres pro *Tandē* uſurpârunt. Vide Nonium de variâ ſignificatione verborum.

p.332.l. 15.*inſultat*) Ineptè ms. *inſtuleat.*

l.24.*dimitti*) ms. *diſmitti.*

p.333.l.2.*poſſit*) ms. Malè. *poſſe.*

l.9.*cum ſit ſomnio ſimilis*) ms. inculcat, *c. mors ſit ſ. ſ.* Benè.

l.10.*tam times*) ms. *& tam t.*

l.21.*furore*) ms. corruptè *furorē.* Lego, *furor, & turpitudo p.*

pag.334.lin.11.*aut ſentienti*) Benè ms. *aut non ſ.* ut & ego correxi.

li.13.*adoramus*) ms. *adornamus.* Ita ego quoque correxi.

l.16.*ſpe*) Malè ms. *ſpem.*

l.20. *Arceſilas*) ms. *Arceſilaus.*

pag.335.lin.4.*intenti*) ms. *intentos.* Quod tolerabile. tamē divinus Poëta dixit, *Conticuêre omnes, intentique ora tenebant*, Ad quem locum, ſi operę eſt, vide Servium.

lin.10.*revoluo*) ms. *evoluo.*

lin.11.*ad trãquillitatem*) ms. *eadem tranquillitate.* Inde nō inconcinnè facis, *eâ de tranquillitate, quâ v.*

l.13.*improbus*) ms. *improbe.* quod revocandum cenſes, totúmque hunc locum ita conſtituendum. *Ego Octavio meo plurimumquantum eâ de tranquillitate, quâ vivimus, ſed & mihi gratulor. nec exſpecto ſententiā: vicimus eia, ut improbè uſurpo victorivm! nam ut ille mei victor eſt; ita ego triumphator erroris.* Conferat & cum judicio cōſideret ſerius & eruditus Lector, qui æternùm mihi ſalveat; tu inprimis, amiciſsime Scriveri.

FINIS.

ADMONITIO.

Pag.108. Post Plauti locum adde. Prudentius *ἁμαρτιγ.* *Scelerum seges.*

Pag.111. Malè divulsus contextus meorum verborum, itaque cum istis, *si quis melius certius.* coniunge quæ paullò inferius collocata sunt. *Valde enim temerarium sit, nimis calidè in incertissimis hujusmodi rebus, & à scientiâ communi remotissimis, certi quippiam velle constituere, aut decernere.*

LVGDVNI BATAVORVM

Excudebat Ioannes Balduini.

Anno cIↃ. IↃ. XCIX.

Mense Iulio.

IOANNIS MEVRSI
EXERCITATIONVM CRITICARVM
Partes II.

Quarum Prima
Curarum Plautinarum
Commentarium.

Secunda
Animadverſionum Miſcellarum libros quatuor
complectitur.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officinâ Ludovici Elzevirii.
ANNO CIↃ. IↃ. XCIX.

Nobiliss. & Ampliss. Viro,

IACOBO AVGVSTO THVANO, CHRISTIANISS. Galliarum Regis Consiliario, & Regni Curiæ Præsidi,

IOANNES MEVRSIVS S. D.

NOn temerè illud à Cicerone dictum, Vir Ampliss. *Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriâ.* Gloria enim est, quam unam sibi laborũ mercedẽ animus ingenuus desiderat. Gloria est, quæ efficit ut post mortem vivamus, id est, ut nunquam moriamur. Meritò itaque ad eam iter affectant, quicunque sunt τȣ ἀμείνονος πηλȣ. Et tamen aliter sentiunt tenebriones isti, quorum degeneres animi nobile nihil spirant, aut præclarũ. Certè sic statuendũ, quantò quis gloriæ cupidior, tantò majorem in eo bonæ mentis esse scintillam. Contenditur autem ad eam viâ duplici; aut virtute bellicâ, aut doctrinâ. Sed ea quæ doctrinâ acquiritur, & præstantior multò, & vivacior existit. Prȩstãtior quidem, quia ingenii magnitudine parta,

cum illa virium: quia propriâ virtute, cum illa alienis militum auxiliis; & nisi Fortuna faveat atque Eventus, frustrà quæritur: postremò, quia placidè & tranquillè, cum illa per vim, & sanguinem humanum. Iam & vivaciorē dixi, meritò: vivunt enim docti semper, legūtur eorum scripta, laudantur, in sinu tenentur; illorum gloria omnis, statim à funere collabitur, nisi aliquem gestorum suorum præconem nanciscantur. Hoc ipsum Alexander ille verè Magnus scivit, qui immortalem gloriam magno animo spirans, cum in Sigéum ad tumulum Achillis fortissimi Græcorū venisset, felicem eum dicere, quod Homericis carminibus celebratus esset, non dubitavit. Quod cum ita sit, utram quis viam tamen ad gloriam insistat, laudem meretur præclaram. Hâc tamen fini, ut & eum sibi ob oculos habeat, qui fons & scatebra illius. Quod quotusquisque hodiè facit? dolendum profectò in tantâ claritate lucis divinæ. Iusta illa Plinii querela. *Multi famam, conscientiam pauci verentur*. Dum enim in id incumbunt, ut caducam hanc & follicularem vitam in honoribus transeant, æternam illam gloriam non sectantur, quia actiones & studia sua ad ejus hono-

honorem non referunt, à quo acceperunt ut ſublimiùs cęteris ſaperent, à quo ad aliquod faſtigium evecti. Et quamvis quidem probè vitam inſtituant, malè tamen vivunt, quia non in Dei gloriam: Præterea nimis multi beneficiorum divinorum memoriam ex animo delent ingrati, tanquam ſuâ virtute quidquid habent comparaſſent; & omne id quod in ſe laudabile judicant, non Deo imputant, ſed ſibi: debebant tamē in Deo potius gloriari, (cum nihil habeant ſecundùm Apoſtoli dictum, quod non ab ipſo,) in eoque ſe ipſos amare. Optimé autem ſe amant, cum ejus dona in ſe: nam & Deus hoc ipſum amat in illis, quod à benignâ ſuâ manu habent. Horum itaque mens, quoniam glorię quàm virtutum avidior, famę quàm conſcientiæ diligentior, in cupiditatibus planè effręnis eſt, in honoribus cæca & tumida, ideóque graviſſimam in ſe & juſtiſſimam Dei Opt. Max. iram provocant. Tu, Vir Ampliſſime, longè ab hoc hominum genere divertis, Deumque & Pietatem ſeriò colis: os tibi non ſublino, non novi aulicorum artes, teſtantur id abundè Sacra Poëmata tua, quæ dono à te nuper nihil tale expectanti miſſa, ut debui, grata habui, &

gratias ago quod dignum existimaveris cui ea donares. Accipe vicissim, quas ἀντιδώρου δίκην tibi paravi, Plautinas has meas Curas, amoris erga te observantiæque publicum testimonium. Censeo autẽ nominis tui splendorem autoritatemque apud probos eruditosque gratiam mihi haud mediocrem conciliaturum; inuidos verò & malevolos, quorum nimis ferax hoc ævum, compressurum. Vale. V. N. & me porrò favore tuo complectere. Lugd. Batavorum XIV. KL. April. cIɔ. Iɔ. XCIX.

AD

AD LECTOREM.

PLauti editionem, Lector benivole, jam multi ſunt anni cùm viri ſummi promiſerint, qui tamẽ mutato conſilio omnium exſpectationem hactenus ſuſpenſam tenuerunt. Movit me ea res ad aliquid elucubrandum, quo principem Comicũ, cujus lectione maximè afficiebar, pro viribus juvarem: nec paſſus ſum, quantum in me, hanc ei operam ulterius deberi. Quâ quidem iiſdem, quos laudavi, viris ſummis, ſi quando huc ſe gravioribus ſtudiis intermiſſis demittere volent, laudem nondum eripuiſſe non invitus fateor; uti neç aliis quibuſuis, qui poſt me eandem ſibi Spartam exornandam ſument. Alius alio plura invenire poteſt, nemo omnia. *ait Auſonius. Idem verè de hoc Plauto dixero. Ut itaque ratio tibi emendationum mearum conſtet. Contuli poſtremam Douſæ editionem cum veteribus quatuor, Taruiſinâ anni* CIↃ. CCCC. LXXXII. *Pariſienſi* CIↃ. IↃ. XIII. *Venetâ* CIↃ. IↃ. XVIII. *& Baſileenſi* CIↃ. IↃ. XXXVI. *Quarum Taruiſinam & Venetam Paullus Merula vir moribus ad humanitatẽ effictis benignè, hanc ex ſuâ, illam ex Academia noſtra, cui præfectus eſt, bibliothecâ utendas dedit, ſed ſeriùs: ad Mercatorem enim abſolveram, itaque videbis in ſequentibus tantum Comœdiis citari. Nec enim libebat mihi nauſeabundo moleſtum illum & tædioſum denuò præcedentia omnia conferendi laborem aggredi, maximè cum ex poſtremis animadverterem, nihil ferè in illis eſſe quod non in Baſil. reperirem. Hoc nolui te celare Lector. Porrò quod ad Curas has meas attinet, erui*

editio-

editionum istarum veterum ductu non pauca Latio antiquitus usitata, hodiéque obsoleta, quæ tamen lectu non injucunda fore spero viris doctis, qui his adolescẽtiæ meæ studiis favent. Nugas fortasse aliquis dicet Grammaticas, fero; nec quicquam respondeo, nisi, ita ineptiendum fuisse Plauti causâ: item illud, Sapientis esse desipere in loco. *Sed ob hoc culpandus videbor, quod tam audacter viros magnos harum ineptiarum judices ceperim, & sanè, fateor, non injuriâ: verùm veniæ mihi benigna spes in summâ eorum humanitate tantopere prædicatâ. Quàm feliciter verò hîc fuerim, non ego possum aut debeo pronuntiare. Hoc autem liberè, & sine pudoris periculo possum, saltem conatum meum laudem mereri, si non operam. Sic Phaëthon temerarius etiam laudatur à poëtâ, quod etsi currum non tenuerit, magnis tamen exciderit ausis. Ardua enim via quam ingressus sum, etsi habuerim qui olim iter mihi strauerint nõ segniter, Camerarium, Lambinum, Gulielmium, Dousam utrumque, quos profectò fatendum non frustrà heic laborasse. Et quo illi omnes in re literariâ majores, ingenioque præclariore, eò mihi novi quidpiam invenire difficilius fuit. Collegi tamen hoc qualecunque Spicilegium, quod benivole Lector publico dare animum induxi. Si placebit, benè habet: nihil ultrà expeto. Vale, &, quisquis es,*

ÆTERNITATEM COGITA.

Ioannis Meursi
EXERCITATIONVM CRITICARVM
Pars Prima.

In quâ

CVRARVM
Plautinarum Commentarius.

IOSEPHO SCALIGERO,
Heroi incomparabili, ac eruditorum nostræ ætatis facilè principi,
IOANNES MEVRSIVS S. D.

VT Plautinis his, Vir maxime, interpellare te auderem animo meo obsequens, & studio in te singulari, eruditio tua eximia, quam omnes admirantur, effecit. Ignosces, spero, audaciæ meæ: cui si veniam non dabis, at certè ipsi tuæ, quam dixi modò, eruditioni; quæ ita me fascinavit, ut planè mei immemor, verecundia omni deposita frontem perfricuerim. Sine dolo dicam. Plurimùm te, quâ sum erga viros magnos observantiâ, colo: nec hoc ipse tute ignoras. Sed & tu vicissim me amas ἴσῳ ζυγῷ, *ut ait Theocritus: quod sæpe ostendisti, maximè in nupero meo morbo, gravi & diuturno, omnia mihi officia, quæ ab amico exspectari debeant, prolixè offerens. Atque ea re effecisti, ut moriar & vivam ingratus, quod aiebat ille. Hactenus de me. Iam de Plauto, ad cuius Amphitruonem, quæ videor observasse, cum libebit inspicies. Quæ theta nigrum merebuntur jugulabis, & in Criticam istâ spongiam indues, quomodo Aiaci suo olim fecit Augustus. Honorificum autem erit à tuâ manu hoc pati, idque solabitur multùm. Sic hostem suum affatur heros magnanimus,*

Æneæ magni dextrâ cadis. ———

IOANNIS MEVRSI
PLAVTINARVM CVRARVM
Commentarius,

Ad AMPHITRVONEM.

Cap. I.

Peregri. Appropare. Nannium Prosce-nium. Apollodorus correctus.

FAvete Musæ, Plauto operam dabo, immò vobis; modò ejus vos verbis usuras, si Latinè loqui velletis, rectè olim judicatū. Ordiar à comœdiâ principe, quam gratam negare nō audebitis, vel ob Iovem patrem, qui ejus scribendæ causa fuit: vel ob Herculem cōsanguineum, cujus in eâ incunabula celebrantur. In secundo Argumento

——— Blepharo captus arbiter,
Uter sit non quit Amphitruo decernere.

Fortè hæc recta sunt, mihi tamen in mentem veniebat aptiùs ita constitui.

Uter sit Amphitruo non quit decernere.

Act. I. Sc. I.

Et ut res rationesq; vostrorum omnium
Benè expedire voltis peregreq; & domi.

Vet.cod. *Peregriq; & domi.* Sanè *Peregri* magis antiquitatem sapit, eoque nomine Plauto longè dignius: & ita alibi hic idem non infrequenter effert. Huc pertinet quod Charisius lib. II. *Peregri* in loco, *Peregrè* ad locum significare docet.

Nam vos quidem id jam scitis concessum & datũ
Mi esse ab diis aliis nuntiis præsim & lucro.
Hæc ut me vultis approbare, annitier,
Lucrum ut perenne vobis semper suppetat:
Ita huic facietis fabulæ silentium.

Tertio versu ἀρχαϊσμὸς excidit, nam aut ego sententiam non capio, aut scripsit Comicus, *me vultis appropare*, pro *Approperare*. Nam veteres dicebant *Propo, Propero. Lambo, Lambero. Blato, Blatero.* Porrò efferebant primâ & tertiâ conjugatione, ut *Lavare, Lavere. Tonare, Tonere. Boare, Boere. Sonare, Sonere.* & talia. Iam verò *Appropare nuntium lætum & lucrum* dictum est, quomodo *Approperare malum*, sive *damnum*, alibi in his Fabulis. Sanè quid sit *Approbare alicui nuntium, aut lucrum*, nemo, opinor, me docebit. Verum est quod aio. Omnis mendi origo ab archaismo non animadverso.

Nam quid ego memorem, ut aliâs in tragœdiis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quæ bona
Vobis fecissent? quis benefactis meus pater,
Deûm regnator, architectus omnibus?

Non placet hæc dispunctio: magis ista quam in veteri codice meo invenio.

Nam quid ego memorem (ut alios in tragœdiis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quæ bona

Vobis

Vobis fecissent) quis benefactis m.p.

Nihil pote rectius.

Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Jovem invocârunt, venit. auxilio iis fuit.

Furcillanda hæc lectio, & de fundo Plautino, quem hactenus jure pessimo possedit, deturbanda. In vet. cod. erat.

Etiam histriones nannio in proscenio hic
Jovem invocârunt, venit.

Quantò melius! Νάνιον, sive νάννιον (utroque enim modo efferebant, sicut Νάνος, νάννος) meretrix fuit quæ προσκήνιον cognominabatur quod splendidis se vestimentis ornaret. Athenæus lib. XIII. Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν, προσκήνιόν φησιν ἐπεκαλεῖτο ἡ Νάννιον. ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχεν, καὶ ἐχρῆτο ἱματίοις πολυτελέσι, ἐνδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη. Suidas. Ἀντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, τὴν Νάννιόν φησι προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι, διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι. Quæ totidem verbis habes apud Harpocrationem. Comicus noster eleganti conversione, & festivâ, proscenio Nannium tanquam cognomen adjungit, cum prius Nannio proscenium esset cognominis vicem.

Qui cum Alcumena est nupta Electri filia.

Etiam heic mendum latet, quod nemo in hunc diẽ acerrimorum tot Criticorum animadvertit, nedum correxit: atque verum me dicere sine ullo negotio præstabo: Quî enim hæc possunt sincera esse, cum Electryon fuerit nomen patris Alcmenę, non Electrus, quod pręfert hæc lectio? Hesiodus ἀσπίδι.

Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Apollodorus βιβλιοθήκης lib. II. Ἠλεκτρύων δὲ γή-

μας τὴν Ἀλκαίου θυγατέρα Ἀναξὼ, ἐγέννησε θυγατέρας μὲν Ἀλκμήνην, παῖδας δὲ Στρατοβάτην, Γοργοφόνον, Φιλονόμον, Κελαινέα, Ἀμφίμαχον, Λυσίνομον, Χειρίμαχον, Ἀνάκτορα, Ἀρχέλαον. ubi legendũ, ἐγέννησε θυγατέρα μὲν, nõ θυγατέρας. Et ſanè multos alios nõ aliter nominare videbimus. Reſcribo ergo, levi mutatione.

Qui cum Alcumena eſt nupta Electri filia.

Eſt verò μεταπλασμὸς ἠλέκτριος, pro ἠλεκτρύων. Ita Ἀστέριος pro Ἀστερίων apud Lycophronem. Δάμαρτα κρήτης ἀστερίῳ στρατηλάτῃ. Ipſe hic Comicus noſter Moſtellariâ Tranium vocat ſervum Tranionem.

Sed Philolachetis eccum ſervum Tranium.

Quàm liber harum rerum multarum ſiet.

Quantuſq; amator ſiet, quod complacitũ eſt ſemel.

Non duditem preferre lectionem V. C.

Quantuſq; amator, quòm quid c. e. ſ.

Deinde.

Et Soſia ſervos cujus, ego hanc fero imaginem;

Vet. cod. magis antiquè. *quovis ego.* Et ſic ſemper, quod ſemel heic in initio monitum volui.

Cap. II.

Tortus. Tortulus. Pacuvius, Cato, Columella, & Varro emaculati. *Tutuli.* Ὄφεις. Martianus illuſtratus. *Ferit.* Athenienſes cicadas in capite geſtare ſoliti.

Ait Mercurius ſub exodium prologi ſui.

Ego has habeo hic uſque in petaſo pinnulas.

Tum meo patri autem torulus inerit aureus

Sub petaſo, id ſignum Amphitruoni non erit.

Cor-

Correxerim. *tortulus inerit aureus*. Nam est ὑποκορισικὸν τοῦ *Tortus*, à torquendo. Pacuvius Duloreste.

Nam te in tenebris sæpè macerabo fame
Clausum, & fatigans artus torto distraham.

Ita legendum, non *lacerabo*. Cato de Re Rust. cap. cxxxv. *Funem exordiri oportet longum pedes* LXXII. *toros* III. *habeat lora in toros singulos* IX. *lata digitos* II. Rescribo. *tortos* III. *h. l. in tortos singulos.* &c. Subdit enim. *Cum tortus erit longus pedes* XLVI. *in commissurâ abibunt pedes* III. Ergo *Torti* erant loca contorta, qui multiplicati & coagmentati *Funes* dicebātur. Idem error apud Columellam commissus lib. v. cap. vI. *Plenioribus ramis plures palmites alius ab alio separati imponantur, gracilioribus pauciores, vitisq; novella tribus toris ad arborem religetur.* Posteà. *Torum imum imponi tum oportet, cum vires viti adimit.* Scribo. *tribus tortis*. Deinde. *Tortum imum.* Varro quoque corruptus lib. IV. *Torale quod antè Torum: & Torus à toruo, quod is in promptu: ab hâc similitudine Toruinus in mulieris capite ornatus.* Legendum eodem modo. *Torus à torto.* Posteàq, *ab hâc similitudine Tortulus in m. c. o.* Nam veteres editiones habent *Torulus*, non *Toruinus*. Nolim autem voci Græcam etymologiam quærere, cũ Latinam habeamus. Dicit verò. *Torus à torto*, quia olim lecti funibus subtēti, quod notum. Porro quē *Tortulum* heic Varro, alibi *Tutulum* nominat lib. vI. *Matresfamilias crines convolutos ad verticem capitis quos habebant velatos* (rectè *elatos* emendavit divinus Scaliger) *dicũt Tutulos*. Atque *Tutulus* omninò diminutivè à *Tutus*, ut suadet ἀναλογία, etsi nō usitatum alicubi reperiamus: & nos Belgæ voce in-

de detortâ Cuten appellitamus, Græci ὄφιας, quod ſerpentum modo in ſpiram eſſent convoluti. Hinc Martianum Capellam explico, qui lib. 11. Græciſſans ſuo more *Dracones* vocat. *Hoc in eâ perhibetur intuita, quod admodum pulcra, tamen antias draconibus circumflexa, crebroque capillitio vulſâ, ambifariumque Nital ſecum congreſſa mitificat.* Videmus muliebrem iſtum morem etiam apud Apuleium Mileſ. 11. *Uberes enim crines leniter emiſſos, & cervice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimq́; ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos in ſummum verticem nodus adſtruxerat.* Et tantum ſanè invaleſcente luxuriâ circà hanc ſtructuram fuit ſtudium, ut ſi non haberent ſatis ſpiſſam crinium ſobolem, aliundè anxiè anquirerent. Hoc eſt quod ait Hieronymus in epiſtolâ quâdam ad Demetriadem. *Quando eras in ſeculo, ea quæ erãt ſeculi diligebas, polire faciem purpuriſſo, & ceruſſâ ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem ſtruere.* Sed vagor, itaque reprimo errantem hunc calamum. Redeo ad Plautum. Ad tortulum aureum Amphitruonis quod attinet, vult dicere eum Athenienſium more (& hæc Athenis fieri finguntur) capillum habere congeſtum in conum, & τετλιγοφοροῦντα, atque inde dignoſci ab Amphitruone debere, qui cum Thebanus eſſet, alio capitis ornatu incedebat. Athenienſes autem, ut ſe αὐτόχθονας eſſe declararent, cicadas crinium tortulis innectebant. Virgilius in Ciri.

Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu
Mopſopio, tereti nectebat dente cicadæ.

Ælianus ποικ. ἱςορ. lib. IV. cap. XXII. Ariſtophanis

Schol.

Schol. Nubibus. Philostratus major εἰκόνων lib. II. Thucydides ξυγγραφῆς α. & alii plurimi.

Adest: ferit operaprecium hic spectantibus.

Rectè acutissimus Palmerius *Adeste* reponit, ut monet Dousa: sed *Ferit* non est mutandum, quia est ἀρχαϊσμὸς pro *Fuerit*. Talia *Attinero, Volero. Monero*, & alia.

Cap. III.

Plautini versus Prisciani ope restituti. Priscianus leviter emaculatus. *Lucu.* Mercator, & Cistellaria correctę. *Templum* antiquè. *Extemplò. Minora templa.* Varro reprehensus.

ACt. I. Sc. I. Sosia audaciam suam & confidentiam jactans, ait,

Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerem compegerint?

Sed elegantius, si transponamus leviter voces duas hunc ad modum.

Quid faciam, si nunc tres viri, &c.

Atque, quod conjecturam nostram stabilit, ita citat Priscianus libro de versibus Comicis.

——— *ita*

Peregrè adveniens hospitio publicitùs accipiar.

Hæc heri immodestia coëgit, me qui hoc

Noctis à portu ingratis excitavit.

In vet. lib. aliter constituti hi versus, & sanè rectissimè.

Ita peregrè adveniens

Hospitio publicitus accipiar,

Hæc heri immodestia coëgit me,

Qui hoc noctis à portu

Ingratis excitavit.

Priſcianus confirmat loco citato. *Vtitur tamẽ*(Plautus) *in hâc ipſâ ſcenâ dimetris brachycatalecticis, id eſt, à tribus ſimplicibus pedibus, ut,*

Ita peregrè adveniens.

Et ſimiliter.

Qui hoc noctis à portu.

Vel dimetris catalecticis, id eſt, quibus una deeſt ſyllaba, ut

Ingratis excitavit.

Vel dimetris hypercatalecticis, id eſt, quibus una abundat ſyllaba, ut in eodem (ſcribo, *eâdem*, nam ad ſcenam referendum.)

Hoſpitio publicitus accipiar.

Hinc, & multis aliis indiciis codicis mei, quo utor, bonitas cognoſcetur. Sequitur.

Nonne idem hoc luci me mittere potuit?

Scribo, ut erat in v. c. *hoc lucu.* Nam veteres *Lucu* etiã dicebant, ut *Noctu*. Sic Mercatore Act. II. Sc. I.

Ad portum hinc abii manè cum luci ſimul.

Iterum vet. cod. *cum lucu ſimul.*

Item Ciſtellariâ. Act. II. Sc. I.

Poſteà autem cum luci primo cras niſi ambo occidero.

Vet. cod. *cum lucu primo.* Elegans ſanè ἀρχαϊσμὸς, quem invenias quoque apud Terentium Adelph. Act. V. Sc. III.

— DE. *ſcilicet, ita tempus fert,*

Faciundum eſt: cæterum rus cras cum filio

Cum primo lucu. ———

Conqueritur porrò Soſia.

Opulen-

Opulento homini hoc magis servitus dura.

Vet.cod. τὸ *magis* non agnoſcit, & puto rectè: Mavult Plautus aliique innumeri ita conciſè loqui. Scioli cũ ſubaudiri intelligerent, nec phraſeos elegantiam caperent temerè infarſerunt.

Hoc magis miſer eſt divitis ſervos.
Noctesq́ dies q́ aſſiduo ſatis ſuperq́ eſt
Quo facto aut dicto adeſt opus, quietus ne ſis:
Ipſe dominus dives operis, & laboris expers,
Quodcunque homini accidit, libere poſſe retur.

Pergit Soſia cõqueri de iniquitate divitum, qui ſervis pluſquam par eſt imponunt operis: ſed quartus verſus in vet.cod. ita legitur.

Ipſe, dives operis, & laboris expers.

Extritâ voce ſecundâ, quod magis placet, quippe quod plus habeat contemptus & bilis adverſus dominum.

Qui multa Thebano populo acerba objecerunt funera,
Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum eſt.

Melius omninò vet.cod.

Quod multa Thebano populo acerba objecit f.

Nam ad ſequens carmen referri debet, non ad præcedens.

——— *ſe exercitum extemplò domum*
Reducturum. ———

Quid *Extemplò* ſit video diſſertari à viris doctis. Varro lib.VI.de L.L. explicat *Continuò, quod omne templum debet eſſe circumſeptum, nec plus quàm unũ introitum habere.* In quâ etymologiâ non leviter ille Romanorũ doctiſſimus hallucinatus eſt. Illuſtriſſimus

mus vir Iosephus Scaliger putat esse sacrorum verbum, sacrificioque peracto à præcone pronuntiatum, quo significabatur ut exirent ex templo: quod quia citò fiebat, inde pro citò & properè sumi cœptum fuisse. Laudanda est conjectura, non tamen sequendam arbitror: nam aliud nihil est quam *Ilico* ad verbum, quod *E loco* Grammatici interpretantur, *Templum* enim antiqui accipiebant pro loco patulo & conspicuo, vel ex quo in omnes partes circumspici posset. Clarè ecce in schedis Festi. *Cōtemplari dictum est à templo, id est, loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui* TEMPLVM *nominabant.* Ergo nos verum etymon eruimus. Porrò quod ait Varro, *Omne templum debet esse circumseptum, nec plusquàm unum introitum habere*: Vereor ut parum ei memoria cōstiterit, nam tantum erant ea templa, quæ *Minora* dicebantur. Festus. *Minora templa fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita.* Ad quem locum vide Scaligerum.

—— magnanimi viri freti virtute & viribus
Superbè nimis, ferociter legatos nostros increpant.

Etsi non temerè rejicienda hæc dispunctio, nō contemnenda tamen quæ in vet. cod.

—— freti virtute, & viribus
Superbi, nimis ferociter l. n. i.

Cap.

Cap. IV.

Plauti locus hactenus luxatus insigniter in integrum restitutus. *Gerare, Fodare, Vellare, ἀρχαϊκῶς. Pterelas.*

VAldè ego judicii fallor, aut totus iste locus miserè luxatus.

——— ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: cadunt volneris vi & virium.
Denique ut voluimus nostra superat manus,
Vicimus vi feroces.
Crebri hostes cadunt, nostri contrà ingruunt.
Sed fugam in se tamen nemo convortitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat,
Animam amittunt prius quam loco demigrent:
Quisque uti steterat, jacet, obtinetque ordinem.
Hoo ubi Amphitruo herus conspicatus est meus,
Illicò equites jubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dexterâ maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri
Fœdant & proterunt hostium copias jure injustas.

Vet. cod. in secundo versu *cadunt* nõ habebat. Sed, ut dixi, locus distortus, atque ita statuo restitui in pristinum debere nitorem.

——— ex spiratu atque anhelitu
Nebula constat: volneris vi & virium
Crebri hostes cadunt, nostri contrà ingruunt.
Sed fugam in se nemo tamen convortitur.
Nec recedit loco, quin statim rem gerat.
Animam amittunt, priusquam loco demigrent:
Quisque ubi steterat, jacet, obtinetque ordinem.

Hoo

Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est,
Illicò equites jubet dexterà inducere.
Equites parent citi: ab dexterà maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri
Fœdant & proterunt hostium copias
Jure invisas.
Denique, ut voluimus, nostra superat manus;
Vicimus vi feroces.

Hanc veram hujus loci lectionem pronuntiare vix est ut dubitem, considera attentè serie Lector. Monendum autem quinto versu τὸ *Gerat* esse ἀρχαϊκὸν pro *Gerit*. Dicebant enim veteres *Gerare*, & *Gerere*, unde *Aggerare*, & *Exaggerare* decompositum. Sic *Fodare* & *Fodere*, ut notat Festus; quin etiam *Vellare* ad eandem faciem pro *Vellere* extulisse satis argüit frequentativum *Vellicare*. In octavo τὸ *Meus* omisi ex authoritate vet. cod. ne in temeritatis me crimen induam. Deinde ex *jure injustas* pauxillâ mutatione solâ de conjecturà feci *jure invisas*: Segregavi verò à superiore regula cui adhæserat, & collocavi, ut sit versus monometer, præeunte vet. codice. Porrò quartus versus ita constitui debet. *Sed in fugam se nemo* Nam *Convortitur* pro *Convortit* ἀρχαϊσμὸς est, quales plures est videre apud Nonium de contrariis verborum generibus.

Post ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est,
Qui Pterela potitare rex solitus est. —

Aut heic ἀποκοπὴ est, pro *Pterelaus*, aut legendum *Qui Pterelas*: Dicebant enim Pterelaus Pterelas, sicut Arcesilaus, Arcesilas. Et sic infrà bis térve rescribendum.

Neque

Neque se Luna quoquam mutat, atque uti exorta est semel.

In vet. cod. aliter erat. *quoquam motat, statque uti e.* Nec dubitem præferre.

Cap. V.

Pugno legere. Davi persona in Comœdia quod vulpes in Fabulis Æsopi. *Hirnea. Irnella. Credebet. Simil. Debil. Famil. Subtil. Collus. Proh fidem.*

Eâdem Sc.

SO. *Ibo ut herus quod imperavit Alcumenæ nuntiē.*
Sed quis est hic homo, quem ante ædis video hoc noctis? non placet.

ME. *Nullus est hoc meticulosus æquè.* SO. *Quom in mentem venit.*
Illic hoc homo denuò volt pallium detexere.

Non potest, quin corrupta hæc sint; quis enim, obsecro, sensum mihi commodum expediet? Dispungo, & lego.

Sed quis hic est homo? quem ante ædis video hoc noctis? non placet.

ME. *Nullus est hoc meticulosus æquè.* SO. *Quem? in m. v.*

Quem? supple, *video hoc noctis ante ædeis.* Nam referendum ad priora verba, quę, cum Mercurius intersupisset, eo modo resumit. Et est hæc emendatio à vetere codice meo.

Aliâ formâ esse oportet, quem tu pugno legeris.

In vet. cod. erat *Pugno læseris*, sed male: *Pugno legere* eleganter herclè dictum, cui respondet nostrum idioma.

idioma. Met een vuyst beleſen.

Mirum niſi hic me quaſi muranā exoſſare cogitat,
Ultrò iſtinc qui exoſſat homines. ———

Malè viri docti hanc vocem ſubſtituerunt, pro *iſtic*, quòd valet, *iſtoc modo*. Ita alibi uſurpat, ut & Apuleius. Eſt autem Græciſmus, οὕτως.

ME. *Auferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero.*
SO. *Quin med huius eſſe familiæ familiarē prædico.*

Sic lego. *Quin' med h.e.f.f. prædico?* Multo hæc jam efferuntur elegantius, quod unum efficit addita ἀποςρόφου nota, quæ malè erat abjecta.

Soſiam vocant Thebani Davo prognatum patre.

Rectè habet hæc; ſed monendum duxi Davi perſonā in Comœdiâ nihil aliud eſſe, quàm quod vulpes in Æſopi Fabulis. Philoſtratus libro εἰκόνων, lēmate Μῦθοι. Κορυφαία δὲ τοῦ χοροῦ ἡ ἀλώπηξ γέγραπται. Χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ. Sed hoc quod ſubdā, propritim ad Plautum ſpectabit.

ME. *Amphitryonis te eſſe ajebas Soſiam.* SO. *peccaveram,*
Nam Amphitryonis ſociennum me eſſe volui dicere.

Etſi non ignorem *Sociennus* caſcam eſſe vocem, nec indignam noſtro hoc, an tamen eâ heic uſus fuerit vehementer dubito. Lego ex vet. codice.

Nam Amphitruonis ſocium na med eſſe v. d.

Manifeſtò captavit παρήχησιν, quę minus pulcra eſt, ſi *ſociennum* legamus, pulcherrima autem, ſi ſequamur meum codicem; quod ipſum facere nulla mihi hoc in loco religio: & facilè ſpero me doctorum virorum puncta laturum. Eſt præterea ἐπανόρθωσις.

Quum

Quum enim Amphitruonis se esse Sosiam dixisset satis confidenter, resumit peccasse profitens, & voluisse dicere, Amphitruonis se esse socium. Nihil verius, meliusque. Atque hæc venustas omnis perit, si *sociennum* retineamus.

ME. *Dicito quidvis, nõ nocebo.* SO. *tua fidei credo?*
ME. *mea?*

Vet.cod. *tuâ fidei credon'?* Quod magis Plautinum.

Cadus erat vini, inde implevi cirneam. —

Ita ex Nonio reposuit Lambinus, sed aliæ editiones habent, *implevi hirneam*: quod rectum est. Cato cap.lxxxi. *Indito in hirneam fictilẽ, eam demittito in aulam ahenam aqua calida plenam. ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito.* Hinc *Irnella* ὑποκοριστικὸν apud Festum. *Irnella, vasis genus in sacris.* Nam quod à Græcâ voce patrocinium quærunt, desinant obsecro: nec tanta Nonii est authoritas, ut eã heic sequi propterea debeamus.

At ego per Mercurium juro tibi Iovẽ non credere,
Nam injurato, scio, plus credit mihi, quã jurato tibi.

In vet.cod. erat, *plus crederet mihi*. Facile verã Plauti lectionem eruere.

Nam injurato, scio, plus credebet mihi, q.i.t.

Pro *Credebit*. Et est duplex ἀρχαϊσμὸς. Sic *Reddebo* & *Addebo* alibi dicit, ut Nævius *Dicebo, Fidebo*, quod suo loco monebimus. Pergit Mercurium sibi mirabundus Sosia comparare.

Quemadmodum ego sæpè in speculum inspexi, nimis similis est mei.
Itidem habet petasum, ac vestitum, tam consimili'st atque ego.

Ita correxit Lambinus, cum prius esset *simil est*. item

consimil est:quod ego utrumque retineo. Geminus locus posteà. Sanè casci illi non aliter efferebant; sic *Debil* apud Ennium: *Famil* sive *Famel* apud Festum:*Subtil* pro *Subtilis* apud Priscianum : sic *Mugil*, *Mugilis*. *Strigil*, *Strigilis*, recto casu. Et alia ejusmodi.

Mala, mentum, barba, collum. —

Scribo, *barba*, *collus*. idq; ex authoritate Nonii Marcelli. Talia multa masculino & neutro genere indifferenter usurpabant. Illud autem monére me penè fugerat, ubi suprà legitur, *Proh fidi Thebani cives*, in veteri codice erat. *Proh fidem Thebani cives*. Quod purum putum Plautinum. Idem est ac si dixisset, Obsecro vestram fidem cives Thebani. Nemo tam fungus qui audeat reprobare.

Cap. VI.

Suscipio, *Conspicio*, pro verbalibus posita. *Nequiter expedivit*. Plauti lectio vindicata. *Cul. Facul. Simul. Procul*. Nonius à Lambini impugnatione defensus. *Dispare*.

Sc. *Bene prosperéque*.
Uno ut labore absolvat ærumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina ut celetur suspicio.

Mendi suspectũ hunc locum habitum à Lambino video, & non injuriâ: dum tamen *susceptio* reponit, non emendat, nam hoc nimis à vulgatę lectionis vestigiis abit. Ego dubium nõ habeo, quin ἀρχαϊσμὸς elegans exciderit, legendúmque sit transpositis literis, *ut celetur suscipio*. Est aut *Suscipio* ἀρχαικὸν, pro

pro verbali *Susceptio*. Eâdem facie *Conspicio* in solennibus verbis quibus templum finiebatur, *Conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissimè sensi*. Habes apud Varronem lib. VI. sed emendata ab incomparabili viro Ios. Scaligero. Spero viros eruditos hanc meam conjecturam non difficulter admissuros.

Sc. *Benè vale Alcmena.*

Nequiter penè expetivit prima parasitatio.

Hæc lectio à Lambino est, & temerè nimis in textũ recepta. Anteà erat, *Nequiter penè expedivit p p.* Ita signatè vet. cod. *Nequiter expedivit* nõ aliud est, quã si dixisset, parum utilis fuit prima parasitatio. Talia sunt, *Malè sanus. Malè suadus.* Paullò ante.

Prius abis quam lectus ubi cubuisti caluit locus.

Affirmo Plautum scribsisse, *Ubi concubuisti concaluit.* Priscianus lib. VI. *Excipitur hic lectus, ἡ κλίνη, quum tamen etiã hujus lectus antiquissimi protulerũt. Cornificius in primo de Canis deorum. Ipsis verò Cereris epulis memoriæ novandæ gratiâ lectus sternuntur. Plautus in Amphitruone. Quam lectus ubi concubuisti concaluit locus.* Et vet. cod. *concaluit* præferebat.

IV. *Ecastor condignum donum, quali'st qui donum dedit.*

ME. *Immò sic condignũ quali'st, quoi dono datu'st.*

Scribo utrobique *cul est, non quali' st.* quod Plautinum esse nunquam credam, etsi Lambinus impugnet malo jure Nonium. *Cul* veteres dicebant pro *Quale*, κατ' ἀποκοπήν: ita *Simul, Facul, Procul*, pro *Simile, Facile, Procile.* quæ posteà adverbialiter sumi cœperunt. Dico verò *Procul* pro *Procile*: novè quidem, & audacter, ut quibusdam videbitur, verè

 tamen.

tamen. nam efferebant primò *Proculus Procilus*, quemadmodum *Optimus, Optumus*: deinde *Proculus Procilis*, ficut multa ea facie: accipiebaturque ea vox pro remoto & longinquo propriè, quamvis Festum & Glossographum diversam notionem tradere non sim nescius. Hæc ἐν παρέργῳ Nonii gratiâ, & Plauti; cujus secundus versus anteà propositus plenius & rectius in vet. cod. ita perscriptus erat.

Immò sic condignum donum, &c.

Metri lex clamat. Porrò quod Plautus neutrum pro masculino ponit, facit sciens, & sine peccato, nam veteribus illis Comicis canonas Grammaticorum transilire nulla religio. Sic Aulularia, Sc. *Postquam obsonavit.*

Cocus ille nundinale est, in nonum diem
Solet ire coctum.

Ita enim ex Festo lego, non *nundinalis est*. Captivis quoque, Sc. *Quæ res bene.*

Fac fidele sis fideli, cave fidem fluxam geras.

Sic habet vet. cod. & Nonius, qui tamen errat, cum pro *Fideliter* positum existimat: Nam quod *Fidelis sis* Camerarius, vir summus, propugnat, patietur sibi errorē istū à me eripi. Sic *Cuium ager*, pro *Cuius*, *Trinummo*, Sc. *Minus quindecim.*

Neque unquam quisquam est, quoius ille ager fuit,
Quin pessimè ei res vorterit, cuium fuit.

Item Mercatore.

Eamus intrò, non utibile hic locus factis tuis.

Ita lego ex veter. cod. non *utibilis*. Sub finem hujus scenæ.

Atque quantò nox fuisti longior hâc proximâ
Tanto brevior dies ut fiat, faciam, ut aquè disparet.

Et dies

Et dies è nocte accedat.

Quid alii heic videant commodi sensus nescio, ego certè nihil. in vet. cod. erat.

——— *ut aquè dispar*

Et dies & nox accedat. ———

Puto veram lectionem.

——— *ut aquè dispare*

Et dies è noctè accedat. ———

Disparè, pro *Dispariter.* ut *Alacrè, Acrè. Hilarè.*

Cap. VII.

Ecere. Ecer. Glossarium corrigitur.

AD Actum secundum perveni, quem nunc examinabo. In ipso initio.

SO. *eccere. jam tuatim*

Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

Semel hoc monebo: scribendum *Ecère*, ut *Equirine, Eiuno, Ecastor.* Efferebant etiam truncatè *Ecer* quemadmodum *Epol.* Glossæ *Ecer*, Κατὰ τῆς Δημητρὸς. Ita scribendum, non *Eccer.*

Tu me verbero audes herum ludificari?

Magis Plautinè vet. cod. *Tun' me.*

At te faciam hodiè proinde ac maritus est,
Vt minus valeas, & miser sis,
Salvus domum si rediero jam.
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Alia interpunctio vet. cod.

Salvus domum si rediero. jam
Sequere sis.

Nec paullò melior.

AL. *Immò mecum cœnavisti, & mecum cubuisti.*

AM. *Quid est?*

AL. *Vera dico.* AM. *Non quidem herclè de hâc re, de aliis nescio.*

Vetus codex auctior versu.

AM. *Quid est?*

Nihil te pudet scelesta populi in conspectum ingredi?

AL. *Vera dico.*

Qui cur Plauto indignus habendus sit nondum videre potui.

AM. *Egóne istuc dixi?* AL. *Tute istic, etim astante hoc Sosiâ.*

Lego. AL. *Tute istuc*, supple. *dixisti*. Nihil verius.

AM. *Tun' me heri advenisse dicis?* AL. *Tun' te abiisse hodiè hinc neges?*

AM. *Ego enimverò, & me advenire nunc primum aio ad te domum.*

Vera lectio vet. cod. AM. *Nego enimverò*, &c.

AL. *Vnde hæc igitur est, nisi abs te, quæ mihi dono data est?*

Corrigo, *quoi mihi*. Id est, à quo. Quali phrasi etiam alii Auctores non illibenter usi inveniuntur.

AM. *Vir ego tu' sim! ne me appella falsò falsò nomine.*

Extra cótroversiam vera lectio vet. cod. *falsa falsò n.* Quod & Dousæ in mentem venit suspicari.

Cap. VIII.

Scena. Scenaculum. Scælum. Voces Sabinorum. Macrobii locus emaculatus, & Saliare carmen apud Festum. *Ne*, pro Non. *Dic blandius.* Scenæ binæ in unam redactæ,

Scená primore Actus tertii.

Ego

Ego ſum ille Amphitruo quoiu' ſt ſervos Soſia,
Idem Mercurius qui ſit, quando commodu' ſt,
In ſuperiore qui habito cænaculo.

Vetus codex variat.

In ſuperiore cæli qui habito ſcenaculo.

Quæ voces inſititiæ non debent haberi profectò. tranſpono autem, ut numeri conſtent.

Superiore in cæli qui habito ſcenaculo.

Scenaculo verò præ iſto *Cænaculo* retineo, non injuriâ. Sabinorum hæc vox propria queis *Scena* erat quæ *Cæna* Romanis, etiam *Scenaculum*, quod iiſdē *Cænaculum*, quod ex Paullo Feſti mutilatore licet cognoſcere. uſus fuit indubiè hoc vocabulo quoque Macrobius Saturnal. lib. I. cap. VIII. ubi de Saturni æde. *Habet aram & ante ſenatulum. illic Græco ritu capite aperto res divina fit.* In aliis exemplaribus eſt, *& ante ſe cænaculum.* Emendo certâ conjecturâ. *Habet aram ex ante ſcenaculum.* Sic *Scælum* etiam pro *Cælum.* Inde corrigendum Saliare carmen apud Feſtum.

Sed jam ſcælo candens Aurora obſtenit ſuū patrē.

Nam malè ibi *ſe cælo*, ut in Macrobio, *ſe cænaculum.* Deinde *obſtenit* pro *obſtinet* repoſui, cujus facti mei rationem vide infrà ad Militem cap. V. Sc. *Durare nequeo.*

Non edepol faciam, neque me perpetiar probri
Falſo inſimulatam. ——

Vet cod. *Næ edepol.* Facilè veram eruo lectionem, ſcribendum enim abſque diphthongo, *Ne edepol.* Nam veteres *Ne* pro *Non* uſurpabant, hinc *Nevolo* (pro quo per συγκοπὴν *Nolo*) *Neſcio*, Sc. *Amphitruo, aſſum.*

Quādo isthæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocū.
Vel hinc, si non aliis indiciis, codicis mei probitas poterit æstimari; nam versum hunc, quem de conjecturâ heic ex Nonio acutissimus vir Simeo Bosius collocaverat, hoc ipso loco invenio. Sc. *Quis ad fores.*

AM. *Dic quæso mi Sosia.* ME. *blandius. cum Alcmenâ.* AM. *in eodemne*
Cubiculo? ME. *Immò ut arbitror corpore corpus incubat.*

Confusæ hic personæ, quas sic restituo.

AM. *Dic quæso mi Sosia blandius: cum Alcmenâ? in eodemne*
Cubiculo? ME. *Immò ut.*

Dic blandius non aliud est quàm ἐυφήμει. Inspice, si tanti erit præcedentia, videbis minimè falli me in censurâ. Posteà Scenam *Quis tam vasto,* malè diremerunt, & alterius initium cōstituerunt ad ista verba *Vos inter vos:* unica enim tantum est scena, quod & veteris codicis authoritate comprobari potest. Eâ scenâ.

Certum est introrumpam in ædis.
In vetere codice erat, *in ædibus.* Item posteà.

——pergam in ædis nunc jam.
Iterum vet. cod. *in ædibus*: nec aliter MSS. Langiani, & rectissimè. ἀρχαϊσμὸς est, apparet enim veteres præpositioni *In*, sive motum in loco, sive ad locum significarent, indifferenter accusativum & ablativum adjunxisse. Sc. *Spes atque opes.*

Ego cunas recessim rursum vorsum trahere ac ducere:

Cod. vet. *rursum prorsum.* Corrigendum, *vicissim rursum*

rursum prorsum, ut monui Critici Arnobiani lib. I. cap. IV.

Cap. IX.

Servi in pistrino *Asini* dicti, molæ *Præsepia*. *Nunquame*. *Paxim*. *Lacte*. Mercator correcta. Varro emaculatus leviter. *Reducere*, παθητικῶς. *Rerogare*. *Reloqui*. Sabinismus annotatus. *Prægnas*.

CAput mihi hoc explebunt omissa quædam, ac maximè è Langii viri optimi optimis membranis observata. In illis erat iste titulus. PLAVTI ASINII AMPHITRIO. Et ASINII cognomẽtum Plauto nostro in omnium Comœdiarum titulis tale legitur. Quod quidem quid sibi velit, cum nemo hactenus exposuerit, operam non puto me lusurum, si ipsemet negotii istuc sumam. Scribendum verò PLAVTI ASINI. Appositum autẽ ei à librariis veteribus; quia depistorum esset prosapiâ. Nam olim qui in pistrino laborabant, quod idem illis incumberet labor ad trusatiles molas, qui asinis ad versatiles, per convitium *Asini* audiebant: & molæ quoque *Præsepia* contemptim nominabantur. Ex hoc dicto exaudiendus etiam ipse Plautus Curculione. Sc. *Migrare certum est*. ubi Palinurus parasitum, nisi è Caria argentum afferat, in pistrinũ iterum detrudendum prædicit.

Paves, parasitus quia non rediit Cariâ.
Afferre argentum credo. nam si non ferat,
Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.

 Tan-

Tantum de Titulo:nunc Fabulam examinare denuò incipiam. Prologo.

Sed mos illic nunquam fuit patri meo.

Langii MSS. & vet. cod. *Sed mos nunquam illi fuit patri meo.* Eruditi viri mutârunt, transposueruntq́;: cur? obsecro: quia hiatum rati nimirum, & claudicare versum. Pace eorum dictum spero, valdè falsi sunt. Scribendum autem hoc modo.

— nunquam' illi fuit patri meo.

Id est, *nunquame.* Ita veteres dicebant, pro *Nunquã*: sic *Quame, Tame, Cume,* pro *Quàm, Tam, Cum.* Sc. *Benè vale.*

IV. *Satin' habes si fœminarum nulla est, quam æquè diligam?*

ME. *Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,*
Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Iovem.

Quur non præferenda vet. cod. lectio. *si illa furtivis rebus.* Per *furtivas res* clandestinos amores intelligit. Hoc autem nimis ineptum, quod dicat Mercurius, si Alcmena sciat Iovem cum aliis fœminis cõsuescere, facturum se ut Amphitruo esse mavellet, quam Iupiter. Conjicio scribsisse Comicum nostrũ, *Ego paxim, te A.e.m.q.I.* ut sit ἀρχαϊσμὸς pro *Pepigerim.* Id est, Quovis pignore dato certaverim. Simile mendum Mercatore Sc. *Ecastor lege.*

Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clàm uxorem duxerit scortum suam,
Vt illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent,
Plures viri sint vidui, quàm nunc mulieres.

Nam legendum quoque. *Ecastor paxim.* Item Truculento, Sc. *Non omnis ætas.*

Quos

Quos cum celamus, si faximus conscios,
Faxim lenonum & scortorum, ut plus est, minus,
Et minus damnosorum hominum, quam nunc
sunt, siet.

Iterum scribo. *Paxim lenonum.* Arbitrium erit virorum doctorum; quibus omnia hæc mea libens meritò submitto, quippe adolescens admodum, nec judicii adhuc per ætatem satis firmus. Hoc saltem sine Plauti fraude pronuntiare possum: Ita mihi videri. Sc. *Age, i.*

Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego simil est mei.

Langii membranæ. *Neque lacte lacti.* Optimè: nam veteres *Lacte* dicebant primo casu. Cassius Hemina Annal. iv. *Ex Tiberi lacte haurire.* Cæcilius Titthe.

Præsertim quæ non peperit lacte non habet.

Varro Andabatis. *Candidũ lacte è papillâ cùm fluit.* Ita corrigo apud Nonium. Sc. *Satin' parva.*

——— *id modò si mercedis*
Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat, satis
Mihi esse ducam.

Mss. Langiani, *Vir belli se reducat.* Vetus codex voce unâ minus, *belli reducat.* Atque hæc vera lectio. *Reducat*, posuit παθητικῶς antiquè, pro *Redux sit.* Eodem modo etiam τὸ *Redux* passivam habet significationem, cum simplex ejus *Dux* activam.

AM. *Alcmena unum rogare te volo.* ALC. *Quid vis, roga.*

Langii ms. ALC. *Quidvis vogare, roga.* Meus codex vetus. *quidvis rogare, roga.* Puto scribsisse Plautum,

tum, *quidvis roga, reroga*. Videtur autem esse Sabinismus; sic illi *Eloqui* ac *Reloqui* deos dicebant, quum oracula redderent. Varro lib. v. *Dicuntur Eloqui ac Reloqui in fanis Sabinis è cellâ dei, qui eloquuntur.*

Enimverò pragnanti oportet & malum & malum dare.

Optimè in Langii exemplari: *Pragnati oportet.* Nam veteres *Pragnas, Infas, Animas, Damnas*, dicebant, pro *Pragnans*, &c.

Amplis-

Amplissimo Viro

ACHILLI HARLAEO

Regni Curiæ Principi

IOANNES MEVRSIVS S. D.

IGnosces, Vir Amplissime, quod occupationibus istis tuis summis obstrepere sim ausus. Satis impudenter, fateor, cum te specto: cum verò observantiam singularem in te meam, quæ stimulos acerrimos suggerit, non potui non frontem omnem projicere. Quod ipsum feci minus invitus, cum nunquam meliore damno fieri posse viderem. Quamvis autem non meruerim, ut benevolentiâ me aliquâ complectare, humanitatem tamen tuam, quàm meritum meum in consilium adhibiturum spero. Si spes ea non decollabit, virgulam divinam tanti haud fecerim. Cum aliquando vacabis, hæc ad Plauti Asinariam videto: offendes, si non ingenii, aut doctrinæ, at certè animi ingenui Notas.

AD
ASINARIAM.

Cap. I.

Graxo. Verbivelitatio. Mna. Obstire. Absit. Ovidius emendatus. Priscianus notatus. Plauti lectio defensa. *Nerectè. Nesapus.*

Dixi quæ ad Amphitruonem habui; Asinariam jam ordo oggerit, itaque hanc percurram. Prologo.

Age nunc reside, cave modo ne gratiis.

In vet. cod. erat. *ne graxis*. Vetus verbum *Graxo* pro *Strepo*, ex Græco, κράζω. Lucretius lib. v.

Quippe ibi se multi per somnia sæpè loquentes,
Aut morbo delirantes prograxè ferantur.

Act. 1. Sc. 1.

——LI. *Age age, usque excrea.*
DE. *Etiamne?* LI. *Quæso herclè usque ex penitus faucibus.*
Etiam amplius. DE. *Nam quousque?* LI. *usque ad mortem volo.*

Malè interpunctum hîc à personis: ex vetere libro corrigo.

DE. *Etiam?* LI. *Amplius.* DE. *Nam q.*

Nihil verius, quam ita scribsisse Plautum. nec existimo quenquam tam insulsum, qui reprobare ausit. Sc. *Siccine hoc fit.*

Ingrata atque irrita esse omnia intelligo
Quæ dedi, & quod benefeci: ac posthac, tibi
Malè quod potero facere, faciam. —

Scribo

Scribo ex vet. cod. *at posthac*. Act. 11. Sc. *Vbi ego*.

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Puto scriptum fuisse *Verbivelitationem*, quomodo alia multa lepidè composuit Plautus, ut respondeat Græco λογομαχία. Temerè tamē affirmare nihil volo, id significasse satis habens quod mihi super hoc loco in mentem venisset.

Ait se ob asinos ferre argentum Atriensi Saureæ
Viginti minas, sed eum sese non novisse hominem qui siet.

Corrigo poscentibus numeris, *Viginti mnas*: & ita signatè referebat vet. cod. meus. Veteres dicebant *Mna*, *Mina*: ut *Lamna*, *Lamina*. Sic Curculione, Sc. *Date viam*.

— quia de eo emi virginem
Trigintà minis, vestem, aurum:

Iterum numeri poscunt, *Triginta mnis*, ut erat in vet. cod. Pœnulo etiam. Sc. *Si ego*.

Si ego minam non ultus fuero probè quā lenoni dedi.

Vet. cod. *Si ego mnam*. Et heic numeri id flagitant. Est autem inflexio Græco. Sc. *Quid hoc est negotii*.

LE. *Sed vina heri quæ vendidi vinario Exarambo,*
Iam pro iis satisfecit Sticho? LI. *fecisse satis opinor.*
Nam vidi hunc ipsum adducere ad trapezitam Exarambum.

LE. *Sic dedero prius quam credidi, vix annò post exegi.*
Nunc satagit, adducit domum etiam ultrò, & rescribit nummos.

Vet. lib. tertio versu habet, *adducere & rapere in ius Exarambum*: quarto, *Sic obsecro? quā credidi u. a. p. e.*

Quæ sanè lectio melior. *Sic obsecro?* f. accidit. Deinde quintum Libano assignat, non Leonidæ; etiam rectius.

Non herclè te provideram, quaso ne vitio vortas,
Ita iracundia obstitit oculis. ———

Langii scedę. *obstit oculis.* Rectè. Dicebant *Obstire, Obstare*. sicut *Artire, Artare. Impetrire, Impetrare. Negire, Negare.* (unde *Negibundus* apud Festũ.) Hinc *Obstitum* apud eundẽ, quem laudavi, Festum: quemadmodum *Impetritum. Artitum.* Sic *Abstit* dixit Ovidius Metam. XI.

——— *renovat lectusq́; locusq́;*
Alcyones lacrymas, & qua pars admonet abstit.

Malè hodiè est, *absit*. Priscianus ita citat lib. IX. qui tamẽ fallitur cum putat pro *Abstitit* accipiendum, tanquã συγκοπῇ sit. Sic *Prostire* quoque dixisse certum est, inde *Prostibulum*. Et simplex etiam *Stire* pro *Stare*, unde *Naustibulum* apud Festum, & *Vestibulũ*, quasi grande stabulũ. Agell. lib. XVI. cap. V. Dicebant ad eandem hanc faciem etiam *Metiri*, & *Metari*. Itaq; rectè est in Pseudolo, Sc. *Ne plora.*

Quin hunc metimur gradibus militariis.

LI. *Mala herclè jam magno tuo nunc isti nec rectè dicis.*

Sequor veteris codicis ductum, legóque *nerectè dicis. Nerectè d.* est malè; sic *Nesapius*, nõ sapiens. Scaurus. *Ne pro non positum est apud antiquos, ut Nefrendes porcos, qui fabam frendere non possunt: Nesapus, qui non sapit.* Sic *Nefunera* apud Catullũ in Nuptiis Pelei & Thetidis, *Funera Cecropia nefunera* ut rectè emendavit magnus Scaliger. Sic *Nescio. Nevolo.* Sc. *Perfidia laudes.*

Quum

Quùm nostris sycophantiis, dolis, astutiisq;
Scapularum confidentiâ, virtute ulmorum freti.
Qui advorsum stimulos laminas, crucesq;, &c.

Quomodò, *virtute ulmorum freti?* Ineptum hoc est. Interpungo.

Scapularum confidentiâ, virtute freti, ulmorum
Adversum stimulos, &c.

Nam *Qui* rectè abest à quibusdam codicibus. Sc. *Cur me.*

AR. *Vale.* PH. *Aliquanto amplius valerem si hic manceres.*

Magis vet. cod. lectio placet. *ah. quanto amplius v. s.h.m.*

LE. *Auscultate, atque operam date, & mea dicta devorate.*
Primũ omniũ servos tuos non esse nos negamus.
Sed si tibi minæ viginti argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine? ———

Manifestus error: scribo,

Auscultato, a.o.dato, e.m.d.devorato.

Nam ad unũ Agyrippũ ei sermo. nemo improbabit.

Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam
Perum pressatum? ———

Lego cum Langii MS. *cruminam pressatam are.*

Cap. II.

Mepte. Sorum. Mortualia. Pulcralia. Magnalia. Nequalia. Nævius correctus. *Cherestens. Chrestus. Face.*

SEquitur eâdem illâ Scenâ, ubi herum Agyrippũ bellè deludens Libanus; ita Philænium adfatur.

Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel catellum.

Vet.cod. *D.i. me te anaticulam.* Scribo, certâ conjecturâ. *Dic igitur mepte.* Nam *Mepte* pro *Me* olim dicebant. Menæchmis, Sc. *Men' hodiè.*

——cui certissimum est

Mepte potius fieri servum, quam te unquã emittam manu.

AR. *Inscende actutum.* LI. *Ego fecero. hem quid istuc est? ut tu incedis?*

Demam herclè jam tibi de ordeo, tolutim ni badissas.

In vet.cod. erat. *ut tu vide is.* Corrigo, *ut tumidè is.* quam veram esse lectionem abundè sequens versus fidem faciet.

AR. *Quid ego aliud exoptẽ amplius, nisi illud cujus inopia est,*

Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri.

Rectè vet.cod. *commodas mnas*, poscentibus numeris. Huc faciunt quæ superiori capite in hanc rem annotavi. Deinde idem ille codex meus, *qui dem*, habebat, quod Plautinum magis assentietur, quicunque in ejus lectione nõ omninò hospes est. Act. IV. Sc. I.

PA. *Diabolus Glauci filius Cleareta,*

Lenæ dedit dono argenti viginti minas.

Etiam heic *viginti mnas* numeri poscunt, atque ita erat in vetere codice.

Ad eorum ne quem illa oculos adjiciat suos.

Si quem alium aspexit, cæcâ continuò fiet.

Verè est in Langii Excerptis. *Ad forum.* Nam est ἀρχαϊ-

ἀρχαϊκὸν, pro *Eorũ*. Festus. *Sos pro Eos antiqui dicebãt.*

Talos ne quoiquam homini admoveat, nisi tibi.

Quem jaciat, te ne dicat; nomen nominet.

Ita constanter habẽt omnes editiones quas inspexi, sed veram existimaverim conjecturam quæ mihi in mentẽ venit, *tene dicat*. cõjunctim enim scribendũ.

Hæc sunt non nugæ, non enim mortualia.

Langii Ms. *non enim mortalia*. Quod idem est. Illud à mortuis, hoc à morte vocabuli originem habebit. In vetere codice erat *mortuaria*. Eóque modo Agellius lib. XVIII. cap. VII. *Vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria: namque colligitis lexidia, res tetras, & inanes, & frivolas, tanquam mulierum voces præficarum*. Sed perinde est: Ejusmodi sunt dies *Præliales*, & *Præliares*. *Palilia*, *Parilia*. Hàc eâdem autem facie etiam *Pulcralia* dixit Cato, laudante Festo. *Magnalia* Cyprianus lib. I. epist. III. *Nec præpositum servum deseri à quibusdam miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa faciẽtem, & virtutes factorum suorum Dei patris testimonio comprobãtem, discipuli sui reliquerint*. Iterum Tractatu de Habitu Virg. *Quibus multa magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriæ bonis spiritualibus abundaret*. Hausit verò de Tertulliano, qui utitur Ad uxorem lib. II. cap. VII. Item Adversus Marcionem lib. I. cap. II. Sed ad *Mortualia* quod attinet, eadem omninò sunt *Nequalia*, sive *Necalia*, quæ Festus *detrimenta* interpretatur, quia nugæ non aliud quam sermonis detrimenta, & inde facta translatio. Nævius Lycurgo *Mortualia* appellat vestimenta quę in luctu sumebantur.

Pallis, petagiis, crocotis, malacis, mortualibus.

Ita lego apud Nonium in *Caltulam*. Sc. *Sequere hac.*

Tu ergo fac ut illi turbas lites concias.

Vet. cod. *face ut*. quod magis ἀρχαϊκὸν. ideóq; Plauto convenientius Act. v. Sc. *Ain tu meum.*

ART. *Hoc ecastor est quod ille it ad cænam cottidie.*
Ait sese ire ad Archidemum, Cheream, Cherestratum,
Cliniam, Chremen, Cratinum, Dineam, Demosthenem.

In vet. cod. erat.

Chrestum, Chremem, Cratinum, Cliniam, Demosthenem.

Rescribo, ut sit plenus octonarius, quales præcedentes.

Cheresteum, Chremem, C. C. D.

Nam *Cheresteus* & *Chrestus* idem nomẽ fuisse colligo, quia quem Cheresteum Varro lib. 1. cap. 1. De Re Rust. eum Chrestum nominat Columella libro & capite iisdem.

Amplis.

Amplissimo Viro

PETRO FABRO

Præsidi Tholosano.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVi Literarum humaniorum studia rejicula censent, næ illi vacerræ sunt, & statuæ caput habent. Non tu id facis V. A. qui amas maximè; meritissimò, & cordati omnes tecum. Hæc tamen fini amanda, ut operam etiam in gravioribus studiis ponamus, quâ patriæ olim & Reip. prodesse possimus. Istis enim duntaxat immorari, haud sapientis puto: ad altiora erectum habere animum debemus, & in id incumbere sedulò, ut vitæ hoc, quicquid est, quod tam breve est ut spem vetet inchoare longam, cum publicâ utilitate transigamus, cogitantes HOMINI HOMINEM ESSE DEVM. Tum patria nos, tum posteritas amabit, laudabitque. Tu id curas, & munia publica literariáque strenuè obis, cùm paucis: & alios exemplo tuo eò invitas; me certè, qui ita facere constitui, & facio. Rogo te, si vacet, hæc mea in Plauti Aulularian ad judicii tui acerrimi obrussam examines. Vtinam autem sine infamiâ sint, si famam mereri non possunt.

AD AVLVLARIAM.

Cap. I.

Adaßint. Faßit. Quærit, ἀρχαϊκῶς. *Quo*, pro *Quamobrem. Propet. Propius. Postidem. Pectum. Præperare.*

ACt. I. Sc. I. impatiens contumeliæ Staphyla in votum hoc prorumpit.

Utinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te serviam.

In quibus verbis etsi nihil quidem temerè mutandum, operæ pretium tamen duxi veterum librorum lectionē hanc indicare, *divi adaßint*, quod ἀρχαϊκὸν est pro *Adaxint*, quomodo *Cossus* pro *Coxus*; Sic legis Aquiliæ cap. III. *Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faßit, quidve usserit*, &c. Heic quoque *Faßit*, pro *Faxit*. Vide. D. Ad legem Aquiliam. L. *Si servus servum*. Sc. *Nunc defecato.*

Cave quenquam alienum in ædis intromiseris
Quod quispiam ignem quærat, extingui volo.

Melius ver. eod. & Langii membranæ Staphylam heic interloquentem faciunt.

STA. *Quid si quispiam ignem quærit?* EV. *extingui volo.*

Porro hoc monendum; *Quærit* dixisse Plautum κατ' ἀρχαϊσμὸν, nam olim *Quærim, Edim*, & talia, pro *Quæram, Edam*, efferebant.

Ne caussa quid sit quod te quisquam quæritet.

Magis

Magis placet quod in vet. cod. invenio, *quo te quisquam quæriret.* perit literula, elegantia auget. Convenientior sextus casus: *Quo* pro *Quamobrem.*

Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quanquam
propè est.

Langii MSS. *quanquam propet.* Rectè; ἀρχαϊσμὸς est, pro *Propit.* Nam veteres dicebant *Propo, Propero*; *ut Lambo, Lambero; Blato, Blatero.* Item *Propus* (unde *Propè* adverbium) *Properus; ut Privus, Priverus.*

Nimis herclè invitus abeo, si quid agam, scio,
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Dividere argenti dixit nummos in viros.

Primo versu ex vet. cod. lego. *sed quid agam.* tertio, *argenti nummos dixit in viros,* ut Asconiũ Pedianum citare memini. Certè mollior tum & suavior multò est sonus. Sub exodium Scenæ ejusdem.

Nunc quò profectus sum ibo, post ideà domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.

Langii membranæ, & veteres codd. *post idem domum.* Scribo, *postidem d.* cõjunctim. Dicebant Comici isti *Postidem* quam ad faciem *Indidem, Identidem.* Sc. *Præsagibat mi.*

—— nunc hic eam rem vult, scio,
Mecum adire ad pactionem, verum intervisam
domum.

Melius, & magis ad Plautinam φράσιν vet. cod. *intervisam domi.* Itaque velim & versu sequenti rescribere.

—— nam est quod visam domi.

Non, *domum,* ut est in hodiè excusis omnibus.

Hoc magnũ est periculum ab asinis ad boves transcendere.

Verba Euclionis sunt Megadoro filiam suam constanter in matrimonium dare pernegantis: in vet. cod. erat:

—— *est periclum, me ab asinis a.b.t.*

Transpono *periclũ, ab asinis me ad boves t.* una enim ista vocula ingesta plus decoris adfert.

Pactum, non pactum est, non pactum, pactum est,
quod vobis lubet.

Vet. cod. *Pectum, non pactum est.* unde censeo Plautum toto isto carmine non aliter quam *Pectum* exarasse, quod ἀρχαϊκὸν est, pro *Pactum*: unde *Compecto, Depectò*; ut notum est. Sc. *Ubi tu es.* Desponsâ tandem filia suâ Megadoro Euclio cum nuptias pararet, ita Staphylam adfatur.

—— *vascula intus purè propera, atque elue.*

In vet. cod. erat, *puré prapara.* Quod etsi rectum videri poterat, ne tamen credam, prior illa lectio animum induxit: suspicor autem, immò affirmo, scribsisse Plautum, *pure praepera.* Ἀρχαϊσμὸς elegans valdè; nam veteres *Praeperare* pro *Praeparare* dicebant, ut *Reperare*, pro *Reparare*, quod frequentius *Reciperare*, quomodo *Reciprocare.* Quid quod Agellius, Plauti non indiligens, hanc vocem usurpat lib x. cap. x i. *Namque in praeperatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam otium est, maturari potest.* Talia sunt etiam *Resecrare, Consecrare, Obsecrare, Exsecrare*, quae hodièque in usu sunt.

Cap.

Cap. II.

Licet pro *Liquet*. *Properè properè*. *Bacchinal*. *Aperit*, παθητικῶς. *Coquino*. *Domino*. *Manubium*. *Pacere*. *Fuo*. *Ciniflones*.

Sc. *Tace nunc jam tu.*
STR. *Tace nunc jam tu, atque agnûm horum uter est pinguior.*
COC. *Licet.* STRO. *tu Congrio eum sume actutum tibi.*

Hactenus non intellectus hic locus, itaque ego explicabo. Sciendum autem heic *Licet* antiqua ſcribendi ratione *Liquet* ſignificare. Monet Anthracē Strobilus ut à convitiis ſibi temperet, rogatque uter agnorum eſſet pinguior, ad quod ille reſpondet, *Liquet*. Habetque plus ſtomachi ea vox, quam ſi dixiſſet, iſte, vel ille. Vult enim dicere. Quid, malum, me id rogas: ipſe facilè potes videre. Nos quoque codē cum affectu dicimus. Dat ſiet ghy wel.

Ubi ſi quid poſcas, ad ravim poſcas prius
Quàm quicquam detur.

Vet. cod. *ſ quid poſcas, ad ravim poſcamus p.* Quam veram lectionem eſſe pronuntiare audacter poſſum, Feſti niſus authoritate, qui videndus in *Ravim*: etiam Nonius in *Ravis*, & membranæ Langii non aliter laudant.

ST. *Cererin' Strobile iſtas facturi nuptias?*

Plenius apud Macrobium Saturnal. lib. III. cap. XI. hic verſus legitur.

Cererin' mi Strobile hi ſunt facturi nuptias.

Quæ vera lectio cenſenda, quia Plautini codices

tum temporis longè emendatiores. Sc. *Volui animũ.*

Nimirum occidor, nisi ego intrò huc propero currere.

In Langianis MSS. erat. *huc properè properè currere.* Constituo octonarium, & lego.

—— huc properè properè cucurrero.

Orta menda ex librariorum supinitate, qui similes syllabas non solent repetere; Eleganter verò *properè properè*; nam vox ea geminata magis exprimit festinationem magnam, quâ sibi opus esse, ni occidi vellet, Euclio dicebat. Nos quoque eandem phrasin in nostro idiomate retinemus. Sc. *Optati cives.*

—— ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatũ.

Et paullò post.

———— aperitur Bacchanal, adest.

vtrobique in Langii membranis *Bacchinal* legitur; sicut *Fontanalia, Fontinalia.* Sed *A.* & *I.* veteres illi inter se commutabant, ut jam toties ostẽdi. Porrò nec hoc dissimulandum, in CL. V. Ioannis Sambuci MS. fuisse, *aperit B.* quod Plautinum existimo; est enim ἀρχαϊσμός. Pro *coquinatum* verò legendum erit *coquitatum*, si Festus hũc Plauti locum ob oculos habuit, cùm scriberet. *Coquitare pro coctitare, id est, frequenter coquere, Plautus posuit.* quod tamen non censeo. Nam ita disertim Nonius citat, & veteres *Coquo, Coquino*, dicebant; ut alia similia, *Natino, Fruinor, Negino* pro *Nato, Fruor Nego.* Itẽ *Vaginor* pro *Vagor*, quod ex MS. regio in Appendice Critici Arnobiani erui, ut & *Domino* pro *Domo*; quo postremo præter Arnobiũ etiam Nigidiũ usum invenio apud Priscianum lib. VIII. *Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen eâ naturâ*

est, ut curari & dominari possit. Sc. *Illic hinc abiit.*

Credo ego edepol illi mercedē gallo pollicitos coquos;

Si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium.

Vet. cod. unâ litera minus, *c. ex manu manubiū.* Optimè, pro *manubiam,* quomodo *Menda, Mendum: Testa, Testum* dicebant: neque turbare debet quod singulari numero efferat, cum Grammatici plurali tantum efferri notent. Euclio gallum gallinaceum, quia scalpuriret ubi aulam suam absconderat, putans à coquis insidiantibus mercede conductum, occidit, eoque facto prędam speratam illis eripuisse se dicit. Nihil pote melius. Sc. *Narravi amicis.*

Quorum animis avidis, atque insatietatibus,

Neque lex, neque tutor capere est qui possit modū,

Valde fallor, aut scribsit Comicus, *neque tutor pacere.* voce antiquâ. Simile mendum sustuli in Catone nuperrimè cap. XL. Gulielmius in Laberii versibus apud Macrobium. Sic *Figere modum* Horatius & Arnobius dixerunt. Aut certè, *tutor cavere.*

—— *Quò illæ nubent divites*

Dotatæ, si istud ius pauperibus ponitur?

Quò lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.

Corrigo. *Quoi illæ n. d.* Deinde tertiò versu: *Quoi lubeat n. d. d. ne fuat comes.* Ἀρχαϊσμὸς est, nam veteres *Fuo* pro *Sum* dicebant, quod præteritum ostendit, hodiè adhuc usitatum. Quam vocem etiam memini Titinnio restituere Critici lib. III. cap. IX. utitur præterea Terentius, & ipse hic noster alibi non semel.

Caupones, patagiarii, indusiarii.

Vet. cod. *Cinislones, p. i.* Optimè. Horat. lib. I. Sat. II.

Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ.

Acron.

Acron. *Ciniflones & Cinerarii eâdem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, id est verum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. cujus rei & Virgilius meminit dicens: Vibratos calido ferro. Dicti autem Ciniflones, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum.*

Aut manulearii, aut murrobathrarii.

Scribo ex vet. cod. aut *myrobrecharii*. Quæ vox quid significet, facilè videbunt qui Græcè sciunt.

Cap. III.

Odii, ἀρχαϊσμὸς. Aulularia aucta. Item Priscianus.

PLautum hunc nostrum ἀρχαϊσμῶν esse thesaurum omnes sciunt, sed dum pro suo libitu librarii eos sustulerunt, dictionesque ut tum usurpabantur exscribserunt, periit pleraque ista venustas. Verum hoc esse quod dico, ut alios multos omittam, vel unus iste locus facilè fidem faciet. Sc. *Nimium lubenter.*

Nimium lubenter edi sermonem tuum.

Heic antiqua scribendi ratio mendæ origo fuit. Scribo, *odî sermonem*. atque *odî* nihil est aliud quam audii. ut innumera talia, *Plostrum, Clostrum*. Atque hanc correctionẽ certam esse præstabunt vett. codd. & Sambuci Clarissimi MS. in quibus pro *edi* constanter est *audivi* perscriptum.

ME. *Imò est, & dii faciant uti siet diu,*
Plus plusque sospitent istuc, quod nunc habes.
EV. *Tam hic scit me habere, quam egomet, anus fecit palam.*

Vett.

Vett.codd.inserunt unum versum istum.

EV. *Illud mihi verbum nō placet, quod nunc habes.*
Tam hic,&c.

Qui adeò aptus huic loco, ut qui Plauti esse negare ausit, eum ego cerebrum non habere dicam.

EV. *Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos*
Furum implevisti in ædibus misero mihi,
Qui mihi intromisisti in ædes quingentos coquos.

Meritò hæc vitii suspecta habuit Ianus Doula F. egregius Musarum pullus, persanare tamen quamvis non potuerit laudandus meritò ejus conatus. In vet.cod. duo postremi versus ita concepti erant.

Furum implevisti in ædibus misero, qui mihi
Intromisisti in ædeis quingentos coquos.

Ex quibus vestigiis ita ut constituam inducor.

——— *in ædibus misero, mihi*
Qui intromisisti in ædeis quingentos coquos.

Sequitur in istâ Euclionis accusatione.

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.

Etsi non improbum hoc, probius tamen existimo quod apud Priscianum lib.VI.invenio. *Quod si Argus.* ut subintelligatur *istos*. Sed commodum, quia in Prisciani mentionem incidi, Plauto nostro operam sibi tantisper differri minimè ægrè ferente, insignem ejus locum mutilum hactenus supplebo; à conjecturâ quidem, fateor, sed ita certâ ut nihil possit esse certius, præfiscinè. Lib.X. *Quod autem corripitur antepenultima, paciscor, & nanciscor, & proficiscor, & expergiscor, ex compositis, sive primitivis eorum potest dinosci. Paciscor & depeciscor, proficiscor à facio, expergiscor à pergo pergis, nanciscor verò à nancio est, quod in usu fuit vetustissimis.* Ecce enim, ut hæc

ut hæc lectio prefert, *Paciscor* & *Depeciscor* deducta sunt à primitivo *Facio*: quo quid dici potest ineptius? Et injuriam indignam faciat ingenio & judicio doctissimi Grammatici, qui eum ita scripsisse velit affirmare. Commissa indubiè à festino librario fraus, qui duas dictiones omisit. Itaque restituo. *Paciscor, & depeciscor, à paco, proficiscor à facio.* Iam *Paco* antiquè pro *Pago* sive *Pango* dictum esse nemo ignorat.

Cap. IV.

Indueo. Cavilla. Charisius reprehensus. *Fide*, & *Fideii*, secundo casu. *Patiri. Non oportuit ollam tactum.*

EAdem illâ Scenâ Euclio Megadoro benignè ad symposiũ invitanti respondet pertinaciter aquã se bibere velle, non vinum. Sed instat Megadorus.

Ego te hodiè reddam madidum, si vivo, probè,
Tibi cui decretum est bibere aquam.

Sed mendosa hæc, & emendatiora in vetere libro meo leguntur. *Tibi an decretum est bibere aquam?*

Nunc hoc mihi factu est optimum, ut ted auferam
Aula in Fideii phanum, ibi abstrudam probè.

Scribo, *in Fideii* ἀρχαϊκῶς, metri causâ. Sc. *Hoc est servi.*

Quasi pueris qui nare discunt scirpea inducitur ratis.

In Festi exemplaribus legitur; *scirpo induetur ratis.* Quod genuinum censeo, nam veteres *Indueo* dicebant: deinde *Ratis scirpo*, pro *è scirpo*. itidẽ ἔλλειψις ἀρχαϊκὴ est. Sc. *Foras, Foras.*

Pone

Pone hoc, sis, aufer cavillũ, non ego nunc nugas ago. Vett. codd. & Langiani MSS. *aufer cavillam.* Quod ut insolentius, & remotius à quotidiano usu, ita Plauto dignius. Sic dicebant *Menda, Mendum. Testa, Testum.* Nam quod inter *Menda* & *Mendum* differentiam constituit Charisius, nugas agit. Sc. *Fidei.*

Fidei censebam maximam multò fidem.

Scribsit Comicus noster, *Fide* c. *ἀρχαϊκῶς*, talia erāt ista *Die. Facie*, & reliqua eiusmodi, quę similiter efferebāt. Vide Agell. lib. IX. cap. XIV. Sed nunc emēdationem hanc stabiliam, ne temeritatis crimen incurrat, & ἀρχαῖος nominer. Charisius lib. I. *Fides quum chordam significat, huius fidis facit. quum deā, hujus Fidei, quamvis Plautus dixerit. Fide censebam maximam multò fidem.* Sc. *Dixi tibi.*

Et istuc confido à fratre me impetrassere.

Corrigo, *impetrascere.* Dicebant, *Impetro, Impetrasco. Labo, Labasco. Amo, Amasco. Hio, Hiasco.* Restitui etiam hanc vocem infra Casinæ cap. II. *Te eam compressisse vinolentum virginem.* Scribo versus caussâ. *compresse.* Sc. *Perii, interii.*

Tantum gemitique mali molestiaque hic dies mihi obtulit.

Veram habeo lectionem codicis mei veteris, *Tantum gemiti & mala mæstitia hic dies mihi obtulit.* Quam etiam juvat Prisciani authoritas, quem heic in ordinem redigere nimis temerarium sit. Sic sequēte scenâ. *Quoi tanta mala mæstitudo obtigit.* Sic enim & ille versus ex eodem meo libro legendus; non, *Cui tanta mala, mæstitudoq; obtigit.* ut hodiè est. Certè si seriò attēdas, nihil Plautinius iudicabis.

——— *nunc eo alii lætificantur*

Meo

Meo malo, & damno pati nequeo.

Lego versus caussâ, *patiri nequeo*. Quâ facie *Gradiri, Moriri*. Sc. *Quis homo*.

EV. *Quis homo hic loquitur?* LY. *ego sum*. EV. *imò ego sum miser, & miserè perditus.*

Cui tanta mala mœstitudo obtigit.

Lyconidæ verba mutila manifestò, scribo unâ voce amplius. *ego sum, miser*. Nec aliter potest: apparet ex responsione Euclionis, cum dicit se potius miserum esse, cui tanta mala obtigissent.

EV. *At ego deos credo voluisse, ut apud te me in neruo enicem.*

Cur obsecro tam in semet iniquus futurus iste Euclio, invento jam thesauri sui fure? Transpono leviter *ut apud me te in n. e.* Lyconides confessus se aulam abstulisse rogâti sordidissimo senum quamobrem id fecisset, dixit credere se deos voluisse, nisi enim voluissent, facturum non fuisse: cui respondet Euclio stomachâs; se credere voluisse deos ut illum apud se in neruo enecaret.

Tu illam scibas non tuam esse, non attactã oportuit.

Scribserat Comicus noster, ut est in Langii membranis. *non tactum, s. esse*. Est autem præteritum infinitivi passivi, ut loquũtur Grammatici. Talia sunt quæ habes apud Agellium lib. I. cap. VII.

EV. *Neque partem tibi*

Ab eo, quiqui est, inde posces, neq; furẽ excipies.

Vetus codex, *indipisces, neque f. e.* uti & in Nonio esse jam antè monuerunt viri docti.

Ibo intrò, ut, quid hujus veri sit, sciam.

Correxeram de conjecturâ, *q. hujus rei sit*, cum ita signatè in vet. cod. reperio.

I intrò

I intrò, exquire sit ne ita, ut ego prædico.

Vet cod *exquære*. Quod genuinum Plauti esse evincam authoritate Prisciani, qui lib. 1. sic ait. *Quæro, inquiro, exquiro, quamvis exquæro Plautus dixit in Aulularia. Intrò exquære sit ne ita*, &c. In Captivis permansit hic ἀρχαϊσμός. Sc. *Iam ego revortar.*

Sequere hâc me igitur, eâdem ego ex hoc quæ volo exquæsivero.

Sequitur Scena *Dii immortales*, quam mutilam esse nemo paullum modò emunctioris naris dubitabit: egò ex fide veteris codicis sic suppleo.

Nunquam hinc feres à me. LY. *quid hic quõdam pervicus addit?*

Non feram nunquam, quod non habeo. ST. *efferaris, cave.*

LY. *Nisi actutum seni id auri redditio est.* ST. *sive perpensus ferar*

Libitinarius, sive pollinctorius efferar, nũquam dabo, nisi fodiam

Noviter arrogiã. LY. *Vah capiti tuo.* ST. *immò senis & capiti*

Et pectori, qui auri tantum perdidit. LY. *quis repperit?*

ST. *Quem repperisse vis.* LY. *qui in arcâ illud subruptum habere*

Autumat. ST. *quàm pulcrè tibi here connivérent oculi si id*

Factum fateor: ludo quod lusi tecum, non par est identidem (sis, i, & aurum

Seriò vortier, LY. *at nunc jam ne me irritas-*

Redde, susque déque haud agites. ST. *Here id si repperibitur,*

Certum est geminam te lanceam confitentem icere. LY. *i, & redde.*
ST. *Vis crassum.* LY. *i, & redde.* ST. *atat massum quaeritas.*
LY: *I, & redde. ego ad senem propero, ut quid comitiis*
Proximis videam, senex auri aulam perdidit.
Megadorus
Repudium renuntiat, filiam peperisse vitio resciit. ST. *hero*
Meo, quantum ego video, nemo est benignior, alii non quod
Inventum est non occulunt modo, negant, occulunt vaniloqui. *(pagatum*
Sed aliud post aliud, si qua sit oportunitas, har-
Volut: si Elusine sit, facilè deā creduāt, si Cocyto,
Non videre quem batuat, ita neq; amicis, neque cognatis,
Neq; dis parcūt, dū benè parcāt sibi, istic quidē
Nè miserum faciat senem, aut illius familiam opulentam,
Auri aulā, grandē, onustā, plenā, referri jubet,
Ut se faciat olim miserum atque suam familiam, ast ego partem
Impartiri malim, unde redimar, quod vortat benè, picus
A sinistris cantitat, qui auri custos herclè olim traditur.
Ibo, & aulam referam, quod illaec mihi benè avis occinat.

Quae Plauti esse cur negemus nihil est causae, & facilè probabit Nonius in *Pervico*, qui hoc fragmen-
tum

tum, etsi paullo aliter, citat. Verum mutila quidem nihilominus hæc Comœdia, & subvenire conatus ante seculum Antonius Codrus Urceus, vir doctrinâ & ingenio inter primos Italiæ suę, additis cxxiii. versibus in duas scenas distributis, qui & in vetere meo codice habebantur. Sed age, versus istos quos apposui examinem. In principio valdè personæ cōfusæ; ego sic restituo.

LY. *quid hic quondam pervicus addit?*
Non feram n' unquam? ST. *quod non habeo.*
LY. *efferaris cave,*
Nisi actutū seni id auri redditio est. ST. *sive,* &c.

Dixit *Non feram n' unquam,* κατὰ τμῆσιν, pro, *Nonne feram unquā.* Posteà, *Si Eleusinie sit f.d.c. si Cotytto.* Ἐλευσινία Ceres, Κωτυττώ, dea notissima, cujus sacra Κοτύττια. Horat. Epod. *Inultus ut tu riseris Cotyttia.* In præcedentibus verò quid *arrogia* sibi velit, quid *crassum,* & *massum,* quid, *Certum est geminam te lāceam confitentem icere,* ingenuè fateor me nescire. Fortè pro *atat massum quaritas,* legi possit, *atat incassum quaritas.* Sed amplio; & Aululariâ omissâ ad Captivos transeo.

Amplissimo Viro

IANO DOVSAE

Nordovici Domino, in supremâ Bataviæ Curiâ Consiliario, & Academiæ nostræ Curatori.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVi Plautum tuum Comœdiæ Latinæ parentem despectui habent, Vir Nobilißime, de Apuleii mihi prosapiâ videntur, id est, inter asinos præcipui, nam aureus ille fuit. Adeóque digni sunt, quos rudentes perticâ comprimeremus: sed nos agasones non sumus. Nolumus verò istis errorem suum vel invidere, vel eripere: hoc hominis esset malè abs re suâ otiosi, illud fatui. Tu cum à gravioribus curis respirabis, hæc mea ad Captivos leges, & corriges: primum, quia humanus es voles; alterum, si voles, poteris. voles autem, quia possis.

AD CAPTEIVOS.

Cap. I.

Cume. Prætextatum pro obſcœno. *Parecta-ti. Victare. Primodum. Reconciliaſco. Quid-dam. Incipeſſo. Tederga. Mavolim. Volim.*

IN ipſo Prologo excidit elegans ἀρχαϊσμὸς, qui hiulcum facit verſum

Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis.

Scribſit Comicus, *cume Aliis*. Ita ſcenâ ſequente.

Ita nunc belligerant Ætoli cum Aliis.

Similiter *cume* ſcribendum: nam *Cume* veteres dicebant ut *Tame*, *Quame*, pro *Cum, Tam, Quam*. Aliquando etiam D. interſerebant, *Cumde*, *Tamde*, *Quamde*. Eodem Prologo.

Non pertractatè facta eſt, neque item ut cætera,

Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.

Quid? an hæc fabula minus elaborata quam cæteræ? herclè nō eſt. Scribo. *Non prætextatè*, id eſt, ſcurrilitas nulla ineſt, quod & ſequenti verſu dicit: nam *Prætextatum* pro obſcœno veteres ponebant. Agellius lib. IX. cap. X. *Non prætextatis, ſed puris honeſtiſque verbis, venerandum illud concubii pudici ſecretum neminem quemquam alium dixiſſe.* Macrobius Sat. lib. II. cap. I. *Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cavillatio, vicem planipedis, & ſabulonis impudica ac prætextata verba jacientis.* Ex Pompeii tamen fragmentis cognoſcimus, quoſdam etiam pro pudico uſurpaſſe, quia prætextatis obſcœna verba loqui nefas erat. Poteſt etiam *parectatè* legendum

 vide-

videri: id erit, *juveniliter lasciviens*, quod eodem recidit, nam *Parectati* olim juvenes nuncupabantur, ut est videre apud Nonium. Lucilius.

Inde parectato chlamydes, ac barbula prima.

Sed transeo ad Act. 1. Sc. 1. misso Prologo. Eâ scenâ eleganter admodum parasitorum nobis mores deformat orationis lepidæ penicillo Ergasilus, qui ipse eam artem factitabat, his verbis.

Iuventus nomen indidit scorto mihi
Eò quia invocatus soleo esse in convivio.
Scio absurdè dictum hoc derisores dicere,
At egò aio rectè. Nam in convivio sibi
Amator, talos cum jacit, scortum invocat.
Estne invocatum, an non est? est planissumè.
Verùm herclè verùm nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat.

Ludit facetè in voce *Invocatus*, sed posteriora illa luxata sunt, & transposita; sic restituo.

Amator, talos cum jacit, scortum invocat.
Verùm herclè verùm nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat.
Estne invocatum, an non est? est planissimè.

Attēdet, & judicabit serius Lector. Pergit Ergasilus.

Item parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo,
Dum ruri rurant homines quos ligurriant.

Poscunt secundo versu numeri *victant*, ut in meo codice erat exaratum. Dicebāt veteres *Victo, Victito.* quómodò *Dicto, Dictito.* etsi *Victito* usitatius. Sc. *Adverte animum.*

Multis

Multis & multigeneribus opus eſt tibi

Militibus primum dum opus eſt piſtorienſibus.

Vet.cod. *primodùm opus.* Rectè *Primodùm* pro *Primò*, ſicut *Eho, Ehodum.*

In his diebus me reconciliaſſere.

Scribo, *reconciliaſcere*, ut *Hiaſcere, Labaſcere.*

PA. *Sed quid tu id quæris?* HE. *quia mihi natali'ſt dies.*

Propterea te vocarier ad cænam volo.

Probum cêſeo, *Sed quiddum id quæris?* quod in vet. cod. invenio. Nam Comici τῷ *Dum* explendi metri utuntur. Sc. *Si dii immortales.*

In re malâ animo ſi bono utare, adjuvat.

Nihil temerè mutaverim, tantum hoc dixerim, fore magis ex phraſi Comici noſtri, ſi legamus, *id juvat.*

Sed brevem orationem incipiſſe.

Vet.cod. *incipeſſe.* Dicebant, *Incipio, Incipeſſo.* Sicut *Lacio, Laceſſo. Facio. Faceſſo. Capio, Capeſſo.* & alia ad eam faciem.

——— nunc oro per precem,

Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris.

Scribo, *Et per mei tedergà bonitatem patris.* Dicebāt *Tedergà*, quomodo *Medergà.* de quo alio loco dicemus. Sc. *Jam ego.*

Sed viden'? fortuna humana omnia fingit artatque ut lubet.

Mavelim, *fingit aptatque*, nam *Fingit* heic valet πλάττει.

Num qua cauſſa eſt, quin ſi ille huc non redeat, viginti minas

Mihi des pro illo? ———

Corrigo poſcentibus muneris ex vet. cod. *viginti mnas*. Quam Græcanicam eſſe inflexionem ſatis oſtendimus ſuprà. Sc. *Nunc illud.*

Nunc illud eſt, cum me fuiſſe quam eſſe nimiò mavelim.

Lego, *nimiò mavolim*, ex Langii libris: nam veteres *Mavolim*, & *Volim*, ut *Nolim* dicebant. Priſcianus lib. IX. *Pro Volam Velim authoritas non irrationabiliter tradidit dicere: & Volim tamen pro Velim proferebant antiqui. Cicero in II. de Nat. Deorûm. Quo facilius id quod docere volimus intelligi poſſit. Sc. Quo illum.*

Ariſtophontes, qui ex paratâ re imparatam omnem facis.

Præfero vet. cod. lectionem. *qui ex paratâ imparatam rem omnem facis.* Quod magis Plautinum.

Si hujus huc reconciliaſſo in libertatem filium.

Scribo, *Si hujus huic.* Metri gratiâ; Tum quia paullò poſt ſic dicit.

——— *efficiam tamen ego id, ſi di adjuvant.*
Illum reſtituam huic. ———

——— TY. *Heus, audin' quid ait, quin fugis?*
Iam illic hic nos inſectabit lapibus, niſi illum jubes
Comprehendi. AR. *crucior.* TY. *ardent oculi. fit opus Hegio.*

Melius vet. cod. *fune opus Hegio.* ſcilicet quo conſtringatur comprehenſus.

Cap.

Cap. II.

Aiax abigeus, melancholicus. *Nuculeus. Fodare. Impensus. Impensa. Trygon.* Capteivei aucta. *Cora. Alatrium, Aletrinum,* coloniæ. Frontinus correctus. *Manticinari. Monerula.*

Eâdem illâ Scenâ.

Ornamenta absunt, Aiacem, hunc cum vides, ipsum vides.

Scio quî heic viri docti *Ornamenta* interpretentur, sed contemno prę quod in vet. codice invenio, *Armenta absunt.* Nam profectò Aiax abigeus fuit, & pecora abegit. Lycophron.

τῦ λύσσαν ἐν ποίμναισιν αἰχματηρίαν
χέαντ@. ———

Ad quē locum vide quæ notamus. Porrò dum Aristophontem hunc Aiaci comparat Plautus, ostendit herois illius furorem manasse ex melancholiâ, nam anteà de Aristophonte dixerat Tyndarus.

Viden' tu illi maculari corpus totū maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem. ———

In eâdem mente Celsus invenitur, qui lib. VI. cap. XVIII. sic ait. *Quidam imaginibus non mente falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem poëtarum fabulæ ferunt.*

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Membranæ illæ Langii optimi, *Nuculeū amisi.* Optimè; & est ἀρχαϊσμὸς, quē hactenus nemo animadvertit. Veteres enim dicebant, *Nuculeus, Nucleus. Tempulum, Templum.* Quâ facie, *Periculum, Periclum.*

Mihi des pro illo? ———

Corrigo poscentibus muneris ex vet. cod. *viginti mnas*. Quam Græcanicam esse inflexionem satis ostendimus suprà. Sc. *Nunc illud.*

Nunc illud est, cum me fuisse quam esse nimiò mavelim.

Lego, *nimiò mavolim*, ex Langii libris: nam veteres *Mavolim*, & *Volim*, ut *Nolim* dicebant. Priscianus lib. IX. *Pro Volam Velim authoritas non irrationabiliter tradidit dicere: & Volim tamen pro Velim proferebant antiqui. Cicero in II. de Nat. Deorûm. Quo facilius id quod docere volimus intelligi possit.* Sc. *Quo illum.*

Aristophontes, qui ex paratâ re imparatam omnem facis.

Præfero vet. cod. lectionem. *qui ex paratâ imparatam rem omnem facis.* Quod magis Plautinum.

Si hujus huc reconciliasso in libertatem filium.

Scribo, *Si hujus huic.* Metri gratiâ; Tum quia paullò post sic dicit.

— *efficiam tamen ego id, si dì adjuvant.*
Illum restituam huic. ———

—— TY. *Heus, audin' quid ait, quin fugis?*
Iam illic hic nos insectabit lapibus, nisi illum jubes
Comprehendi. AR. *crucior.* TY. *ardent oculi. fit opus Hegio.*

Melius vet. cod. *fune opus Hegio.* scilicet quo constringatur comprehensus.

Cap.

Cap. II.

Aiax abigeus, melancholicus. *Nuculeus. Fodare. Impensus. Impensa. Trygon.* Capteivei aucta. *Cora. Alatrium, Aletrinum,* coloniæ. Frontinus correctus. *Manticinari. Monerula.*

Eadem illâ Scenâ.

Ornamenta absunt, Aiacem, hunc cum vides, ipsum vides.

Scio quî heic viri docti *Ornamenta* interpretentur, sed contemno prę quod in vet. codice invenio, *Armenta absunt.* Nam profectò Aiax abigeus fuit, & pecora abegit. Lycophron.

τοῦ λύσσαν ἐν ποίμναισιν αἰχματηρίαν
χέαντος. ———

Ad quē locum vide quæ notamus. Porrò dum Aristophontem hunc Aiaci comparat Plautus, ostendit herois illius furorem manasse ex melancholiâ, nam anteà de Aristophonte dixerat Tyndarus.

Viden' tu illi maculari corpus totū maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem. ———

In eâdem mente Celsus invenitur, qui lib. VI. cap. XVIII. sic ait. *Quidam imaginibus non mente falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem poëtarum fabulæ ferunt.*

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

Membranæ illæ Langii optimi, *Nuculeū amisi.* Optimè; & est *ἀρχαϊσμὸς*, quē hactenus nemo animadvertit. Veteres enim dicebant, *Nuculeus, Nucleus. Tempulum, Templum.* Quâ facie, *Periculum, Periclum.*

clum. Vinculum, Vinclum. Sic Casinâ. Sc. primâ.

Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

Eædem membranæ. *nuculeum esse.* Sc. *Injicite huic.*

HEG. *Vetuin' te quicquam hodiè mihi falsum proloqui?*

TY. *Vetuisti.* HEG. *cur es ausus mentiri mihi?*

TY. *Quia vera obessent illi cui operam dabam,*
Nunc falsa prosunt. ———

In iisdem membranis. *Votuin' te.* Lego, *Voluin' te,* & secundo versu. *Voluisti.* Quam veram esse lectionem nemo audebit diffiteri. *Ibi cum octonos alii lapides effodint.* Nulla hoc analogiâ potest defendi: scribo, *effodent. Fodare* veteres pro *Fodere* extulisse testatur Festus. Sc. *Quanta in pectore.*

Quid hic homo tantum incipissit facere, cum tantis minis.

Vet. cod. *incipessit.* Quod rectum esse ostendi superiori capite.

Va misero illi, cujus cibo iste factu'st imperiosior.

Codex vetus, ut & mēbranæ Langii. *factus est impensior.* Quod profectò longè rectius. Elegans dictionis notio minus intellecta corrumpendo loco fuit. *Impensus* enim heic valet, farctus; quomodo *Impensa,* farctura, Arnobius lib. VII. *Quid cum libis, quid diversis cum fratribus, cōfectionis jure multiplici atque impensarum varietate conditis.* Vide incomparabilis herois Iosephi Scaligeri ad Varronis quartum extremum. Idem est quod posteà dicit.

Satur homo est, habet profectò in vētre confidentiā.

HE. *Ignem ingentem?* ER. *ita dico, magnus ut sit.*
HE. *Quid in eo volt urier?*

Corrigo, *quid in eo volis urier?* pro *velis,* ἀρχαϊκῶς.

Sequi-

Sequitur mox.

Horæum, scombrum, & trigonum, & cetũ, & mollem cascum.

Vet. cod. *& trygona, & cetum.* Si quid judico, haud paullò integrius. *Trygon*, est purũ putum Græcanicum, τρυγὼν, & eum designat piscem, qui pastinaca marina Latinis.

HE. *Esurire mihi videre.* ER. *mihi quidem esurio, non tibi.*

HE. *Iupiter te dîque perdant.*

Vet. cod. & Langii membranæ inserũt totum octonarium.

Tuo arbitrâtu facilè patior. HE. *credo cõsuetus puer: Jupiter t. d p.*

Sed ita personas distinguo, ut in codice meo offẽdo.

HE. *Tuo arbitratu facilè patior.* ER. *credo consuetus puer:*

HE. *Iupiter*, &c.

Mutilum tamen adhuc Ergasili responsnm, itaque censeo plus deesse, vel versum unum ad minimum: nisi velimus dicere interruptum ejus sermonẽ Hegionis imprecatione, quod facile dederim. Quin exempla eimodi alia passim in Plauto obvia.

Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit?
ER. νὴ τὰν σόραν.

Membranæ langii, & vet. cod. νὴ τὰν κόραν. Ergo juramentum erit per Proserpinam, sicut anteà dixit, μὰ τὸν Ἀπόλλω. Sed & colonia esse potest, qualem Livius lib. II. eo nomine nuncupat. unde etiam Corani Plinio lib. III. cap. V. Posteà ait,

νὴ τὸ ἀλάτειον.

Quod rectum est, firmaturque auctoritate vet. cod. & mem-

& membran. Lang. Frontinus quoque lib. de Coloniis. *Alatrũ muro ducta Colonia populus deduxit, iter populo non debetur. ager ejus per centurias & strigas est assignatus.* Lego, *Alatrium muro*, &c. Hinc *Alatrinates* apud Livium extremo IX. Lambinus edidit, νὴ τὸ ἀλέτειvov. Hinc *Aletrini* Plinio lib.V. cap.XI. *Aletrinates*, cap.V. ut & in veteri lapide.

EX. DECRETO. DECVR
MVNICIPII. ALETRINAT

Item in alio.

Q. MINVCIVS. Q. L. ANTEROS. VI. V
AVGVSTAL
HIC. SEVIRIS. AVGVSTAL. ALETRIN

Pergo in Plauto.

Nam hercle nisi mantiscinatus probè ero, fusti plectito.

Nauci non est hæc lectio. Vetus codex rectius *manticinatus.* Ludit eleganter voce semigræcâ, nam à μάντις deducit *Manticinari*, ut à *Vates Vaticinari*.

Æternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas.

Vet.cod. *dapinabo victum*. ut & membranæ Langii. Sc. *Vidi ego.*

Nam ubi illò adveni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitet.

Langii mēbranæ, *aut monerulæ.* Est ἀρχαϊσμὸς. Nam *R.* & *D.* promiscè inter se commutabant. *Feretrius, Fedetrius. Meridies, Medidies.* & talia.

Amplis.

Amplissimo Viro

IACOBO BONGARSIO

Christianiss. Gall. Regis in Daniam & Germaniam Exlegato.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

IRascor propemodum Plauto meo V. N. cum naturæ meæ vim infert, & impudentem me facit; nam viris genere, honoribus, doctrinâque claris, leves hujusmodi Notas oggerere, quid aliud est quam hominis effrontis, & de familiâ, ut Comicus hic noster loquitur, durorum Capitonum? Fateor, nec caussam dico: sed veniæ mihi spes in humanitate tuâ eximiâ, quæ efficiet ut difficilis ne sis. Reprehendebat olim Albinum Cato, quod deprecari culpam, quàm carere eâ maluisset; abutar præjurationis verbis, IDEM IN ME. *Peccavero tamen nihil, nisi tibi videbor. non videbor autem, si placuerint hæc ista: atque ita jam Censoris istius effugero notam. Si verò displicuerint, tam pereant quàm extrema faba: & hoc etiam modo effugero, cum non erit amplius pro quo culpam deprecari necesse habeam. Placeant ergo, aut perde: vel parce quoque, dum modo ut culpâ vacem præstes.*

AD
CVRCVLIONEM.
Cap. 1.

Munire, inusitatâ notione. *Mortare*. Festi lectio defensa. Polenta Stoicorum cibus. In Charisio lacuna indicata; item medicina ei facta. *Trit. Pleni* dentes. *Plena*. Plauti defensa lectio, & explicata. item Lucilii & Arnobii.

SC. *Flos veteris vini*. Paciscitur lena cum Phædromo si velit curare ne sitiat facturam se ut amore suo potiatur; ad quod respondet Phædromus.

Tibi næ ego si fidem servas mecum,
Vineam pro aureâ statuâ statuam, quæ tuo
Gutturi sit monumentum.

Temerè hæc sollicitare nolo. Tamē in vet. cod. erat *munimentum* quod non reiculum omninò, ut sensus sit, Vineam tibi pro statuâ statuam, quam ingurgites. Est verò metaphora à cibo: nam veteres *Munire* usurpabant etiam pro mandere cibum: atque hinc est quod in Festi Fragmentis legitur. *Munitio, mortificatio ciborum.* ubi malè vir magnus *morsificatio* reponendum censet. Antiquis enim *Mortare* erat cōterere, unde *Mortarium*, vas ei usui destinatū. Sc. *Date viam.* Quam lepidè superbit Curculio parasitus, & omnibus obviam futuris, nisi de viâ decedant, verbera se intentaturum minatur. Ait autem inter cætera.

——— *eos ego si offendero,*
Ex unoqueq; eorum excutiam crepitū polentariū.

Mendosam hanc lectionem, etsi non omnes primâ fronte

fronte ita iudicabunt, ego pronuntio, nec vereor ut nimis audacter. In vet. cod. erat, *ejiciam crepitum*: sed rectissimũ est quod MSS. Langii præferunt. *Exciam crepitum*. Dixit *Exciam* quod frequentativâ formâ alii sæpius *Excitabo*. Nec aggerat mihi quis istum Charisii locum lib. 1 1. *Trit. Nævius in Corollariâ, significat autem vocem murum, ut Plautus inquit, Ejiciam crepitum polentarium, id est peditum, in Curculione*. Vocat Philosophorum Stoicorum crepitum *polentarium* eleganter & facetè, quia nimirum polentam ederent. Ludit Persius Sat. III.

Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores,
Quaque docet sapiens bracatis inlita Medis
Porticus insomnis, quibus & detonsa juventa
Invigilat siliquis, & grandi pasta polentâ.

Porrò in Charisio nihil ferè incorruptum. In principio deest Nęvii exemplum, in quo *Trit* legebatur: ergo rescribo. *Trit. Nævius in Corollariâ.* * * *. *Significat autem vocem murum: ut Plautus inquit, crepitum polentarium, id est, peditum, in Curculione.* Nam istud *Ejiciam* diligens librarius adjecit, qui Plauti versum memoriâ tenebat; unde etiam colligere licet jam tum in quibusdam codicibus depravatam hanc vocem fuisse. Sensus verò Charisiani illius loci. *Trit significat vocem murum, aut, ut Plautus inquit, crepitum polentarium, id est peditum.* Sequitur posteà.

Os amarum habeo; dentes plenos, lippiunt fauces fame.

Magnæ heic & plusquam Cimmerię tenebrę Lambino, viro cætera doctissimo: adeò ut se explicare nullus possit. Ego explicabo, ne quis cum illo posthac

hac impingat. *Pleni* dentes sunt quos Ovidius *scabros rubigine*, Petronius *æratos scabrâ rubigine* appellat; quosque ita sordes infestant, ut muccus nares. Sic *Plena* numero plurali substantivè pro sordibus apud Arnobium lib.VI. *Non hirundines denique intrà ipsos ædium circumvolantes tholos, jacularier stercoris plenas, & modò ipsos vultus, modò numinum ora depingere?* Et malè etiam istam lectionem sollicitârunt viri magni, mendique suspectam censuerunt. Est verò *Plenus* idem quod *Blennus*, secundùm antiquam scribendi rationem; quia veteres *B* & *P* inter se commutabant, neque consonantes geminabant. Lucilius.

Deblaterat plenus, bonũ rusticũ concinit unâ.

Qui locus hactenus valdè torsit Criticos, dum alius *plenus*, alius *blennus* putat restituendum. Præterea est Græcanicum. Etymologici auctor. Βλέννα, μύξα. οἱ δὲ διὰ τοῦ π, πλέννη, καὶ πλέννα τὰ ἀσθενῆ καὶ δυσκίνητα.

Cap. II.

Lassæ lactes. *Pane*. Plautus à Charisio culpatus. *Summanare*. *Dicare*. Lintea tondendis injici solita. *Met*. *Nis*. Afranius emaculatus.

Eadem scenâ, eodem loco.

Ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Vet.cod. *laxis*, ut & Nonius, citat. Sed est ἀρχαϊσμός. Eodem modò *Adassint* dixit pro *Adaxint*, Aulularia, ut ibi monui.

Trigintà minis, vestem, aurum: & pro iis decem coaccedunt.

Etiã heic, ut alibi aliquoties, Græcâ inflexione numeris

meris exigentibus vet.cod. habebat, *Triginta mnis.*

Hæc sunt ventri stabilimēta, panē, & assa bubula. Vet.cod. *pane, & a.b.* Atque hæc vera lectio. Veteres *Pane* & *Panis* efferebant. Nonius. *Panis consuetudine masculino genere appellatur. Neutro Plautus Curculione. Hæc sunt*, &c Sed hoc ut ineptum carpit Charisius lib. 1. *Panis masculino genere dicitur. nam etsi neutro genere Plautus dixit, Pane & assa bubula, tamen vitiose.* Nec alio Arnobium oculos habuisse existimaverim lib. 1. cum stribiligines gētilium exagitans ait. *Non item apud vos est positum hoc Pane, & hic Panis?* Sc. *Beatus.*

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,
Summano, ob eam rem me omnes Summanū vocat.

Scio Summanum rapacem esse, ideóque non improbo quod Lambinus hinc fictum comminiscitur; si tamen seorsum sentire licet, putaverim *Summanare* dixisse Plautum propter euphoniam, pro *Submanare*, id est ὑποχέειον ποιεῖν; & ludere voluisse in alliteratione. Sc. *Ἰ tu pra.*

LY. *Tacuisse mavellem.* LE. *hau malè meditate,*
malè dicax es.

In vet. cod. erat. LE. *Haud in malè meditantem malè dicassis.* Optimè, & est Ἀρχαϊσμὸς, *Dicassis* pro *Dixeris.* Nam veteres indifferenter pronuntiabant *Dicere, Dicare*, ut *Lavere, Lavare. Tonere, Tonare. Boere, Boare.* & alia ejusmodi. Sc. *Quoi homini dii.*

At ita me volsellæ, pectē, speculū, calamistrum meū
Benè me amassint, meaque axicia, linteumque extersum.

Linteum leno intelligit hic quod tondendo injiciebatur: ideóque rectè cum axiciā, id est forfice quo

capilli secantur, conjungit. Solebat autem tondendis vestium integumentum injici, ne fœdarentur: idque linteum fuisse ex hoc loco apparet. Capt. Sc. *Iam ego revertar.*

Nunc senex est in tonstrinâ, nunc jam cultros attinet.

Ne id quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet.

Sc. *Phædrome, propera.* Curculio opem Phædromi implorat adversus vim militis.

CV. *Phædrome, obsecro serva me.* PH. *tanquam met Genium meum.*

Hanc veram & rectam esse lectionem fatebor, cum quis probaverit Genium in hominum, non in Genii homines fuisse tutela: nunc, quando id nemo sanus dixerit, corrigo liberè.

PH. *tanquam met Genius meus.*

Sensus facillimus. *Met* verò pro *Med*, sive *Me* antiquâ scribendi ratio est, quod eo monitum volui, ne quis pro expletivâ particulâ haberet. Sc. *Argentariis malè.* Planesium pro Cappadoce lenone deprecatura fratrem inquit.

Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.

Corrigò. *hunc indemnatum p.* Nam Cappadox antè dixerat.

——prò deûm atque hominum fidem!

Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi?

Hanc conjecturam meam etiam vet. cod. stabilit, in quo signatè ita pòst perscriptum inveni.

MI. *Ego te in nervum, haud ad prætorem rapiam, ni argentum refers.*

CA:

CA. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias.*

Nauci non est τὸ *nescias*. Rescribo, *noceas*. Elegans ἀρχαϊσμὸς. *Me* pro *Mi*, sive *Mihi*. Talis ille Afranii Vopisco.

— malè merentur de nobis heri,
Qui nos tantoperè indulgent in pueritiâ.

Sed corrigo, *Qui nis*. Veteres *Nis* pro *Nobis* dicebant. Festus. *Calim antiqui dicebant pro Clam. ut Nis, pro Nobis: Sam, pro Suam: Im, pro Eum.* Vel sanè *Me* poterit esse quartus casus, & tunc nihilominus erit ἀρχαϊσμὸς. Sic Milite, Sc. ultimâ.

Iura te non nociturum esse hominem de hâc re neminem.

Et paullò pòst.

Iuro per Dionam & Martem me nociturũ neminẽ.

Ita enim ibi legendum ostendemus suo loco. Tale est quoque quod eâdẽ scenâ legitur sub exodium.

Magis metuant, minus has res studeant.

Item Amphitruone.

Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.

Clariss. Viro

NICOLAO FABRO

Christianiss. Gall. Regis Consiliario, & Illustriss. Principi Bourbonio A studiis.

IOANNES MEURSIUS S. D.

QUanta in te eruditio sit, quanta humanitas item, V. CL. nemo paullum modò doctior, nemo humanior est qui ignoret: & hujus utriusque singulari splendore animos tibi eorum devinxisti omnium, qui eruditum esse & humanum quid sit sciunt, & curant. Atque ut verum fatear, non aliæ res me impulerunt, ut hæc ad Plautum judicio tuo elegantissimo committerem. Quanquam quid impulerunt? libentissimè id feci, si quid unquam. Invitus tamen quodammodò, quia vix à verecundiâ meâ, ut his talibus tibi importunus esse auderem, impetrare potui: atque ita nihil à vero alienum dixi. Quicquid horum erit, non ingratum fore spero meum in te amorem observantiamque. Amabis itaque me, si potes, & hæc ad Casinam Plauti examinabis: quod quidem impetrabo abs te non difficulter, aut pro me Plautus: A judicio tuo pendebo, ut à magnete Planis annuli ferrei.

AD CASINAM.

Cap. I.

Postideà. Interideà. Glossæ correctæ. *Ni* pro *Ne. Femina* pro *Hemina.* etiam *Semina. Hospicari.* Iuno *Hospita.* Martiani lectio defensa. *Reddebo. Mellilla. Mellina.*

Sc. *Saluere jubeo.*

Ejicite ex animo curam, atque alienum æs.

Vet. cod. *Ducite ex animo.* Quid si? *Diicite ex a.* Deinde.

——— Diphilus

Hanc Græcè scripsit, post id rursum denuò

Latinè Plautus cum latranti nomine.

Vet. cod. *post id eam rursum d.* Scribo, *postideà rursum.* Nam dicebant, ut notú est, *Antideà, Postideà. Interideà.* Et malè hodiè in Glossis legitur. *Entoridià, ἐν τῷ μεταξὺ.* Scribo, *Endoterideà,* pro *Interideà.*

Hera facit, educavit magnâ industriâ,

Quasi si esset ex se nata, non multò secus.

Melior lectio veteris codicis *Quam si esset,* &c. Sub exodium scenæ.

Mox herclè verò, transactâ fabulâ.

Non satisfactum legi metricæ, itaque rescribo ex veteri codice.

Mox herclè verò post, transactâ fabulâ.

Sc. *Non mihi.*

Quid in urbe reptas villice hîc magni pretî?

Vet. cod. *i. u. restas villice hic nõ magni p.* Transpono.

Quid in urbe hîc restas villice non magni preti?

Sequitur.

Chaline non sum oblitus officium meum.

Scribo ex vet.cod.

Chaline non sum ego oblitu' officium m.

Sequitur.

Mea præda est illa, proin tu te in laqueum induas.

Vet. cod. *in laqueum ne duas.* Melius omninò, aut certè, *in laqueum ni duas.* ut sit ἀρχαϊσμὸς Plauto conveniens.

Ex sterquilinio effosse, tua illac præda sit?

Vet. cod. *E.s. effossa tua illac præda'st.* Nec minori elegantiâ, aut facetiâ.

Dabitur tibi amphora una, & una semita,

Fons unus, unum ahenum, & octo dolia.

Scribserim, *& una femina*, ἀρχαϊκῶς pro *hemina.* Sic dicebant, *Hostis, Fostis.* & similia. Possis etiam, quod propius vulgatam lectionem accedit, *& una semina* legere. Veteres enim *H* & *S* inter se commutabant: sic *Hospicari* gemino archaismo pro *Suspicari* dicebant, itáque extulit Claudius Quadrigarius Hist. VIII. Diomedes lib. I. *Quod nos Suspicatur veteres Hospicatur dixerunt. Claudius VIII. Hist. hospicatur ait.* Eâque ratione *Hospita* Iuno eadem quæ *Sospita* vulgò. Martianus Capella lib. I. *Iunonis verò Hospita Genius accitus ex nonâ.* Peccãt, qui mutant. Statius ecce similiter lib. III. Sylv. I.

Quo pater ætherius, mensisque accita Deorum

Turba, & ab excelso veniat soror Hospita templo.

Sed negabitur conjectura hæc mea valere, ut legi metricæ contraria, cum *Hemina* mediam producat: illis respondeo trimetros terminari tam spondeo,

quam

quam jambo, atque hoc pro me præstabunt abunde ipse Plautus, Terētius, & Priscianus libro de versibus Comicis.

——— quod te postules
Gustare quicquam: nunquam adepol jejunium
Iejunum est aquè, atque ego ruri reddibo te.

Vet. cod. aliter interpungit, & legit.

Gustare: quicquam nusquam adepol gentium
Iejunum est aquè, atque ego te ruri reddibo.

Sanè optimè. Deinde lego, *reddebo te*, ἀρχαϊκῶς. & ineptit Nonius. Sic *Dicebo* Nævius Pathicis

——— primùm quod
Dicebo rectè, secundum quod dicebo eò melius.

Item *Fidebo*. Idem Nævius loco citato.

Tibi cum fidebo, fidelis ero.

Nam solebant pleráque verba & secundâ & tertiâ conjugatione efferre, quod etiam memini monere ad Catonem, natus error ex scriptura, nam librarii *I* pro *E* scribebant.

Mea vita, mea medullà, mea festivitas.

Vet. cod. & Lang. membr. *mea mellilla, mea f.* Optimè: est ὑποκοριστικὸν verbi *Mellina*, quo alibi nō semel utitur; quamvis malè hodiè in vulgatis *Mellinia* pro *Mellina* legatur. Rectè enim meus codex *Mellina* semper refert.

Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.

Constituo tetrametrum, & scribo.

Meus pullus, meus passer, &c.

Facilè potuit elabi hæc vox toties repetita.

Quùm mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer
Quasi mus in medio pariete versabere.

Vetus codex aliter.

Qùm mihi isthæc dicentur, tum tu furcifer
Quasi mus in medio parietis vorsabere.

Constituo trimetrum, & scribo. *Quòm isthæc mihi dicentur, tum tu f.* Nam τὸ *dicta* aliquis malè feriatus adjecit.

CH. *Nunc ne tute mihi respondere postules*
Abeò intrò, tædet sermonis tui. OL. *te sequor.*

Ineptum hoc. Quomodo enim Charinus Olympionē responsum exigere poterat, cum ipse Olympio longo isto præcedenti sermone eum compellasset? Melius vetus codex.

Nunc, ne tu respondere postules me tibi.

Sed luxata sunt ista, & transponenda in trimetrum.

Nunc, ne tu tibi me respondere postules.

Hęc verissima hujus loci lectio.

Cap. II.

Optio. Opio. Festus correctus. *Horior. Deliquum. Antedire. Initio. Munditior. Impetrasco.* Lucilius emendatus apud Nonium. *Impetrasso. Amasso.*

Sc. *Obsignate cellas.*
——— *atque èa ipsa eccam egreditur*
Foràs, non pol per tempus iter incœpi.

Scribo ex vet. cod.

——— *atque ea ipsa eccam foras*
Ingreditur, non pol hoc mihi per tempus incœptum (est iter.

ut sit octonarius. Sc. *Sequimini.*

Nec mihi ius meum obtinendi copia est.

Vet. edit.

Nec mihi meum jus obtinendi optio est.

Trans-

Transpono, *est optio*. Paulus Festi mutilator. *Optio est optatio, sed in re militari*,&c. Quod & Gulielmiũ occupasse video. Illud verò hâc occasione, Festi emendandi caussâ, annotandum duxi, veteres verbo primitivo *Opio* dixisse, unde frequẽtativum *Opto*, (ut *Apio, Apto. Rapio, Rapto.*) atque hinc *Optatio*, illinc *Optio* verbalia. Itaque male est apud eum, quem dixi Festum, *Prædotiunt præoptant*. Nam *Prædopiunt* scribendum. D. inseritur, ut in *Redamo*, & talibus. Similiter τȣ̃ *Hortor* iidem illi veteres primitivum *Horior* extulerunt: ut monet Diomedes lib. I.

Quando tibi nil domi deliquium est.

Vet. edit *domi deliquom' st*. Optimè, pro *Deliquum*, ἀρχαϊκῶς. Festus. *Deliquum apud Plautum significat minus*. Et video ex annotatione marginali etiam Nobilissimo Dousę hoc ipsum in mentem venisse.

Sc. *Omnibus rebus.*

Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus, nitidis antevenire.

In vet. cod. *n. nitidis antenire*. Suspicor Plautũ scribsisse, *antedire*. pro *anteire*. Nam D. ut notum est, casci illi inserebant.

— coquos equidem nimis demiror, qui utuntur condimentis.

Eos eo condimento uno nõ utier, omnibus quod præstat.

Melius vet. cod. *qui utuntur tot condimentis.*

Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo.

Vet. cod. *magis initio munditiis munditianti deo*. Rectissimè. Per Deum intelligit Amorem, cui munditianti, id est mundo, initiare se dicit. *Initiare* quid sit

ſit, nemo neſcit, qui latinas literas vel à limine ſalutârit. *Munditiari* autem dixit à *Munditia*; ſicut à *Delitia, Delitiari*.

—— CL. *nolo ames.* ST, *non*
Poteſt impetrari.

Vet. cod. *nõ potes impetraſſere.* Scribo, *impetraſcere.* Quod rectiſſimum eſt, nam dicebant, *Impetro, Impetraſco. Amo, Amaſco. Labo, Labaſco. Hio, Hiaſco.*

—— ST. *oh, perii manifeſtò miſer,*
Teneor, ceſſo caput pallio detergere? ——

Vet. edit. *pallio obtergere.* Scribo unâ literâ ejectâ; *obtegere.* Nam volebat pallio caput velare, ne uxor unguenta animadverteret, quæ jam olfacere ſe dicebat.

—— *atque me hoc credo impetraſſere.*

Corrigo, *impetraſcere* ut antè: nam *Impetraſſo* nõ eſt Indicativi modi tempus præſens, ut loquuntur Grãmatici, ſed Subjunctivi futurum, pro *Impetravero.* Sic *Amaſſo, amavero.* ut exponit Feſtus, aut potius mutilator ejus. Lego etiam apud Nonium in Lucilio, *Depeculaſcere* & *Deargentaſcere* nam malè geminatur *S.*

Cap. III.

Mos mittendarum ſortium in peluim cum aquâ. Χύτλα. Hydromantia. *Canis. Camus.* Κημὸς. *Acrè. Objicere* pro *Adjicere.*

Sc. *Qui illum.*
ST. *Qui illum dî deæque omnes perdant.*
Vet. cod. *Ut illum*, non *Qui.*
ST. *Primũ ego te porrectiore fronte volo mecũ loqui.*

CH.

CH. *Stultitia est ei te esse tristem, cujus potestas plus potest.*

ST. *Per bona frugi hominem jampridē esse arbitror.* CH. *intelligo.*

Si rectè judico, omnia hæc Stalinonis verba sunt, usque ad ultimam tertii versus vocem, itaque delenda & Chalini personæ nota, & Stalinonis ad tertium versum. Sic censueram, cum video censuram hanc meam veteris codicis authoritate & consensu probari: qui etiā in tertio versu variabat, hoc modo.

Pol bona frugi hominem te jam pridem, &c.

Ergo restituenda ad eam faciem.

ST. *Primū ego te porrectiore fronte volo mecū loqui,*
Stultitia est ei te esse tristem, cujus potestas plus potest.
Pol bona frugi hominem te jampridem esse arbitror. CH. *intelligo.*

Scenâ *Vnâ ædepol.*

——*Isthàc tu me libertate territas?*

Mirum quomodo servus libertate possit terreri: nugæ sunt maximæ. Corrigo. *libertate tentitas.* Nam videtur Cleostrata, quantum licet colligere, Olympionem servum libertatis promissione sollicitasse ne Casinam duceret. Dixit autem Plautus *Tentito*, quo modo *Scriptito, Dictito, Factito, Lectito.* Sed verior erit hæc conjectura mea. *tu me libertatet erritas*, pro, *libertated irritas.* Nam scimus *T* pro *D.* & *E* pro *I.* eos scribere solitos. Augeo verò ex vetere codice. *Quid isthâc tu me hera libertated irritas?* Alloquitur enim Cleostratam heram Stalinonis uxorem, ut ex sequentibus satis apparet.

Vnâ libellâ liber possum fieri.

Vet.cod. *possum ego fieri.* Nec temerè damno.

Sc. *Face Chaline.*

Vxor aqua. OL. *noli uxori credere.* ST. *habe animum bonum.*

OL. *Credo herclè hodiè devorabit sortes si attigerit.* CH. *tace.*

Melius est in vet.cod.

OL. *Crede herclè, hodiè d.s.s.a.*

Observandum obiter tota hac scenâ genus divinandi sortibus in sitellam cum aquâ demissis, videturque ab Assyriis manasse. Psellus de Dæmonibus, interprete Marsilio Ficino: *Est & quædam in pelui vaticinatio, per quam rustici sæpè vaticinantur. profectò quemadmodum prædictio quædam fit, id est per aërem, atque per folia, sic prædictio quædam fit in pelui, apud Assyrios frequentata & nominata.* Nec lōgè diversa putem fuisse, quæ Græci χύτλα vocarunt. Hesychius χύτλα. τὸ ἐφ' ὕδατος ἔλαιον. καὶ εἶδος μαντείας ὃ δι' ἐλαίου καὶ ὕδατος γίνεται. Planè tamen alia hydromantia de quá Isidorus Orig. VIII. sic scribit. *Est hydromantia in aquæ inspectione umbras dæmonum evocare, & imagines vel ludificationes eorum videre, ibique alia ab eis audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus divinationis à Persis dicitur allatum.* Ad hanc pertinent ista Eunapii in Iamblicho. Ὁ δὲ ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπέρκλυσιν καθήμενος, καὶ βραχέα τινὰ προσειπὼν, ἐξεκάλεσεν ἀπὸ τῆς κρήνης κάτωθεν παιδίον.

OL. *Taceo, deos quæso, tu ut quidem hodiè canem & furcam feras.*

In vet. cod. est. *camum & furcam f.* Priorem lectionem

nem non ſollicitaverim temerè, nam lego apud Feſtum τὸ *Canis* eſſe genus vinculi; *Catulus*, ait, *genus quoddam vinculi, qui interdum Canis appellatur.* Iam *Camus* ſive Κημὸς, nam purum putū Græcū eſt, frenum equorum appellatur, quod quomodo heic locum habere aliquem poſſit non video. Videtur tamen nonnihil aſſerere, quod κημὸς eſt etiam δι' οὗ κατήεσαν αἱ ψῆφοι ἐπικειμένου τῷ καδίσκῳ. ut teſtatur Pollux lib. VIII. cap. I. quod ipſum mihi nihilominus non ſatis placet. Iudicent doctiores. Mihi ſufficit duplicem lectionem propoſuiſſe, & pro utrâque aliquid dixiſſe. Reſpondet verò huic Olympionis imprecationi Chalinus, & deprecatus eam ſupplicium illi optat, ut pedibus pendeat. Sic ait.

CH. *Mihi ut ſortitio eveniat, ut quidem herclè pedibus pendeas.*

Lego, *ſ. eveniat, tu quidem h. p. p.* Quod multò elegantius: videbit facilè qui non nimis obeſæ naris. Regerit Olympio.

At tu, ut oculos emūgare ex capite per naſum tuos.
Quid times? paratum oportet eſſe jam laqueū tibi.
ST. *Periiſti, animum advortite amabo.* OL. *taceo.*

Melius ſanè vet. cod.

—— p. o. eſſe jam laqueum tibi.
Periiſti. ST. *animum advortite ambo.*

Nam τὸ *Periiſti* magis congruit ſermoni Olympionis laqueum paratum eſſe oportere dicentis. An verò *ambo*, an *amabo* legas ſuſque deque eſt.

CH. *Tu ut liqueſcas, ipſe actutū virgis calefactabere.*

Vet. cod.

Tu ut liqueſcas ipſe actutū, virgis calefacto aëre.

Facile corrigere.

Tu

Tu ut liquescas ipse actutū virgis calefactus acri.
Orta menda ex compendiosâ scriptura *calefact'*. Dixit verò *Acrè* pro *Acriter*. Solét enim adjectiva neutra usurpari adverbialiter, vel quia veteres etiã *Acrus* dixerunt, ut patet ex Cn. Matio, & Glossario, quomodo notavi Critici mei Arnobiani, lib. I. cap. XI.

Percide os tu illi hodiè. age ecquid fit? CL. *ne oblexis manum.*

Rectè Ianus Dousa V. N. legit *objexis*, ut video ex marginali annotatione. usurpavit autem Plautus *Objicere* ἀρχαϊκῶς pro *Adjicere*, (nam *Ob* pro *Ad* dixisse veteres ex Festo notum.) Ergo *ne objexis manum*, significat, *ne attigeris*. Sic posteà eadem hæc Cleostrata, cum ille nihilominus verberibus imperet, objurgans interrogat. *Quid tibi hunc tactio est?*

Cap. IV.

Mehe, ἀρχαϊσμὸς. *Ærumnulæ*. Viatorum furcæ. Carbones venundari soliti. *Carbonarius*. *Carbonariæ* cellæ. Festi & Nonii ἁμάρτημα μνημονικὸν. *Epol*. *Edepol*. *Equirine*. *Ejuno*.

Sc. *Si nunc me.*

——— *audio aperiri fores*
Mihi benevolentis, atque à me prodeunt.

In vet. cod. erat.

Mihi benevolenti, atque illi ad me prodeunt.

Rescribo, *Mehe benè volenti, atque illi a m p.* quod aliter diceret Plautus, *nō ingratiis meis*. Veteres autem *Mehe* pro *Me* dixerunt. Quintilianus Orat. Instit. lib. I. cap. V. *Mehe quoque pro Me, apud antiquos*

quos, Tragœdiarum præcipuè scriptores, in veteribus libris invenimus. Scioli isti librarii elegantem ἀρχαϊσμὸν ignorantes, tam fœdè nobis locum istum interpolarunt. Sc. *Sine modò rus.*

—— ego remittam ad te virum
Cum furcâ in urbem, tanquam carbonarium.

Vet. cod. τὸ *ego* malè omittit. Porro furcas hic intelligit, quibus viatores sarcinas & onera alligata gestabant, quas alibi noster hic Sarsinas *Ærumnulas* appellavit, ut testis istis verbis Festus. *Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant.* Observare præterea hic est olim Romæ carbones venundari solitos, atque hoc *Carbonarium negotium exercere*, dixit Auctor de Viris Illustribus, *Marcus Æmylius Scaurus nobilis, pauper. nam pater ejus, quamvis Patricius, ob paupertatē carbonarium negotium exercuit.* Qui id operis faciebat, *Carbonarius* dicebatur. Glossæ. Ἀνθρακοπώλης, *Carbonarius.* Habebāt etiam cellas certas in quibus carbones reponebant, eæque *Carbonaria* dicebantur. Glossę. Ἀνθρακοθήκη, *Cella Carbonaria.*

Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam.

Festus paullum variat.

Recessim dabo me ad parietem, i. n.

Magis multò Nonius. *Retrovorsum cedam, imitabor nepam.* Sed uterque memoriâ lapsi.

Certum est hunc Accheruntem præmittam prius.

Non peius vet. cod *C. e. hunc ad Accherontem p. p.*

OL. *Ita me dî bene ament, ut ego vix reprimo labra*
Ob istam rem quin te deosculer, voluptas mea.
CH. *Quid deosculer? quæ res est? quæ voluptas tua?*

In veteri exemplari meo erat postremus versus ali-

ter conceptus.

CH. *Quid, deosculer te? quæ res? quæ voluptas tua?*
Pro quo, si mutari debet, rescripserim. *Quid deosculere? quæ res? q.v. tua?*

OL. *Ecquid amas nunc me?* ST. *immò adepol me, quàm te minus.*

Tollo dispunctionem, & scribo.

ST. *immò adepol me quàm te minus.*

Sententia perspicua. Præterea hoc monebo, scribẽdum ubique *Edepol*, sine dipthongo. Mos enim veteribus vocales longas duplicare, & vel *H* vel *D* inserere: Itaque pro *Epol* scribebant *Eepol* & *Edepol*, sicut *Mecum, Meecum, Medecum*, & similia. Nam *Epol* dicebant, quomodò *Ecastor, Equirine, Ejuno*. Quæ duo postrema non ubique obvia. Prius est apud Festum legere, posterius apud Sosipatrum lib. I I.

Ut hic sit secum, se adjuvet, cubet secum.

Vet. cod. *se adjutet, c. s.* quod non injuria prætulerim. Amat enim Plautus frequẽtativa ista usurpare.

Tu rus uxorem duces. id rus hoc erit,

Tantisper dum ego cum Casinâ faciam nuptias.

Magis placet vet. cod. lectio.

—— id rus domus hæc erit.

Intelligit domum vicini sui, cujus paullò ante mẽtionem fecit. Sc. *Nunc amici.*

Sed tu cave inquisitioni mihi sis. AL. *usque adero domi.*

Vet. cod. *S.t.c. in quæsitione mihi s.* Quod firmat conjecturam Dousę legentis, *in quæstione.*

Cap.

Cap. V.

Qui ἀρχαϊσμὸς, pro *Cui*. Serui ſale empti olim. *Occaſo. Caſo. Caſabũdus.* Flos Liberi. Ἄνθος ἡφαίστου, Ἄνθος πυρὸς. *Malum peſſimumq́;.*

Sc. *Vt properarem.*

Sed eccum egreditur, ſenati columẽ, præſidiũ popli,
Meus vicinus, meo viro qui liberum præbet locum.
Non ecaſtor vilis emptu'ſt, modius, qui venit, ſalis.

Hæc Cleoſtrata loquitur iracunda, & planè εἰρωνεύουσα; itaque vituperium eſt Alceſimi, non laus. Locus autem difficilis, qui Lambino & Douſæ (at quibus viris?) non parum exhibuit negotii. Quibus ut aſſentiar nondum perſuaſus ſum. Mihi videtur legendum.

Non ecaſtor vili eſt emptus, modius qui venit ſalis.

Et vet. cod. *vili* habet, non *vilis*. Exprobat autem ei olim ſervum fuiſſe, & ſalis modio venum iviſſe. Nã ſervi ſale olim empti. Pollux lib. VII. cap. 11. Ἀλώνητοι ἐκαλοῦντο οἱ μηδενὸς ἄξιοι τῶν οἰκετῶν, ὅτι τῶν θρᾳκῶν οἱ μεσόγειοι, ἁλῶν ἀντικατηλλάττοντο τοὺς οἰκέτας. Quod etiam legas apud Heſychium, Suidam, Etymologicographum, Auctorem proverbiorum, & alios Grammaticos. Dixit verò *qui modius venit ſalis*. pro, *cui modius ſalis impenſus eſt*. Simili figurâ Virgilius *dare claſſibus Auſtros*. Porrò *Qui* ἀρχαϊσμὸς eſt, pro *Cui*. Nam caſci illi à recto *Ques* deflectebant, *Quis, Qui, Quem*. Hęc mea ſententia, quam catenus valere volo, ſi doctis proba cenſebitur.

Sc. *Stultitia magna.*

Stultitia magna eſt, meâ quidem ſententiâ,

Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, cui quod amet in mundo siet.

ultimus versus in vet. cod. ita erat scribtus.

In eum diem, quoi quod amet in mundo siet.

Vera lectio hæc *quo quod a. i. m. s.* Amatorem, inquit stultitia est procedere in forum, illo die quo habet quod amet. Sc. *Viso huc.*

AL. *Sed eccũ ante ædis. ad te herclè ibam commodũ.*
ST. *Atque ego herclè ad te.* ———

Melius in vet. cod. personæ collocatæ.

——— *ad te herclè ibam.* ST. *commodùm.*
Atque ego h. a. t.
Satin propter te pereo ego, atque occasio.

Quamvis bona hæc lectio, in veteri tamen codice est. *atque occaso*; quod profectò nec contemnendũ, nec levi brachio prętereundum: Nam veteres *Occaso* à supino *Occasum* efferebant, sicut à *Casum, Caso*; unde *Casabundus*.

Quâ ego hunc amorem mihi esse autẽ dicam datũ?

Annotarunt in margine, *s. ratione*. Deleo, & suppleo ex vet. cod. in quo ita signatè legitur.

Sorte quâ ego hunc, &c.

Sc. *Nulla sum.*
—— ST. *timeo hoc negotiũ, quid est: nisi hac meraco*
Se uspiam percussit flore Libyco. ———

Longè aliter vetus codex.

—— ST. *timeo hoc negotium quidem:*
Nisi hæc ἡμέρα γλῶσσαν uspiã percussit flore Liberi.

In fine rectè est *flore Liberi*, quomodo & V. CL. Iustus Lipsius legendum conjecit. Gręca verò illa improbare temerè non ausim, cum nõ insolens Plauto sit dictiones Græcas suis scenis infarcire. Iudicent eruditi.

eruditi. Est autem *Flos Liberi* vinum, ut rectè Lipsio visum. Sic ἄνθος ἡφαίστου dixit pro igne Æschylus Prometheo. Ita enim Κράτος & Βία Vulcanum alloquuntur.

τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. ———

Sed ἄνθος πυρὸς, ut Philostratus loquitur eleganter, flamma est. locus est lib. Εἰκόνων in Scamandro. Καὶ τὸ ἄνθος τοῦ πυρὸς, οὐ ξανθὸν, οὐδὲ τῇ εἰθισμένῃ ὄψει, ἀλλὰ χρυσοειδὲς, καὶ ἡλιῶδες. Æschylus, si propriè loqui voluisset, πυρὸς σέλας dixisset, quod tamen abusivè pro ipso igne ponere maluit.

—— PAR. *Here mi.* ST. *quid vis mea ancilla?*
PAR. *nimium savis.*
ST. *Numero dicis: sed hoc quidquid est loquere.*

Et cur? *mea ancilla*. quod blandientis est, non increpantis. Scribo ejectâ voce, *quid vis ancilla?* ita disertim præferebat vet. cod. meus. Malim prætereà. *Nimirum dicis*. Id est. Ex tuâ quidem sententiâ. Ortus error ex antiquâ scribendi ratione, *Numērō*; Nam, ut notum est *V* pro *I*. item *E* pro *I*. & *O* pro *V*. scribebant. Atque hinc nobis *Numerò* fabricati sunt.

Quid intus tumulti fuit? PA. *scibis. audi malum pessumum,*
Quod hic modò intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri
Cœpit. ———

Melior lectio vet. cod.

PA. *audi, scibis, malum, pessimumque,*
Hic modò, &c.

Cum enim *malum* dixisse non vehemens satis esset, eleganter *pessumumque* addidit ad exprimendam ma-

gis facinoris fœditatem. Similiter Arnobius noster lib. II. *Quibus mali sumus, & pessimi*, &c. & aliquoties.

PA. *Tibi infesta soli est plus, quàm cuiquam.* STA. *quamobrem?* PA. *quia se des.*
Uxorem Olympioni: neque se tuam, nec se suam,
Neque viri vitam sinet in crastinum protolli.

Rescribo, ut est in vet. cod. *neque tuam, nec suam.* Nā malè τὸ *se* bis inculcatum non leviter turbat.

Cap. VI.

Ingratis, Invitis, adverbialiter. *Amire. Incænis. Corbito. Tamenetsi. Nilum. Integer*, pro rustico, novè explicatum.

Eâdem Scenâ, sub finem.

ST. *atque ingratiis, quia*
Non vult, nubet hodiè. ———

In vet. cod. erat. *atque ingratis.* utrumque non malè; nam dicebant *Gratiis, Ingratiis. Gratis, Ingratis.* Simili modo *Invitis*; ut observat Charisius Instit. lib. II. *Invitò, ut falsò. Plautus in Caco, aut in Prædonibus. Neque eam invitò à me unquam abduces. Quod idcircò putavi tractandum, quod numero plurali adverbialiter Invitis video dictum.* Sc. *Vide fur.*

Atat cesso magnificè patriceq; amiceq; ita hero
Meo ire advorsum.

Dousa, *amiciri, atque ita hero.* Ego malim, *patriceq; amiri itaq; hero.* Veteres *Amire* pro *Amicire* dicebant, remanetque vestigium in *Redimire*;

OL. *Ah hodiè.* ST. *mane verò, quāquam fastidis.*
OL. *Hei, hei, foetet.*

Tuus

Tuus mihi sermo.

Acutè Nobilissimus Dousa. *Vah odio es.* Mihi tamē videbatur. *Vah odi te.* quod minus paullò à vulgatā lectione abit:vel,quod certius. *Vah hœde.* Exprobat enim ei fœtorem. Sc. *Nec pol ego.*

——— illæ autem senem

Cupiunt extrudere incanatum ex ædibus.

Non contemnenda vet.cod.lectio,& MSS.Lang.

——— illæ autem senem

Incanem extrudere cupiunt ex ædibus.

Est autem *Incanis* ἀρχαϊκὸν, pro *Incanatus.* Ecce in Glossis Isidori. *Incanis. Plaut. Incanem ex ædibus.*

Novi ego illas ambas estrices, corvitant ubi

Comesse possunt.

Vet.cod. *corbitant, ubi.* Non malè Lambinus, *corbitam cibi.* Sed nihil mutandum. Festivum scomma, & facetiarū jocorumque patre Plauto dignissimū. Novi, inquit, illas estrices, quę tam strenuè cibo se explent, ac si corbitam aliquam onerent:atque hoc ipsum est quod dicit eas *Corbitare.* Sc. *Si sapitis.*

Qui amat, tamen herclè si esurit, nullum esurit.

Correxerim ad hanc faciem.

Qui amat, tamen hercl' etsi esurit, nilum esurit.

Tamen-etsi pro *Tametsi* omnes sciunt; & est tmēsis. *Nilum* antem efferebant pro *Nihilum*, ut *Nil, Nihil.* Orta menda ex ratione *V* pro *I* scribendi, & literæ *L* duplicatione. Etsi non malè emendasse videri poterat Dousa. *nullus esurit.* Sc. *Age tibicen.*

OL. *Esurio herclè, atque adeò haud sitio.* ST. *at ego amo.*

Nihil agit Lambinus. Optimè meus codex, ex quo lego.

Esurio herclè, atque adeò haud parum sitio.
Dictione vnicá immissâ necessariò.

ST. *Nam quid illac nunc*
Tam diu intus remoratur quasi ob industriam? quanto ego
Plus propero, tanto minus.

Auctior vet.cod. *tantò illa minus.* Quod non ejiciendum temerè, Sc. *Sensim super.*

——— OL. *abite intrò.* AN. *integra atque*
Imperita huic impercito. ST. *futurum est.* ——

Aliter vet. cod. *Imperita huic impera.* Rectè; una enim ancillarum in alteram à se amolitur hoc jussum Stalinonis, cum convitio integram atque imperitam vocans. Hoc porrò minimè silentio prætereundum: *Integer* hic sumi pro imperito & rustico, quomodo & nos in nostro vernaculo sermone dicimus de ejus generis homine. Hy is so heel.

OL. *Quin imus ergo?* ST. *bella bella tu mea.*

Vet.cod. ST. *bella bellatula Casina.* Putem scribēdum, *bella bellula Casina.* Vel, *bellè bellula*, ut Dousa.

Cap. VII.

Præsidem locum præbere. Charinus.

Act.v. Sc.I.

Lubet Chalinum, quid agat scire.

Priscianus lib. VIII. aliter. *L. Charinū.* Et sanè satis Grammatici ejus autoritas, ut putem per totam hāc Fabulam ita servi istius nomen scribendum; quod etiam in Mercatore, & Terentii Andria hodiè legitur. Itaque hoc erit firmandæ opinioni meæ.

Quo senex nequior nullus vivit, ni illum

Quidem

Quidem nequiorem arbitrarer esse, qui locum
Prabet illi. nunc præside hic, Pardalisca,
Etiam qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.

Rescribo, ut reperio in vet. cod.

Quo senex nequior nullus vivit, ne ullum
Quidem nequiorem arbitror esse, qui locum
Prabet illi nunc præsidem. hic, Pardalisca,
Esto, qui hinc exeat eum ut ludibrio habeas.

Eleganter oppidò dixit. *locum prabet illi præsidem*, pro eo quod est, *nemo illi nequitiâ concedit.*

——— PA. *ponè me, amabo.*
MVR. *Et illi audacius licet quævis liberè*
Proloqui. PA. *tace: vostra foris crepuit.*

Omnia hæc vet. cod. Pardaliscę sermoni tribuit, sed malè: præit mihi tamen viam ad veram lectionem.

——— PA. *ponè me, amabo.*
Et illic audacius licet quævis liberè
Proloqui. MVR. *tace: vostra foris crepuit.*

Aut, *Et ibi aud.* ut erat in vet. cod. Sc. *Neque quo fugiam.*

OL. *Ita quasi sentis labra mihi compungit barbâ.*

Melius vet. cod. *Ita quasi setis l. m. c. b.* Comparat lepidè pilos barbæ cum setis. Sc. *Vbi tu es.*

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quàm ego habeo hanc, habet.*

Corrigo ex vet. cod.

ST. *Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quàm ego habeo, hâc habet.*

Amplissimo Viro

LVDOVICO SERVINO

Sacri Consistorii Consiliario, & Advocato Fisci.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

SI te non amem V. Clarissime, pol neque Musæ me, aut Gratiæ, quæ pectus tibi istud tam catum humanitate & doctrinâ imbuisse meritò videri possunt. Et certat ea utraque in te, ut humanior sis an doctior ægrè dignosci queat. Humanitatis tuæ erit, hæc in Plauti Cistellariam benignâ fronte accipere, oculisque inconnivis inspicere; doctrinæ verò, errata mea corrigere: potes, & voles, spero. Non metuo autem ne in impudentiæ me crimē induam, quod parum habitâ occupationum tuarum ratione molestus esse tibi nihil sim veritus. Quicquid enim peccavero, tibi peccavero; at tu bilem non habes, nec scis offendi.

AD CISTELLARIAM.

Cap. I.

Ventu. Somnu. Susurru. ἀρχαϊσμὸς. *Displicina. Frigida,* ἁπλῶς. *Contigui patres. Lugubrè, Exercitus,* pro cruciatu. In Afranio phrasis notata. Cor *dolium.* Vinum *crucium.* Agnus *curio. Secium* libum. *Cor non habes.* Et, *Mulieres,* convitia in mulieres. Eædem pectus pro corde habere dictæ est.

Act. I. Sc. I.

GY. *Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est,*
Tranquillo mare, ventum gaudeo ecastor ad te.

Corrigo, *secundo ventu.* Α᾽ρχαϊσμὸς est, nam veteres pleraque ista nomina secunda & quarta declinatione efferebant, ut *Senatus, Fructus, Tumultus, Domus,* & talia. Correctionis hujus mihi auctor Charisius Instit, Gramm. lib. I. ubi disputás an sexto casu *Mare* vel *Mari* deberet dici, prolatis in priorem sententiam ex Varrone utroque & Plinio testimoniis, in posteriorem autem hunc Plauti locum producit. *Plautus in Cistellaria. Secundo ventu vectus est trãquillo mari.* unde etiã liquet *Mari* heic Sarsinatem nostrum, non *Mare* scripsisse: itáque reponendum. Nec aliã face *Somnu* Varro dixit lib. I. cap. II. de R. R. *Æstivo die, si non diffinderem meo insititio somnu, vivere non possem.* Nec debebat eruditissimus Victorius mendum censere, cum ita in optimis suis manuscriptis offenderet. Apuleius itẽ

Susurru. Apolog. 111. *Tibia questu delectabilior, & fistula susurru iucundior, & buccina significatu longinquior.*

GY. *Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam*
Ibi, quin mihi placeret. SI. *quid ita amabo?*
GY. *Raro nimium dabat quod biberem, id merum*
Infucabat. ———

Primum emẽdo ex vet. cod. *Hac nisi displicina.* Deinde ex conjectura. *Raro nimirum dabat.* Omnia, inquit, mihi placuerunt, præterquam quod rarò dabat quod biberem, atque id quidem nõ merum sed dilutum. Hæc genuina hujus loci lectio. *Displicina* vox est Plauto hercules dignissima, cujus elegantiam cum minimè assequerentur, *Disciplina* & *Discipula* substituerunt nimis ineptè.

Palàm blandiuntur, clàm, si occasio unquam est,
Aquam frigidam subdolè suffundunt.
Viris cum suis prædicant nos solere.

Rescribo ex vet. cod.

Palàm blandiuntur, clàm, si occasio unquam est,
frigidam
Subdolè suffundunt, viris cum, &c.

Nam τὸ *aquam* aliquis malè feriatus de suo adjecit satis insulsè; notum enim vel pueris veteres imitatione Græcorum *Frigidam* ἁπλῶς protulisse. Ipse noster Plautus Mostellariâ, ut alios quamplurimos omittam.

Iam pridem ecastor frigidâ non lavi magis lubẽter.

Pergit in suo sermone lena.

—— *& ego & tua mater ambæ*
Meretrices fuimus, illa te, & ego hãc mihi educavi
Ex patribus conventitiis. ———

Hic

Hic fixa crux magnis viris, Camerario, Lambino, Doufæ, nec quifquam fe extricat. Reſtituo, ut erat in veteri meo codice. *Ex patribus contiguis*. Eleganter! *Contigui patres* funt fortuiti & illegitimi, quales funt fpuriorum.

Nam fi hæc non nubat, lugubri mihi fame familia pereat.

Vetus codex unâ voce minus. *lugubrè fame f p*. Rectè. *Lugubrè*, id eſt miferabiliter, & mūdo lugendo.

Nam fi quidem ita eris ut volo, nunquam ætate Hecale fies.

Vet.cod.omittit τὸ *ætate*, nec malè.

Noli obfecro lacrymis tuis mihi exercitū imperare.

Lambinus teſtatur in duobus MSS. eſſe *excruciatum imperare*, & ita meus codex habebat. Subolet tamē mihi gloſſema, & veram Plauti lectionem cenſeam *exercitum* i. Impulit librarios in errorem elegans & edecimata vocis ſignificatio minus intellecta. Eſt autem *Exercitus* heic nihil aliud quam cruciatus, & animi angor, quartâ declinatione. *Exercere* enim pro angere & excruciare quidam uſurparunt. Ipſe hic noſter Bacchidibus.

Quæ ſodalem atque me exercitos habet.

Afranius Suſpectâ.

Ita ut huic ero adoleſcenti, cui ſuſpirium tradidit Qui me eſt animi exercitus. ———

ubi *Exercitus eſt* activè accipiendū, qualia loquendi genera multa apud Nonium videre poſſumus, *De contrariis generibus verborum.*

ST. *Mea excrucior mea Gymnaſium, malè mihi eſt, malè maceror.*

Inepta hæc profectò, & legendum ex vet.cod. *Malè ex-*

lè excrucior mea Gymnasium, &c. Quod & Dousę in mentem venit.

——— SI. *at mihi*

Cordolium est. SY. *quid id? Unde tibi est cordolium? commemora obsecro.*

Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri.

Legendum censeo utrobique *Cor dolium* διηρημένως. Sic Pænulo, Sc. *Negotii sibi.*

——— *ibi tibi*

Erit cordolium, si quam ornatam melius fortè conspexeris.

Iterum dirimo, *Cor dolium.* Vocat *Cor dolium* ὀπτικῶς, quod doleret, ut vinũ *Crucium* Lucilius apud Festum quod acore cruciaret: ipse hic noster Truculento, *Stridia* verba. Nec aliter Aulularia agnus *Curio*, sive *Curius*, (nam utroque modo efferebant, ut *Amasius*, *Amasio*. *Pusus*, *Pusio*, & talia.) qui plenus quasi curis esset, ideóque maceret, sumpta ab hominibus metaphorà. Ad eandem faciem sunt dicta, libum *Secium* apud Festum; exta, *Prosecia*, sive *Prosicia*: farcimina *Insicia*, frumentum *Præmetium.* Porrò Plautum ita scribsisse, vel ex sequenti versu colligi potest.

Quod nec ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri:

Viri enim non quidem πάθος istud & dolorem in mulieres cadere, sed tantum cor habere, id est, sapere negabant: nam hæc in convitio sexus ille audiebat. *Cor non habes*. Et. *Mulieres*. Itaq; pectus illis pro corde tribuebant. Disco ex Milite. Sc. *Cohibete.*

Eam des quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore.

Cuique

Cuique sapiat pectus, nam cor non potest, quod nulla habet.
Pergit Silenium.

— de eâ re gessit morem morigera mihi,
Ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo vivere.

Non deterior vet cod. lectio. *amarem gnaviter.*

Cap. II.

Enunquam. Specitatum. Aulicocita exta. Aucita. Festus emẽdatus, & repræhensus. *Juvat vobis. Decet vobis. Apperire. Ludea. Laudea Medigrumi* dii. *Multigrumi* fluctus. *Gruma, Grumus. Lucu.*

Eâdem Scenâ.

LE. *Stultè ecastor fecit: sed tun' unquam cum quiquam viro*
Consuevisti? ———

In vet. cod. erat. *sed tu en unquam cum q. v.* Scribo conjunctim *sed tu enunquam cum q. v.* Glossę Henrici Stephani. *Enunquam,* εἴποτε καὶ πολὺ.

——— SI. *per Dionysia*
Mater pompam me spectatum duxit. ——

Dignior Plauto vet. cod. lectio, *specitatum duxit:* & est ἀρχαϊσμὸς. Tale est *Favitum,* unde *Favitores* eidem huic Comico. & *Cavitum, Cavitiones* apud Festum; item *Coquitum,* unde *Coquitare.* & *Exta aulicocita* (ita transpositis literis lego apud eundẽ pro *Aulicoctia*) quæ in ollis coquebantur. Et *Aucita* pro *Aucta.* Erratq; dum *Auceta* exponit *sæpè aucta.*

LE. *Assimulare amare oportet, nam si ames extempulò*

Melius

Melius illi multò, quē ames, cōsulas, quā rei tuæ.
Etsi proba hæc, nolui tamē dissimulare codicis mei lectionem. *Assimulatè amare o.*

GY. *Quando ita tibi lubet, vale atque salue.*
Scioli librarii cum non caperent phraseos elegantiam turpiter nobis hunc locū contaminarunt. Rescribo, ut in vet.cod.erat. *Quando ita tibi juvat.* Hęc vera lectio, & locutio est antiqua. Sic *Decet vobis* dixit Terentius Adelphis Act.III.Sc.V.

Hæc primum ut fiant, Deos quæso, ut vobis decet.
Item Act.V.Sc.VIII.

MI. *Haud aliter censeo.* DE. *imò herclè ita nobis decet.*

Quo loco Ælius Donatus. *Antiqui si addebant statim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere; si non addebant, Nobis decet, dicebant* Simile exemplum habes apud Charisium lib V. & ipsum hunc Satsinatem multa. Sc. Idem mihi.

Is amore miserè hanc deperit mulierculam (ta'st.
Quæ hinc modò flens abiit, cōtra amore hæc perdi-
Non rejicienda vet.cod. lectio. *contrà amore eū hæc apperit.* Nec aliud *Apperire* est, quàm *Deperire*; sicut *Adamare, Deamare.* Sc. *Utrunque hæc.*

Isque hìc compressit virginem adolescentulus,
Vinolentus in tenebris, multâ nocte in viâ.
Magis placet lectio vet.cod.

Vinolentus, raptam multâ nocte in viâ.
Nam cur velimus Plautum περιττολογεῖν? quasi verò non semper tenebræ existant nocte.

———— *si quà queat*
Reperire, quæ sustulerit: ei rei nunc suam
Operam usque servus dat si possiet

Mere-

Meretricem illam invenire. ———

Numeros vulgatæ huic lectioni non constare vidit, & indicavit olim Ianus Dousa F. Musarum nostrarum delitium, & tentavit rescribere.

Operam usque servus dat, si possit uspiam.

Qui ejus conatus ut valdè laudandus, nihil tamen huic loco facit, quem ex vet. cod. sic restitui oportere censeo.

Reperire quæ sustulerit: ei rei suam
Nunc operam servos usque dat, si possiet
Meretricem i.

Finit sermonem Auxilium his verbis.

Augete auxilia vestris justis legibus,
Perdite perduelles, parite laudem, & lauream,
Ut vobis victi Pœni pœnas sufferant.

Vet. cod.

Augete auxilia vostris victis legionibus.

Deinde in Langii MSS. est, *parite laudem & ludeam.* Quod rectum est pro *Laudeam*, quomodo *Claudo, Cludo, Defraudo, Defrudo Plaudo, Pludo.* Nam laurus antiquè *Laudea* dicebatur. Isidorus lib. XVII. cap. VII. *Laurus à verbo laudis dicta. Hâc enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem Laudea nominabatur, postea D literâ sublatâ, & subrogatâ R dicta est Laurus: ut in auriculis quæ initio Audiculæ dictæ sunt; & Medidies, qui nunc Meridies dicitur.* Act. II. Sc. I.

Modò quod suasit, dissuasit, quod dissuasit, id ostentat.

Lego, ut est in vet. cod. *quod suasit, dissadet, q. d. i. e.*

--- dii deæque superi, & inferi, & medioxumi.

ut à *Propus* voce antiquâ (cujus adverbium *Propè* adhuc

adhuc in usu) *Proximus. Ocyus, Oxime:* Ita à *Medius* quoque *Medioximus.* Itaque non impugno hanc lectionem: hoc tamen monebo in vet.cod. esse, *inferi, & medigrumi.* quod ut Plauti putem facilè animum inducor. Voluit lepidè, suo more, ludere in fictione vocabuli. Sunt autem *Medigrumi* dii iidẽ cum mediocribus, sive medioximis. Ad eandem faciem *Multigrumi* fluctus pro magnis, in Lævii Alcestide. Vide Agelliũ lib. XIX cap. VII. Iam *Medigrumi* dicti à *Gruma.* Nonius Marcellus. *Gruma sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ.* Sed fluctus *Multigrumi*, à *Grumus* quæ vox vel terræ tumulum editiorem, vel terminũ agri significat, ut liquet ex Festo. Nonio, Charisio, Glossario. Accius Oenomao.

Quemcumque institeram grumum, aut præcisum jugum.

Ergo *Multigrumi* fluctus, quos Virgilius & Ovidius *aquarum montes* appellarunt.

Tu me delenis, propter te hæc pecco.

Utcunque interpretentur alii, ego amplector vet. cod. lectionem istam. *Tu Melænis propter t.h.p.* Alloquitur enim Alcesimarchus ipsam Melænidem.

Posteà autẽ cũ primò luci cras nisi ambo occidero. Corrigo ex vet.cod. *primo lucu.* Dixi ad Amphitruonem.

Cap. III.

Ips. Quips. Ipsipsus. Ipsipti. Ipsipte. Properè ocyus. Ergo igitur. Plauti locus illustratus, & à Lambini malâ interpretatione vindicatus,

tus. Γνωρίσματα. *Monumenta*. Crepundia puerorum. *Pueril. Inire*, pro *Ire*. *Excisare*.

Sc. *Audire vocem*.

PH. *Extimuit tum illa?* LA. *jam horret corpus, cor salit.*

In vet. cod. erat. *Extimuit tum illam?* quod manifestum vitii: conjiciebam tamen inde Plautum scribsisse. *Extimuit tum illan?*

LA. *Is ipsus st.* ME. *eho tu, quam vos igitur filiam. Nunc quaritatis alteram?*

Lego, *Ehodum quam*. Porrò in MSS. Langii erat. *Ipsipsus est*, quod purum putum Plautinum, pro *Isipsus*. Veteres enim *Ips*, *Quips*, pro *Is*, *Quis*, dicebant. Rectè quoq; in Glossario legitur, *Ipsipti*, Αὐτοί. Nec velim mutare virum magnum. Sic *Adgressus*, *Adgrettus*, talia. In Festo quoque non aliter debet legi, quàm, *Ipsipte*, *ipsi neque alii*. Non *Ipsipsi*. Tale erat *Mihipte*. Sub finem hujusmodi scenæ.

Quid nunc supina sic jam calum conspicis?

MSS. Langii, *s. sus jam c. c.* Corrigo, *susum calũ conspicis*. Ἀγχαῖσμὸς, pro *sursum*. Sc. *Rem elocuta*.

Dic me orare ut aliquis intus prodeat, propera ocyter.

Rectè MSS. Langii. *prodeat propere ocyus*. Græcismus est. Aristoph. Schol. Vespis. ἔθος τοῖς ποιηταῖς παραλλήλοις λέξεσιν ἰσοδυναμούσαις χρῆσθαι. Tale est, νώλεμες αἰεὶ, & similia. *Quoque etiam*, *Nunc jam*, apud ipsum hunc Sarsinatem, alibi aliquoties. *Ergo igitur*, apud Apuleium in Milesiis. Act. III. Sc. I.

ME. *Han voluisti istuc severum facere?* AL. *nihil mecum tibi.*

Magis placet vet. cod. lectio, *istuc sævum facere*. Et profectò magis sævitia ista quam severitas appellanda est. Act. IV. Sc. I.

> *—— sed quid hoc est, quod cistella hìc jacet*
> *Cum crepundiis? nec quenquam conspicor alium in viâ?*
> *Faciundum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.*

Locus integer, quem tamen fœdâ interpretatione contaminat Lambinus, à quâ, ut grandi aliquo & enormi mendo, non immeritò vindicandus. Ille autem *puerile officium* explicat alui dejectionem, quod quàm rectum sit, viderit, serius Lector, mihi verò aliter videtur, & existimem innuere Lampadiscum, velle se crepundia quatere, & sonitum edere, ut solent pueri: quibus & in eum usum ex collo suspendebantur, quod etiamnū hodiè apud nos fieri videmus. Nam erant nihil aliud quam κρόταλα, unde & *Crepundia* appellata, tanquam à crepitu. Græci propriè πλαταγώνια nominabant, ut ex Polluce docui Critici Arnobiani lib. II, cap. VIII. Latini etiā *Monumenta*. Terentius Eunucho Act. IV. Sc. VI.

> *Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.*

ubi vetus ejus Interpres *Monumenta sunt, quæ Græci dicūt* γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Et in Glossario invenio. Γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων, *Crepundia, Monumenta*, Qui locus intricatus, nam videtur significare crepundia esse γνωρίσματα τὰ ἐπὶ τάφων: quod tamē falsum. Itaq; sic intelligi debet, ut Γνωρίσματα simpliciter sint *Crepundia*: at ἐπὶ τάφων, *Monumenta*. atque hoc rectum & verum. Terentius tamen simpli-

pliciter *Monumenta* vocavit. Erant verò Γνωρίσματα quidem crepundia, sed non reciprocè crepundia omnia γνωρίσματα. Nam γνωρίσματα apponebant infantibus expositis, ut inde aliquando noscerentur. De illis capiendus Heliod. αἰθιοπ. lib. 11. Συνεξέκειτο δὲ αὐτῷ λίθων ὅρμος, ὃν ἀρτίως ἐπεδείκνυον, καὶ ταινία τις ἀπὸ σηρικοῦ νήματος ἐξυφασμένη, γράμμασιν ἐγχωρίοις καὶ διηγήματι τῶν κατὰ τὴν παῖδα κατάστικτος, τῆς μητρὸς, οἶμαι, σύμβολα ταῦτα καὶ γνωρίσματα προμηθευσαμένης. Parthenius Erot. I. Πειθόμενος δὲ τὴν ζώνην δίδωσι τῇ κόρῃ, κελεύων ἡβήσαντι τῷ παιδὶ φυλάττειν, ὅπως ἔχῃ γνώρισμα ὁπότ᾽ ἀφίκοιτο πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ εἰς Καῦνον. Item Erot. III. Τοῦτον ἡ μήτηρ ἐπεὶ εἰς ἥβην ἦλθεν ἀποπέμπεται εἰς Ἰθάκην, συμβόλαιά τινα δοῦσα ἐν δέλτῳ κατεσφραγισμένα. Et in vitâ Thesei apud Plutarchum. Συνελθὼν δὲ καὶ γνοὺς ἐκεῖνος (Αἰγεὺς) ὅτι τῇ Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα, φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, καὶ διακελευσάμενος ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι καὶ ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν μηδενὸς εἰδότος. Huc facit, quod apud Iustinum etiam lib. XV. Apollo Laodicæ in somno à se compressę annulum dat, jubetque filio, si peperisset, date, atque de generis origine perdocere. Et hęc de gnorismatis per occasionem dicta, non ingrata erunt, spero, Lectori. Redeo ad Plauti eundem locum, qui nondū de manu amitti debet. In MSS. Langii erat.

Faciam puerillo ficium.

Corrigo, *pueril officium*. Dixit *Pueril* antiquè pro *Puerile*. Sic *Simil*, pro *Simile*, suprà. Sc. *Nisi quid.*

Nisi quid mihi opis
Dî dant disperii: neque unde auxilium expetam
habeo.

Restituo hos versus in numeros suos, & auctiores quidem, ex vet. cod.

Nisi quid mihi opis dii dant disperii, neque
Unde auxilium mihi, aut præsidium expetam,
habeo.

Deinde. *Sed pergam, ut cœpi tamen, quæritabo.* Corrigo ex vet. cod. *Sed pergam, ut cœpi quæritabo ego hîc tamen.*

Neque prorsum iit hâc. hic stetit.

Membranæ Langii: *prorsum iniit.* Optimè. *Inire* usurpavit pro simplici *Ire*. Sic *Ingredi*, pro *Gradi*. Sequitur.

Ecquem vidisti quærere hîc, amabo, in hâc regione
Cistellam cum crepundiis quam ego, hîc amisi
misera?

Audacter nimis Lambinus *Auferre* pro *Quærere* substituerat; & acutè Dousa vulgatam lectionem asseruit illustravitque: monendum nihilominus duxi in meo codice haberi, *Ecquem vidisti tollere*: quod nauci haberi non omnino debet.

Nam dudum, ut accurrimus ad Alcesimarchum,
ne vitam suam
Interimeret, tum mihi puto præ timore hîc excidisse
Cistellam. ———

Mutilus totus hic locus egregiè, & turbati numeri. Ita habebat vetus codex.

nam

——— nam dudum,
Ut ad Alcesimarchum istuc omnes accurrimus,
Capillo scisso atque excissatis auribus
Tumultuantem, ne se vitâ interimeret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.

Et optimè. Integrum versum, ecce, inseruimus, & hemistichium sequens, atque id rectè factum pro nobis Nonius abundè præstabit, quem in *Excissatum* vide. Sed legendum est *Excisatis auribus* : nam dicebant *Excisare* frequentativâ formâ, à supino *Excisum* ducto verbo, ut solent reliqua ejusdem formæ.

Nobilissimo Viro

NICOLAO CRAGIO

Sereniss. Daniæ Regis Consiliario, & in Angliam Exlegato.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

CVm nuper hîc esses Vir Nob. meiq; videndi perquam cupidus, ut ex amico utriusque nostrûm Paullo Merulâ intellexi, vehementer dolui Fortunam eiusce diei colloquium mihi tuum inuidisse. Eidem tamen gratias ago, quod viam mihi strauerit ad amicitiam tuam, quam ego Crassi diuitiis potiorem habeo. Amo autem (& quis non doctorum?) atque colo te plurimum: ita insignis eruditio tua meretur, quam editis de Rep. Lacedæmoniorum libris præclarè declarasti. Amoris mei obseruantiæque testimonium hic signare visum. Tu hæc pauca ad Epidicum discute, & miniatâ tuâ cerulâ nota.

AD

EPIDICVM.

Cap. I.

Capræ febre laborantes. *Caprugnum*, *Caprignum. Bignus.* Vulgata Plauti lectio propugnata. *Reddebitur. Scurtarii. Punicarna coagmenta, Casnar. Carnal.* Varronis lectio defensa. *Degere*, pro Detrahere.

In Argumento.

——— *filio*

Dat herili argentum, eo sororem destinat.

Vet. cod. *eo sororem præstinat.* Nec dubitem præferre, quum toties eam vocem usurpet Plautus; nam quod defendendo huic loco à Nonio homine omniũ ineptissimo subsidiũ quæritur, id plane ficulnũ.

Sed inventâ gnatâ servolum emittit manu.

Scribo ut est in vet. cod. metri caussã. *Sed gnatâ inventâ.* Act. 1. Sc. 1. sub initium.

Corpulentior videre atque habitior. ———

Anteà erat, *atque agilior.* Sed ita ex Roveriano codice rescribsit vir magnus, quod quam rectè ab ipso factum, à me nunc alii iudicabunt. fallitur enim, pace ejus dictum sperẽ, vehementer. Vult Epidicus dicere Thesprionẽ quo corpulẽtior existeret, eò esse agiliorem; & illò referenda subsequẽtia ejus verba.

Dii immortales te infelicent (vet. cod. *infelicitent*) *ut tu es* (vet. cod. *is*) *gradibus grandibus:*

Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occœpi sequi,

Vix adipiscendi potestas modo fuit. ———

Prætereà in citatis illis versibus τὸ *Te* quod Nobilissimus Dousa ex cōjectura inserit, vetus codex meus signatè præferebat. Posteà, cum Thesprioni Epidicus oggessisset scire se eum hominem esse militarem, respondet Thesprio.

——— *audacter quamvis dicito.*

Cui lectioni nescio quomodo veteris codicis præferenda videtur. *audacter quidvis dicito.* Pergit interrogare Epidicus.

Quid agis, perpetuon' valuisti? TH. *variè.*

EP. *qui variè valent,*

Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Quæ posteriora, si quid judico, planissimè admutilata: itaque expectanda subsidia à melioribus libris, meus nihil heic me juvat. Pantherinum genus propter maculas corporis, caprinum propter febrim, quâ notum ex Plinio nunquam eas carere, quod Archelaus accidere dicebat, quia essent omnicarpæ, ut ait vetus quidam Scribtor apud Varronem. Porrò in Langii scedis erat *Caprae non hominum.* unde suspicio est scribtum fuisse à Plauto, *Caprucnom,* ἀρχαϊκῶς pro *Caprugnum,* quod veteres pro *Caprignum* efferebant, ut *Optimus, Optumus,* & talia. ita *Aprugnum,* pro *Aprignum* lam *Caprignum* pro *Caprigenum. Aprignum, Aprigenum.* Ad eam formam *Privignus,* quasi *Privigenus. Benignus, Bignus,* quasi *Benigenus, Bigenus.*

EP. *Te volo.*

Percontari, operam mihi da, opera reddibitur tibi.

Lego, *reddebitur tibi.* Nam *Reddebo* veteres dixisse ostendi

ostendi suprà ad Casinam.

Id modo vidēdū est, ut materies suppetat scutariis. Langii membranæ, *scurtariis.* quod rectum est. Sabini dicebant *Scustum, Cesna, Dusmosus, Casmena:* Pro quibus Romani *S* in *R* mutato, *Scurtum*, deinde R eliso *Scutum*; *Cerna*, *Cena*. *Durmosus*, *Dumosus*. *Carmena*, *Camena*. Hinc *Punicarna coagmenta* apud Catonem cap. XVIII. pro *Punicana* (malè autem olim damnavi istá veteris codicis lectionem) *Silicernium*, pro *Silicenium*, apud Festum. *Carnal*, pro *Casnal*, sive *Casnar* (nam utroque modo efferebāt, ut *Præliaris*, *Prælialis*. *Latiaris*, *Latialis*. *Parilia*, *Palilia*.) apud Varronem Sexagesimo, laudante Nonio. *More majorum ultrò carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant*: itaque malè mutat ea in Conjectaneis vir magnus. *Casnar* verò & *Carnar*, pro *Canar*, à *Canus*, ut à *Momus*, *Momar*. Itaque puto etiam scribendum primis Bacchidibus.

Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scurto accubet.

Non *scuto*, ut hodiè legitur: tum enim elegantior multò alliteratio est, quam manifestò captavit Comicus.

TH. *Supersede istis rebus jam.* EP. *tu ipse, ubi lubet finem face.*

Possit & ex Nonio legi.

TH. *Supersede istis rebus.* EP. *item tu ipse*, &c.

Sed tamen prius magis arridet.

EP. *Quid? istanc quā emit, quanti eā emit?* TH. *vili.* EP. *haud istuc te rogo.*

TH. *Redde igitur.* EP. *quot minis emit?* TH. *tot quadraginta minis.*

Inepta sanè hæc Thesprionis responsio, quid enim petat reddi sibi ab Epidico, cui nihil dederat? Melius longè vetus codex meus. *Quid igitur?* Nam cũ rogaret Epidicus quanti emisset, respondet Thesprio, *vili:* regerit Epidicus, non isthoc se interrogare, tum Thesprio. *Quid igitur?* inquit. s. rogas. Nihil potest hac lectione esse verius. Mavelim porrò, si conjecturę ullus locus rescribere. TH. *totis quadraginta minis*. Et ita alibi loquitur. *Totis quadraginta* est quod nostro idiomate efferremus, Volle veertich.

EP. *Detegetur corium de tergo meo.* ——

Optimè vet. cod. *Degetur corium,* Nam *Degere* heic valet *Detrahere.* quod & ante me ex Nonio observavit vir eruditissimus, Dionysius Lambinus.

Tu quidem antehac aliis solebas dare cõsilia mutua. Quid? quid? aliquid reperiundum est. ——

Prætulerim lectionem vet. cod. *aliqua reperiundum est.* Tibi, inquit, qui aliis cõsulere solebas, nunc aliqua consilia reperiundum est. Phrasis elegantissima, & ab Agellio jam olim adserta.

Cap. II.

Calidæ minæ. Nonii ineptia explosa. Varro correctus fortè.

Sc. *Rem tibi.*

—— ST. *perdidisti omnem operam.* EP. *nam quid perdidi?*

Mavelim, ut est in vet. cod. *nam qui perdidi?* Posteà conqueritur Epidicus malã se inisse à Stratippocle hero gratiam ob ancillę emptionem, quam tamen

fre-

frequenti literarum missiculatione præceperat. Ait itaque.

Herclè miseru' est, ingratum esse hominem, id quod facias benè.

Ego quod benè feci, malè feci, quia amor mutavit locum.

Sed nisi corrupta ista verba valdè equidem judicii fallor. Correxerim, si eruditi homines album mihi calculum adjecerint, *ingratum esse omne id quod facias benè.* Ait deinde Charibulus.

Quid istic verba facimus? huic homini opus est quadraginta minis.

Celeriter calidis, Danistæ quas resolvas, & citò.

Melius vet. cod. *Danistæ quas resolvat.* De Stratippocle loquitur. Velim prætereà, *quadraginta minis. Celeriter aliquis.* qua phrasi ipse hic Comicus noster, Cato, Apuleius, & alii usi. Aut *Calidæ minæ* erunt, quæ calidè, id est, celeriter exhibitæ. Similis notio ejus vocis apud Varronem περὶ κεραυνοῦ. *Cum dixisset Vitulus, ecce caldis pedibus quidam navicularius semiustulatus irrupit se in curiam.* Atque ita quidem interpretatur Nonius; sed ineptit solens. Nã *caldos pedes* dixit Varro istius navicularii, quia semiustulatus erat: nisi tamen legẽdum ibi, *ecce claudis pedibus quidam.* quod ustulatio ista efficere potuit. Et hoc rectius videtur.

EP. *Dic modo, unde auferre me vis, à quo trapezitã peto?*

ST. *Unde libet.* ———

Etsi videam quomodo defendi hæc possint, melius nihilominus arbitrabar, si legamus unâ duntaxat literulâ immutatâ, & personis leviter transpositis.

EP.

EP. *Dic modò, unde auferre me vis? à quo trapezitâ?* ST. *pete*
Unde lubet. ———

Posteà iterum Epidicus.

Facilè tu istuc sine periculo, & curâ, corde libero
Fabulare: novi ego nostros, mihi dolet quum ego vapulo.

Aliter longè vet. cod.

Fabulare Jovi, tergo nostro sed dolet q. e. v.

Et rectè, nisi quod *Novi* prçferendum τῷ *Iovi.*

Cap. III.

Mos vetus militaris. *Ex acuminibus auspicare.* Nonii inconstantia. *Exsugebo. Veteres,* pro senibus.

ACt. II. Sc. II. in ipso exordio sic Epidicus hilarè loquitur.

ST. *Tacete. habete animum bonum liquido exeo foras*
Auspicio; avi sinistrâ: acutum cultrum habeo, senis quî exenterem
Marsupium. ———

Vet. cod. habet. *seni quî*, aliquanto, ut arbitror, melius. Quod verò in illis verbis, postquã liquido auspicio avique sinistrâ exire se foras dixit, etiã acutũ habere cultrum addit, non temerè dictum esse censeri debet. Sumpta autem metaphora à superstitione militum, qui non satis habentes aves observasse, insuper an gladii hastçve probè forent acutæ sollicitè explorabant ante pugnæ initium, inde etiam aliquid ominis captantes: atque hoc *Ex acuminibus auspicare* dicebant. Arnobius lib. II. *Aut Martium* *discri-*

discrimen obeuntes spem prælii sumitis, & EX ACUMINIBUS AUSPICATIS? Cicero quoque II. de Nat. Deorum. *Itaque maxima Reip. partes, in his bella, quibus Reip. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia servantur, nulla EX ACUMINIBUS, nulli viri vocantur.* Atque hoc auspicii genus primus M. Marcellus neglexit. Testatur idẽ Cicero lib. II. de Divinatione. *Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspicatò noluerunt: quàm multi anni sunt cum bella à propratoribus & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? Itaque nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspicantur. nam EX ACUMINIBUS quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit, idem Imperator, idẽ augur optimus.* Sed resumẽda illa Epidici verba:

—— acutum cultrum habeo, seni qui exenterem
Marsupium. sed eccum ipsum ante adeis conspicor
Apæciden,
Qualis volo, vetulos duos: jam ego me convortam
in hirudinem
Atque eorum exugebo sanguinem.

Quæ quam bellè cohæreant attentus & serius Lector facilè perspiciet, Nam ecce *duos vetulos*, ait, se velle exsugere, & tamen unum tantum Apæciden videre se dicit. Aliquid heic mihi à vetere libro subsidii, in quo erat.

—— sed eccum ipsum ante ades conspicor Apæcidæ
Qualis volo vetulos duos. ——

Et ea vera lectio, nisi quod prætereà scribendum, *sed eccum ipsus*, &c. Vide verò inconstantiam Marcelli, qui alio loco *exugebo*, alio *ersorbebo* citat. Sed

Exu-

Exugebo Plauto propter ἀρχαϊσμὸν dignius; sic *Reddebo* ad eandem faciem extulit, ut suprà monui. Iam *Vetulos* pro senibus frequens est apud Latinos scribtores, sed *Veteres* non item, ideóque annotandum id nunc duxi. Lapis vetus,

ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES
STATVAM IN FORO POSVERE.

Item alter.

ARVNCITANI VETERES ET IUVENES
OPT. CIVI.

Tertius.

TV
RIASON. VETERES ET IUN
STATVAM IN FORO MI
NERVAE OPT. CIVI. P.

Hæc ἐν παρόδῳ. Revertam me ad Plauti.

AP. *Continuò ut fiat maritus.* PE. *laudo consilium tuum.*

Nihil video, nisi Apœcidæ hæc verba mutilata: expectandi itaque meliores codices, è quibus medicinam faciamus.

Cap. IV.

Medicinæ, pro ædibus medicorum. *Sutrina. Pistrina. Barbatoria. Barbatores. Medergà. Calceati* dentes.

EPidicus sedulò laborans quo pacto argentum ab sene auferre posset, & marsupium ejus exenterare, simulans totâ urbe se eum quæsivisse, hæc verba profatur.

—*Di immortales utinam conveniam domi*

Peri-

Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quærere, (*foro,*
Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in
Per myropolia, & lanienas, circumque argẽtarias,
Rogitando sum raucus factus, penè in cursu cõcidi.

Lepida profectò locorum enarratio, & operæ jactatio servi studio conveniens. Observandum in eâ *Medicinam* pro ædibus medicorum poni. Sic Amphitruone Act. IV. Sc. I. tonstrinas autem, quas memorat etiam *Barbatoria* appellatas invenio. Glossæ. *Barbatoria*, πωγωνοκυρεῖα. Item. πωγωνοκυρεῖον, *Barbatorium*. Ergo *Barbatores* tonsores sunt, quos nos voce inde detortâ Barbiers nominamus. Pergit Epidicus.

Eos captabant, id adeò quam maximè animum advorterim.

Corrigo ex vet. cod. *id adeò scio, qui maximè a. a.*

CH. *Si herclè habeam, pollicear lubens: verùm aliquid alio modo,*

Alicuide, ab aliqui, aliqua tibi spes est fore.

Vet. cod. habet. *Alicunde, ab aliquibus*, quod verum & rectum esse præstabit locus iste geminus planè statim subsequens.

ST. *Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliquibus blatis*

Quod nusquam est?

Qui locus vicissim ex præcedenti debet restitui in hunc modum.

Quippe tu mihi aliquid, aliquâ, aliquo modo, &c.

Ut etiam erat in meo codice toties laudato. Sc. *Fecisti jam.* (*neo.*

ST. *Euge, euge.* EP. *ea jã domi est pro illa.* ST. *te-*

In vet.

In vet.cod. erat. *ea jam puella domi est*: quod putem rectius aliquantò.

EP. *Eam permeditatam meis dolis astutiisq; onustā*
Mittam.

Vet.cod. *præmeditatam meis d.* quomodò & Dousa conjecerat. Sc. *Non oris.*

——— *quasi quid filius*
Meus deliquisset me ergà, ———

Quis hæc mendo obnoxia suspicetur? & tamē sunt. Evincit clarè codex meus, in quo erat, *deliquisset mederga.* Rectè omninò. Veteres enim *Mederga* dicebant, quomodo *Mecum*, & talia: cum enim præpositiones postponerent, conjunctim efferebant. Itáque jam scribendum Asinariæ Act.1.Sc.1.

Si quid mederga tu hodie falsum dixeris.

Sequitur sub scenæ finem.

——— *itaque me albis dentibus*
Meus derideret filius meritissumo.

In vet.cod.erat, *itaque me alcatis dentibus.* Constituo plenum octonarium, & corrigo.

Os sublitum esset, itaque memet calceatis d.

Sic dixit Captivis, Sc. *Advorte animum.*

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

Sc. *Cave præterbitas.*

Proin tu alium quæras, cui centones farcias.

Scribo *cui centones sarcias.*

Quas tu mihi tenebras trudis?

Vet. cod. *tenebras cudis?* quod non omninò rejiculum. Viderint alii.

MI. *hem istic homo*
Articulatim te concidit, senex, tuus (est.
Servus. PE. *quid, concidit?* MI. *nihil. sic suspicio*

Nam

Nam pro fidicinâ illâc hac ſuppoſita eſt tibi.
Senex, tibi os eſt ſublitum planè & probè.
Ego illam requiram jam, ubi ubi eſt. bellator, valè.
PE. *Euge. Euge, Epidice: frugi es, pugnaviſti, homo es.*
Primum corrigo de conjectura.
PE. *Quid? concidit?* MI. *mihi ſic ſuſpicio eſt.*
Deinde perſonas diſtinguo hoc modo.
PE. *Ego illam requirã jam, ubi ubi eſt. bellator, vale.*
Euge, euge Epidice, &c.
Quæ diſtinctio etiam veteris libri aſſenſu confirmatur. Quin adeò illa certa, ut cõtra ſi quis ſentiat, ut ait in re abſimili Sedigitus, nihil ſentiat.

Cap. V.

Digitorum ſinguli certis diis conſecrati. veterum ridicula ſuperſtitio ex digitorum unguiumque palpitatione omen captantiũ.

ACtus quarti Sc. 1. à querelâ iſthâc exorditur Philippa.
Si quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat, miſer ex animo eſt.
Id ego experior.
Laudo conatum magnorum virorum, & in τῷ *eſt* expunctione illum, in diſtinctione verò hunc: quẽ tamen *miſera* corrigentem ſequi non audeo: Sed putem melius in vetere codice τὸ *miſer* omitti, ideóque reſcribſerim.
Si quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat, ex animo.
Id ego experior. ———
——— *credo ego*

Illi hoſpitio uſus evenit. ———

Ita Lambinus correxit, pro eo quod in aliis codicibus viderat, *uſus invenit*. Meus codex habebat, *uſus inerit*, unde facilè reſcribere eſt, *uſus fuerit*. Poſteà Periphanes ſalutatâ Philippâ manum ſibi porrigat cupit.

PE. *Cedò manum.* MV. *accipe. ærumnoſam & miſeriarum compotem*
Mulierem tenes. PE. *quid eſt quod vultus te turbat tuus?*

Et hæc proba hactenus putata ſunt, nec tamen proba. Signatè in vet. cod. erat: *quid quod digitus titubat tuus?* Convenienter planè, nam manum ejus tenebat. Capiendus verò hic locus ex veterum ſuperſtitione, qui ſi digitus vel unguis ſaliiſſet, aliquid inde ſibi eventurum ominabantur boni vel mali. Sed libet de omni eâ re Plauti cauſâ ubertim dicere. Primùm ſciendum ſingulos digitos Diis certis fuiſſe conſecratos: Pollex Veneri erat ſacer, index Marti, infamis Saturno, annularis Soli, auricularis Mercurio. Sed brevitatis ſtudio ipſa Melampodis Hierogrammatei verba etſi prolixiora, quia non cuivis exemplaris iſtius copia, depromam ex libro cui titulum fecit. Περὶ παλμῶν μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. Sic itaque inquit. Δάκτυλος μικρὸς τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀλλόμενος, πίστεως μείζονος ἀξιωθήσεσθαι δηλοῖ. ἐπειδὴ ἑρμοῦ ἐστὶν ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις στείρωσιν δηλοῖ, δούλῳ διαβολήν. παρθένῳ ψόγον. χήρᾳ ὕβριν. Ὁ μετὰ τὸν μικρὸν δεύτερος δάκτυλος τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ὁ καλούμενος παράμεσος, ἀλλόμενος, πολλῶν χρημάτων κυρίευσιν σημαίνει. ἐστὶ γὰρ ἡλίου ὁ δάκτυλος. ἄλλοις πολλῶν ἀγαθῶν ἐπίκτησιν δηλοῖ, δούλῳ κοινόν. παρθένῳ συμβουλήν;

χήρᾳ

χήρᾳ εὐφροσύνην. Δάκτυλος ὁ τρίτος τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ἤτοι ὁ μέσος, βασκανίας δηλοῖ καὶ λοιδορίας, κρόνου γὰρ ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις δόξαν γενέσθαι δηλοῖ. δούλῳ ὑποταγὴν. παρθένῳ νόσον. χήρᾳ ὠφέλειαν. Δάκτυλος τέταρτος ἀλλόμενος, ζημίαν μεθ' ὕβρεως δηλοῖ, ἄρεως γὰρ ἐστὶν ὁ δάκτυλος. ἐν ἄλλοις δὲ βλάβην δηλοῖ ἐλευθέρῳ ἐκκοπὴν. παρθένῳ κέρδος. χήρᾳ ὠφέλειαν. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρ καλούμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκτησιν πολλῶν ἀγαθῶν δηλοῖ, καὶ ἐπιτέκνοις, καὶ ὅτι γυναικὶ χαρίσεται. ἐστὶ γὰρ ἀφροδίτης ὁ δάκτυλος. ἄλλοις ἀπαλλάξαι δηλοῖ. δούλῳ ἀγαθὸν. παρθένῳ ἀγαθὸν. χήρᾳ ὠφέλειαν. Ὄνυχες τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐὰν ἄλλωνται, κέρδος δηλοῦσιν ἀπροσδόκητον. δούλῳ εὐφρασίαν. παρθένῳ μνηστείαν. ὄνυξ τοῦ μικροῦ δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἐὰν ἄλληται ἢ μυρμηκιᾷ, κακοπάθειαν δηλοῖ. δούλῳ τέκνον. παρθένῳ ἄνδρα. χήρᾳ κόπον. ὁ τοῦ δευτέρου ἐὰν ἄλληται, ἐξουσίαν δηλοῖ. δούλῳ δεσπότου θάνατον. παρθένῳ ψόγον. χήρᾳ καλὸν. ὁ τοῦ τρίτου, καὶ τοῦ τετάρτου λύπας δηλοῦσιν. δούλῳ δὲ ἀγαθὸν. ὁ τοῦ μεγάλου, αὔξησιν δηλοῖ βίου. Δάκτυλος μικρὸς εὐωνύμου χειρὸς ἀλλόμενος, πολλὰ ἀγαθὰ δηλοῖ πᾶσιν. ὁ δεύτερος αὐτοῦ ἐγκληματικὸς δηλοῖ λύπην, καὶ ἀπόλογον ἐπὶ μεγάλων προσώπων. δούλῳ ἐν πίστει ὄντι κατηγορίαν. ὁ μέσος λύπην δηλοῖ διὰ πρᾶγμα ἴδιον. καὶ αὔξησιν βίου, καὶ τέκνων, καὶ χρημάτων σημαίνει. ὁ μέγας τῆς εὐωνύμου χειρὸς, παλαιὰν ἀπώλειαν σημαίνει κομίσασθαι. ὄνυχες εὐωνύμου χειρὸς ἀλλόμενοι, ὠφέλειαν δηλοῦσι μετὰ δυσκολίας τινός. Hactenus. Vide Lector ridiculam hanc veterum superstitionem. Ad Comicum verò jam nostrum redeo, in quo *Digitus* κατ' ἐξοχὴν de pollice intelligi debet, non minus quàm *Manus* de dexterâ: atque ita convenient ea Melampodis. Δάκτυλος ὁ μέγας, ὁ καὶ ἀντίχειρ καλούμενος, ἀλλόμενος, ἐπίκτησιν πολλῶν ἀγαθῶν δηλοῖ. καὶ

ἐπὶ τέκνοις, καὶ ὅτι γυναικὶ χαρήσεται. Nam erat Philippa sollicita de filia, & in hostium esse manu existimabat, quam Periphanes domi suæ esse salnam & sanam mox significaturus est. Illud tam lætum nuntium præsagiebat ei pollex, & palpitatione suâ prænuntiabat. Hæc est vera Plauti lectio, & lectionis interpretatio. Nec aliunde explicari potest alter locus Capteineis. Sc. *Quanto in pectore.*

ER. *Hem manum.* HE. *Cedo manum.* ER. *di te omnes adjuvant.* HE. *nihil sentio.*

Ergasilus parasitus nũtiaturus Hegioni salvum advenisse sibi filium Philopolemum, quem quadrimum servus Stalagmus surripuerat, arripit manum ejus, deos adjuvare dicit: ad quod respondet Hegio nihil sentire se, id est, nullam digiti palpitationem, quæ nuntium isthoc præsagio suo tali confirmaret.

Cap. VI.

Alias res. Phrasis Plautina adserta. Ἀρχαϊσμὸς adnotatus. *Ravastellus.*

Est porrò eâdem Scenâ,

——— *nam postquàm audivi illicò*
Ex meo servo illam esse captam, continuò argentum dedi
Ut emeretur. ille eam rem adeò sobriè & frugaliter
Accuravit, ut alias ad res ille est impēse improbus.

Primum lego ex vet. cod. *ut emeret.* Deinde, *ut alias res ille est i.i.* ejectâ voce à Lambino inculcata, quã non tam temerè viri docti in textũ recipere debuerant. *Alias res* concisè dixit, sicut Martialis.

Visceribus bonus est, cætera vile sapit.

Et alii

Et alii innumeri Scribtores. Sc. *Quid ex pater.*

Quid ego lenociniũ facio? qui habeã alienos domi?

Putem distinguendum.

Quid? ergo lenocinium facio?

Arbitrarii nihilominus juris esto. Porrò tentat vir doctus, *alienas*, legere. Α᾽ρχαϊσμὸς est Sarsinate hoc dignissimus. Sic *filiis* pro *filiabus* posuit Sticho.

Ego introibo, & gratulabor vestrum adventum filiis.

Item Arnobius noster lib. IV. in Minervarum illâ jucundissimâ contentione. *Tibi tu alienam dignitatem adsumis, atque de vertice procreatam mentiris te Jovis, & rationem te esse mortalibus ineptissimis suades? ex capite conceptos filios procreat?* Quam lectionem malè olim sollicitavi.

Ego relictis rebus Epidicũ operam quærendo dabo,
Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat, diem.

Rectius multò vet. cod. *hunc ut sciat diem*. Act. V. Sc. I.

Sed quis est hæc muliercula, & illic gravistellus qui venit?

Festus alibi *Gravastellus*, alibi *Ravistellus* citat, satis incõstanter; utrumque prætereà corruptè. Scribserat Plautus. *& illic ravastellus.* Nam dicebant *Ravus*, *Ravaster*, quemadmodum *Calvus*, *Calvaster*. Inde ὑποκοριστικῶς *Ravastellus*. Ita etiam ab *Alter*, *Altellus*. *Macer*, *Macellus*. *Vafer*, *Vafellus*. & talia.

Cap. VII.

Vtilitas ἀντὶ τοῦ *Vsus*. *Iûsti*. *Armeæ*. Munera die natali missiculata. *Attigo*. *Tulo*, *Supplicium*, pro Supplicatione. *Papa*. *Papare*. *Papaver* unde dictum.

EAdem Scenâ. Stratippocles admiratus Epidici nimiam tarditatem, in hæc verba erumpit.

Dî immortales! ociose iſſe admiror. pedibus pulmoneis *(mihi.*
Qui perhibetur, prius veniſſet, quam tu adveniſti

Quam lectionē ut vitii obnoxiam suspicer, in causa est vetus meus codex, in quo ita legitur.

Dî immortalis! soccos iuſſi adimere pedibus: pulmo *(enim*
(Quod perhibent) prius veniſſet.

unde inducor ut scribam, *soccos jûsti adimere pedibus*, pro *Iuſſiſti*, κατὰ συγκοπήν. Sēsu tali. An sine soccis ivisti ut tardè tibi fuerit eundum, ne pedes læderes? appositè verò soccos ei tribuit, qui proprii Comœdiæ.

EP. *Satin' ego oculis utilitatem obtineo, an parum?* Eleganter: *Vtilitas* heic non aliud quam *Vsus*, ut apud Arnobium restitui quoque Critici lib. II. cap. IX. quibus adde locum geminum hunc Plauti, & Auctoris ad Herennium lib. IV. *Si idoneus eſſe poteſt, ad eas utilitates eſt aptus, quæ deſiderantur ab equo.*

EP. *Non meminiſti me aureā ad te afferre natali die?* In vet. cod. *pro aureā erat inermem*. Alius tamē codex excusus anno CIↃ. IↃ. XIII. etiam *auream* referebat. Corrigo leviculâ mutatione, *armeam ad te afferre*. Nam *Armea* erat armi ornamentum, diminutivè

nutivè *Armilla*. Observandum verò hoc loco veteres die natali munera ab amicis clientibusque accepisse. Symmachus lib. I. epist. V. *Cum jam filia vestra dies natalis appeteret, commodum aderant quæ muneri miseratis.* Et lib. VI. epist. XLIX. *Natalitio munere; quod frequentari à vobis communis felicitas faciet, nostrum hilarâstis animum, vestrum probâstis.* Iuvenalis Sat. IX.

En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit. ———

Petronius. *Vestimenta mea accubitoria* (ut emendat Lipsius) *perdidit, quæ mihi natali meo donaverat cliēs quidam.* Et huc pertinet Censorini caput primum De die natali. Sc. *Satin' ille homo.*

Duodecim deis plusquam in cælo est deorum immortalium,
Mihi nunc auxilio adjutores sunt, & mecum militant.

Planè heic mihi spissæ tenebræ, nec quicquam video sensus commodi. In vet. cod. erat.

Duodecim deis plusquā placeo: deorū immortaliū
Mihi nunc, &c.

Aliquantò melius, nec tamen adhuc me expedio.
EP. *Ne attigas.* PE. *ostende verò.* EP. *nolo.*
PE. *non æquum facis.*

Vet. cod. auctior. *Ne me attingas.* Rectè; sed *attigas* non est mutandum, nam veteres *Attigo* pro *Attingo* efferebant. Diomedes lib. I. *Attingo attingis omni eruditorū consensu dicimus. Verùm reperimus apud nonnullos authores, quibus eloquentiæ & elegantiæ tributa est opinio, sine n literâ dictum, quasi Attigo, Attigis: ut Pacuvius in Medo. Et custodite hunc vos, ne quis eum abstulat, neve attigat.* In quo Pacuvii versu

etiam alius ἀρχαϊσμὸς, nempe *Abstulat*, pro *Auferat*: quia veteres *Tulo* pro *Fero* dicebant. *Attigere* præterea Turpilius Leucadiâ dixit.

Ne me attigas, atque aufer manum, eia quàm ferocula es?

Vide Nonium. Quin ipse Plautus non semel.

EP. *Nunquam hercle hodiè, nisi supplicium mihi das, me solui sinam.*

Longè dissentio à doctissimo Lambino, qui supplicium nobis pœnam interpretatur. Sed posuit *Supplicium* pro supplicatione: ride verò Epidici etiam in calamitate suâ superbiam, qui ut solui vellet, etiã orari se cupiebat. Sic paullò post iterum dicit.

Nunquam hercle hodiè, nisi me orassis, solues.

Porrò eadem notione dixit Salustius. *In suppliciis deorum magnifici*. Accius Epigonis.

Nunc pergamus, suppliciis placans cælitum aras expleam.

Afranius Fratriis,

—— nullam profectò accessi ad aram, quin deos
Suppliciis, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans.
Nequicquam defatigarem. ——

Dixit autẽ Plautus *Supplicium dare*, quomodò *Dare bona verba*. Respondet Epidico Periphanes.

Optimum atque æquissumum oras soccos, tunicam, pallium
Tibi dabo. ——

Auget vet. cod. *Quom optimum atque æquissimum oras soccos*, &c. Quod tolerari potest; nisi quis mavelit. *Quamoptimum atque æquissimũ oras, soccos*, &c. Lectori optio est eligendi quod velit.

Novo

Novo liberto opus est quod pappet. PE. *dabitur, prabebo cibum.*

Scribendum est, *papet.* Transtulit autem à potu ad cibum, nam propriè est sugere; *Papa* enim, & ὑποκοριστικῶς *Papilla* antiquis dicebatur capitula mammarum, teste Festo. Igitur à *Papa* est *Papare*, ut à *Ruma, Rumare.* utitur etiam Persius Sat. III.

Et similis regum pueris papare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas.

Quod autem Varro apud Nonium papas dicit à pueris appellari cibos, nihil id sententiæ nostræ adversatur, nam lac tam cibum quam potum illis præstabat initio, & ut paullatim solidioribus cibis assuefierent, crustula & talia panificia infriabantur, & sic porrigebantur, ut etiam hodiè fit. Hoc lac, ut & mammam, anxiè flagitantes *Pa Pa* syllabas geminatas efferebant sono naturaliter omnibus infantibus insito, atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore *Papa* vocaretur & mammæ caput, & lac illud, quod & nos hodiè litera una minus Pap indigitamus. Hinc est quod Comicus *Papare* etiam pro edere usurpaverit. Hinc etiam *Papaver,* quia papæ indebatur adversus insomniam.

Viro Clarissimo

MARCO VELSERO

EXCONSVLI & Septemviro Augustano.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVæ humanitas tua est, V. CL. amorque in Musas, non illibenter videbis hæc mea ad Bacchides Plauti, Plauti inquam, quem tantoperè olim in delitiis ipsæ Musæ habuerunt. An aliquid effecerim, judicabis; equidem spero: sin autem, saltem bonæ voluntatis conscientiâ me consolabor. Solet enim in rebus omnibus, si minus effectus sequitur, conatus placere, laudarique. Induxit hanc legem naturæ humanæ imbecillitas: nam labimur plerunque cum minimè volumus, & maximè contendimus ut stemus.

AD BACCHIDES.

Cap. I.

Lepidu' s. Intus argentum. Ecferri. Turbat, παθητικῶς. Decedimus. In mentem est, Furtum facere atati.

SC. *Quid si hoc.* Tandem Bacchidis blandidicis & suadis dictis pellectus Pistoclerus, spondet ei operam & animum suum.

Tuus sum, tibi dedo operam. BA. *lepidus es. nunc ego te facere hoc volo.*

Vet. cod. *lepidus. nunc,* &c. Scribserat Plautus, *lepidu' s.* Nec aliter. Librarii scioli temerè mutarunt.

Ego tibi argentum jubeo jam intus efferri foras.

Lego ex Charisio lib. II. *ecferri foras.* Quod ἀρχαϊκὸν, ideóque Plauto dignius. Porrò notanda phrasis, *Argentum intus,* pro eo quod intus est. Sic *Patera intus* Amphitruone.

Tu Thessala intus pateram proferto foras.

Et *Intus cocus* Menæchmis.

Evocate intus mihi cocum Cylindrum actutũ foras.

Est autem Græcismus.

——— BA. *aliquantum, soror.* (soror.

Simul hic nescio qui turbat. qui huc it, decedamus;

Vet. cod. *nescio quid turb' est, quin hinc decedimus.* Rectè omisso τῷ *soror.* quod ex fine versus antecedentis malè erat repetitum. Sed malo, *nescio qui turbat.* ut sit Ἀρχαϊσμὸς, Veteres enim *Turbo, Muto, Angeo,* & talia παθητικῶς usurpabant. Præterea lego cum

go cum vet.cod.*quin hinc decedimus*,sed syllabâ penultimâ productâ,ut sit à *Decedim.* quomodo olim efferebatur, sicut *Edim*, & alia ad eam faciem. Sc. *Jamdudum.*

Quò nunc capessis tete hinc adversâ viâ?

Lego cum vet.cod.*capessis tu te hinc a.v.*

LY. *Quid tibi commercii est cum dis damnosissimis?*

PI. *Mali sunt homines qui bonis dicunt male;*
Tu dis nec rectè dicis,non æquum facis.

Concinnius meo quidem animo.*Tu dis nerectè*.Vide quæ supra notavi, ad Asinar. cap.I. Iudicent docti;temerarius esse nolim.

PI. *Fiam,ut ego opinor. Hercules, tu autem Linus.*

Lego,ut erat in vet.cod.

Eia nunc esse egod opinor Hercules,tu a.L.

vt sit octonarius. Est verò Græcismus. Paullò ante dicit Pistoclerus.

Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.

Sed malim cū vet cod.*ex magistratu tuo.* Sequitur.

Pol metuo magis,ne Phœnix tuis factis fuam,
Teque ad patrem esse mortuum renuntiem.

Putarim rectè legi posse.*tuis fatis.*

Compendium ædepol haud ætati optabile
Fecisti,cum istanc nactu's impudentiam.
Occisus hic homo est. ecquid in mente est tibi
Patrem tibi esse?

Lego tertio versu.*Occisus hic homo es*. Atque hoc ex conjecturâ: altero membro ex vet. cod. *ecquid in mentem est tibi.*Nihil rectius:atque jā olim de phraseos huius integritate disputatum ab Agellio lib.I. cap.VII.

PI. *Istaccine tibi Lyde libertas data est*

Ora-

Orationis. satis est, sequere me hâc, ac tace.

LY. *Edepol fecisti furtum in ætate malum,*

Quum istæc flagitia me celavisti, ac patrem.

Secundo versu ex authoritate veteris codicis lego *sequere me, ac tace.* extritâ vocula, quæ numeros nimis turbat. Tertio verò in vet. cod. erat. *f. furtũ ætati malum.* Quod rectius censeo. *Furtum ætati facere* dictum est, quomodo *Fraudem facere.*

Cap. II.

Im. Formus. Formaster. Vxores à maritis *Iunones* dictæ. *Primumdum. Remulco sequi. Statuere*, pro *Sistere.*

HÆc observata mihi in primum Actum, transeo ad secundũ; modò temerè non est in Actus distribuere fabulam principiũ tam mutilam. Quod cum ita se habeat, quis mihi audebit spondere eos nos Actus hodiè tenere, quos olim distignârat Plautus? Sequar tamen, quando aliter non licet, vulgatas editiones.

Herilis patria salve, quam ego biennio,

Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio libens.

Augeo carminis gratia ex vet. cod. *nunc conspicio libens. Sc. Mirum est.*

— ecquid nã meminit Mnesilochi? PI. *rogas?*

Immò unicè unum plurimi pendit. CH. *papæ!*

Putem veram isthanc conjecturam meam. *Im unicè.* Nam *Im* pro *Eum* veteres dicebant, quod notum est.

Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est? PI. *rogas?*

Ni nactus Venerem esse, hanc Iunonem dicerem.

Cor-

Corrigo, *etiam formis tibi v. e?* Ita Milite, Sc. *Quid mihi.*

PA. *Convenit.* PY. *ecquid fortis visa est?* ——

Iterum *formis* legendum censeo. Quam autem locorum horum depravatio non fit χθὲς καὶ πρώην nata ex eo facilè apparet, quod Servius doctissimus Grāmaticus, & Nonius hinc *Fortis* pro formoso accipi voluerint ostendere: sed quàm ambo falsi sint, nemo posthac dubitabit. Iā *Formis* veteres illos dixisse certum est vel ex compositis, *Cōformis*, *Deformis*, *Efformis*, *Informis*. Dicebant etiam *Formus* eàdem notione, non pro calido tantum, ut *Inermus*, *Inermis*. & infinita talia: hinc *Formaster*, ut *Surdus*, *Surdaster*, aliaque ad eam faciem. Titinnius.

Aut hic lataster, aut formaster frigidus.

In sequenti verò versu transponenda sunt dearum nomina.

Ni nactus Iunonem essem hanc Venerem dicerem.

Vult enim dicere tanta eam formâ esse, ut nisi vereretur iram uxoris suę, quæ se formosissam arbitrabatur, ipsissimam hanc esse Venerem diceret. Alludit ad contentionem dearum de formâ. Notum illud Poëtę.

——— *manet altâ mente repostum*
Iudicium Paridis, spretaque injuria formæ.

Iunonem verò appellat uxorem suam, ut solebant mariti omnes. Sic ille senex Casinâ, Sc. *Omnibus rebus.*

Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristē tuo Iovi.

Sc. *Ibo in Piraeum.*

CH. *Vulcanus, Sol, Luna, & Dies dei quatuor,*
Scelestiorem nullum hoc illuxere alterum.

NI.

NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quàm, inquam, Archidemidem.*

NI. *Quid fecit.* CH. *quid non fecit? quin tu id ex me rogas?*

Scribo ex vet. cod. *nullum illuxere*, extrito *hoc*, quod superfluere non invitus arbitror. Tertio versu personas ita constituo.

NI. *Quemne? Archidemidem?* CH. *quem inquam.* NI. *Archidemidem?*

Quid fecit? CH. *quid non*, &c.

Fallor planè, aut rectè emendavi. Ne tamen auxiliũ malignè dissimulem, etiam, *quem inquam?* legitur in veteri exemplari meo.

Primùm dum inficias ire cœpit filio.

Semel & hoc monebo, ubique scribendũ *Primumdum*, ut suprà *Primodum*. Talia erant ista. *Nondum, Necdum, Nedum, Ehodum.*

Ubi portu exiimus, homines remigio sequi.

Neque aves, neque venti citius.

Vett. codd. *homines remulco sequi.* Quod si rectum, poterit Festus hic oculos habuisse nonnemini videri, cum scriberet. *Remulco, est quum scapha remis navis magna trahitur.* Ergo sensus erit hujus loci. Sequebantur nos scaphâ, navim magnam, cui ea alligata, trahentes: eóque est major ὑπερβολὴ in istis quæ addit. *Neque aves, neque venti citius.*

——— *quoniam sentio*

Quæ res gereretur, navem extemplo statuimus.

Insolenter heic *Statuere* dixit pro *Sistere*. Apparet itaque quem Auctorem sequatur Arnobius noster lib. I. *Famuli ejus hoc modo statuerunt errantes aquas, & à pernicie corporum suos labi jussere per tramites.*

mites. Similemq; Cypriani locum produxi Critici lib. I. cap. XII.

Cap. III.

Megabyzus. *Consimil. Mendicum vivere. Medecum.*

Eâdem Scenâ.

NI. *Quis istic Theotimus est?* CH. *Megalobuli filius.*
Qui nunc in Epheso est Ephesiis carissumus.

Lego, *Megalobuzi*, vel, quod idem valet, *Megabyzi*, quomodo erat in vet. cod. Suidas. Μεγάβυζος, ὄνομα κύριον. Quintilianus lib. V. cap. XII. *An verò statuarum artifices pictoresq́; clarissimi, cum corpora quàm speciosissima fingendo pingendóve efficere cuperent, nunquam in hunc inciderũt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi?* Quod autem maximè hanc emendationem stabilit, invenio eidem illud muneris fuisse, quod filio Theotimo: clarè ecce tibi Plinius lib. XXXV. cap. X. *Pinxit & Megabyzi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam*. Et mox cap. XI. *Ephesi verò & Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulcrum.* Diogenes Laërtius lib. II. in Xenophonte. Γενόμενος δ' ἐν ἐφέσῳ. καὶ χρυσίον ἔχων, τὸ μὲν ἥμισυ Μεγαβύζῳ δίδωσι, τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ, φυλάττειν. ἕως ἂν ἐπανέλθῃ. εἰ δὲ μὴ, ἄγαλμα ποιησόμενον, ἀναθεῖναι τῇ θεῷ. Hesychius, οἱ τῆς ἀρτέμιδος ἱερεῖς, καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ περσῶν βασιλέως Μεγάβυζοι. Strabo lib. XIV. ubi de Dianæ Ephesiæ templo agit, commemorat generali nomine ita omnes ejus Deæ sacerdotes appellatos, eunuchos-

chosque fuisse, & custodiæ socias virgines habuisse. Ἱερέας δὲ εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας. καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ. συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. Sed hoc quid est, quod Plautus dicat Theotimum filium Megabyzi, si Eunuchus ille Megabyzus? Explico. Megabyzi filius idē valet ac si dixisset Megabyzus (nam appellativum illud nomen fuit) quomodo ἰατροῦ παῖς, pro eo quod est, ἰατρός. Meminere præterea Megabyzi Cicero in Oratore, & Plutarchus in vitâ Alexandri. Hæc scribseram cum monuit me Eitzo Tiarda, juvenis mei & doctrinę elegantioris amantissimus, Turnebum jam olim hunc Plauti locū emendasse. Sc. *Multimodis.*

Nimio præstat impendiosum te quā ingratū dicier.
Illum laudabunt boni, hoc etiam culpabunt mali.

Putem rectius esse, *honc etiam.* Nisi velimus dicere eodem omninò modo extulisse, quo Amphitruone, *Cul est*, pro *Qualis est.* Neutrum similiter vicem masculini: Captivis item, *Fac fidele sis*, pro *fidelis.* Sc. *Nunc experiar.*

Propter me hæc nūc meo sodali diei discrucior miser,
Innocens suspicionem sustinet caussâ meâ.

Mutilus, ut ex metri dimensione apparet, postremus versus, quem ex veteri codice ita rescribo.

Ille innocens, &c.

Haud consimili ingenio atque ille est, qui in lupanari accubat.

Non dubitem rescriberere, *consimil ingenio.* Malè adhęserat fini prima literula dictionis sequentis, nā veteres *Consimil* pro *Consimilis* efferebant, ut notavi ad Amphitruonem, cap. v. Vide, si operæ est.

I Quin

Quin ego cum peribat vidi, non ex auditu arguo.
Lego ex vet. cod. *ex audito.* Sc. *Amiciorem.*

Mendicum velim mendicando vincere.
Sambuci clarissimi, & meus vetus codex, *vivere,* Optimè. Ita Amphitruone.

Virtute dixit vos victores vivere.
Ibi *victores vivere* dixit, ut heic *Mendicum vivere.* Sc. *Rebus aliis.*

Mnesilochum ut requiram, atque ut eum mecum ad te ducam simul.
Camerarii editio, *ut eum medicum.* vnde certâ conjecturâ colligo scribsisse Comicum nostrum, *ut eum medecum,* ἀρχαϊκῶς. Nam *Medecum* pro *Mecum* veteres pronuntiabant. Hoc tam verum, quam

Pythia quæ tripode ex Phœbi lauruque profatur.

Cap. IV.

T. pro S. olim scriptum. *Perge hàc. Nerecti.* Miles extrà ordinê correcta. *Dentifrangibula manus. Hæc* pro *Hæ. Mis.* Hellenismi notati. *Acra.* Turpilius restitutus.

Act. IV. Sc. II.

Quid istuc? quæ istæc est pulsatio?
Nemo non videt mutilum esse versum, quêm ex veteri codice ita suppleo.

Quid istuc est? quænam istæc est pultatio?
Iam τὸ *Pultatio* quoque dignius Plauto, quã *Pulsatio*: quia *T* pro *S.* scribebant. Tale est quod apud Festum legimus. *Mertat pro mersat dicebant.* Item. *Adgrettus, apud Ennium. Adgrettus fari, pro eo quod est adgressus ponitur.* Sic Milite. Sc. *Cohibete.*

Cedo tres mihi homines aurichalco contrà cum istis moribus.

Vaticanus alter, *contrà hentim istis.* unde & Lipsius, *contrà emsim.* Magis ἀρχαϊκὸν, & Plautinius, *contrà emtim.*

Na tibi herclè haud longè est os ab infortunio,
Ita dentifrangibula hac meis manibus gestiunt.

Necessariò locus corruptus. Corrigo. *dentifrangibula hæc mis manus.* Gestiunt, inquit, mihi manus dẽtifrangibulæ, ut Amphitruone. *gestiunt pugni mihi.* Iam verò *Hac* pro *Ha* est ἀρχαϊσμὸς, ut alibi ad hũc ipsum Comicum ex Terentio annotavi. *Mis* quoque pro *Mei* ἀρχαϊκὸν est, & ἑλλωϊκὸν. Sic infrà Trinummo. Sc. *Salsipotenti.*

Quos penes mei potestas boni misque foret, & mea vita.

quem locum temerè sollicitant viri docti, nam *boni mis* est ἐναλλαγὴ numeri, valetq;, τῶν ἐμῶ κτημάτων. Similis Hellenismus Menæchmis, Sc. ultimâ.

——— quid? vostrûm patri
Filii quot eratis?

Id est, τῷ πατρὶ ὑμῶν. Itaque errat Colvius, qui mutat, reponitq; *vos tum patri*, etsi satis ingeniosè. Sed est boni Critici, acumen ingenii acrimoniâ judicii temperare. Sc. *Petulans.*

Incredibilis, imposque animi, inamabilis, illepidus vivo,
Malevolente ingenio natus. ———

Omninò recta & vera Plauti lectio, quæ in vet. cod. *Malevolente Genio natus.* Nam veteres Genium natalitii diei præsidem existimabant. Vide quæ fusè Spicilegii Theocritici cap. IV. si tanti est.

— postremò id mihi est, quod nolo
Ego esse aliis. ———

Rectius vet. cod. *quod volo*, pro, *quod potius volo.* Consuetum verò est aliis Scribtoribus ita concisè loqui, ut *Magis, Potius*, subintelligant. Mos autem olim cum mala à se amoliri vellet, aliis ea, hostibus maximè, imprecari. Plenè de eâ re dixi in Cómentario Lycophroniano, ad ea verba.

Δαίμων δὲ φήμας εἰς τὸ λῷον ἐκδεχομένη
Τεύξει. ———

——MN. *perii. multa mala mihi in pectore*
Nunc acria atque acerba eveniunt. ——

Vet. cod. *acra atque acerba*. Rectissimè. *Acra*, pro *Acria*. merus ἀρχαϊσμὸς. Nam veteres inflectebant *Acer*, *Acri*, secunda declinatione, ut *Magister*, *Puer*, *Pulcer*. Hinc est quod in Glossario legitur. *Acrum*, Δεινὸν, Δεινὸν. Charisius lib. 1. *Acrum tamen pro Acrem Cn. Matius Iliad. 15. Vindex lib. 1. notat. Sc. Hunc hominem.*

CH. *Vix videtur fieri posse.* MN. *pergè. ac facilè hæc feceris.*

Vet. cod. MN. *perge hâc*. Nihil rectius. Deinde audeam dicere legendum, *facilè ecfeceris.* ἀρχαϊσμῷ. Iam *Perge hâc* elegans dictio, & Plauto dignissima.

Euax nimis bellus, atque ut esse maximè optabam, locus.

Vet. cod. omissâ voculâ, *atque esse m. o.* Optimè; nam *Atque* idem valet quod *Ut*.

Chrysalus mihi usquequaque loquitur nec rectè pater.

Quicquid alii sentient, ego corrigo liberè, *loquitur nerectè*. Id est, malè dicit, convitiatur. Sic suprà hâc

capse

eapſe Comœdiâ, & Aſinariâ ſcribendum monui. & in Phaſmate. *Nerectè ſi ille dixeris.* Turpilius Demetrio.

Nerectè dici mihi quod jamdudum audio.

Nec quidquam Feſti me authoritas monet, qui indubiè libris corruptis uſus fuerit.

Cap. V.

Treuni paſſus. Artema. Solere. Turpilii Demetrius; atque ad eam fortè à Plauto reſpectum.

SC. *Conſtringe.* Quam lepidè ludit Chryſalus Nicobulum ſenem.

CH. *Sequere hàc me, faxo jam ſcies.* NI. *quò gentium.*

CH. *Tres unos paſſus.* NI. *vel decem.*

Vet. cod. *Treunos paſſus.* Optimè. *Treuni* paſſus valent, *Tres uni*, id eſt, *ſoli.* Librarii ſcioli quum non caperent elegantiam vocis tam lepidè fictæ atque cõpoſitæ, temerè pro moro ſuo more correxerunt.

——— *agedum tu Artamo,*

Forem hanc pauxillum aperi placidè, ne crepa.

Mendum eſt, ut & in ipſo ſcenę hujuſdem initio.

Conſtringe tute illi, Artamo, actutum manus.

Et vereor ut ſervo illi lorario *Artema* nomen fuerit, itáque utrobique reſcribendum. Varro lib. VII. de Ling. Lat. *Tres cum emerunt Epheſi ſingulos ſervos, nonnunquam alius declinat nomen ab eo quòd vendidit Artemidorus, atque Artemam appellat: alius ab regione, quòd ibi emit, ab Ioniâ Ionam: aut ab urbe Epheſo Epheſium: ſic alius ab aliâ aliquâ re,*

 ut

ut visum est. Sed temerè non mutaverim tamen
Sc. *Meamne.*
CH. *Pacisci cum illo paululâ pecuniâ*
Potes. NI. *paciscere ergo, obsecro, quod tibi lubet*
Dum ne manifestò hominem opprimat, neve evicet.
Secundus versus non constat, itaque ut sit ternarius, quales reliqui, rescribo ex veteri codice.
CH. *Pacisci cum illo paulâ pecuniâ potes.*
NI. *Pacis. ere ergo, obsecro, quod t. l.*
Omninò ita debet.
Vt ille cum illâ neque cubat, neque ambulat,
Neque osculatur, neque illud quod dici solet.
Veram lectionem eruo addita unâ literâ à primâ vocis sequentis, ut fieri aliquoties amat, propter similitudinem absorptâ. Scribo ergo.
——*neque, illud quod dicis, solet.*
Solere veteribus nihil aliud erat quàm Συνουσιάζειν.
Cistellaria. *Cum viris prædicant suis nos solere.*
Satin' est, si plura ex me hodiè audiet mala,
Quàm audivit unquam Clinia ex Demetrio?
Lambinus Plautū hic respicere arbitratur ad aliam aliquam Comœdiam perditam, in quâ Demetrius aliquis inducatur acriter filium Cliniam objurgans. Simeo Bosius, acutissimi vir ingenii, ad aliquam alius veteris, cui adsentior; & addo, ex Turpilii Demetrio, quam Grammatici frequenter citant, desumpta videri.

Cap.

Cap. VI.

Relectus. Exquirit sibi. Plauti negligentia notata, *Turbela. Fugela. Confugela.*

Sc. *Atridæ.*

——— Mnesilochus Sinon est,
Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto accubat.

Lego, *Relectus*, id est religione destinatus: porrò Achillem pro Palamede posuit, quales nominum propriorum confusiones etiam ad Lycophronem observavimus. Vide historiam Sinonis manibus Palamedis destinati fraude Vlyssis, ut ajebat, apud Virgilium Æneid. 2. Observanda autem hic verbi *Relegere* secretior notio, de qua dixi Crit. Arnob. lib. IV. cap. VIII. edit. ultimæ.

Dolis ego deprensus sum, ille mendicans pæne inventus interiit.
Dum ibi exquirit fata illorum. ———

Rectè ingeniosissimus Gulielmius legendum vidit *Iliorum*. Porrò ex vet. lib. *Dum sibi exquirit*, corrigo. *Sibi exquirit* eleganti phrasi dixit: Cato de R. R. cap. CLVIII. *Si vis benè tibi deiicere, sume tibi ollam.* Petronius. *Proximâ ergo nocte, cum miles qui cruces asservabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, &c.* Et alii Auctores non infrequenter.

Paria itē tria eis tribus sunt fata nostra huic Ilio. Putem scribsisse Sarsinatem nostrum, *nostro huic Ilio*. Certè multò elegantius.

Nam dudū primò ut dixerā nostro seni mēdacium.

 Nihil

Nihil certius,quam legendũ esse ex vet. cod. *Priamo ut dixeram*. Nicobulo enim Priami personam imposuit, quod ex sequentibus abundè liquet, etsi suprà dicat.

Nostro seni huic stolido, ei profectò facio nomen ego Ilio.

Sed scio Plauti œconomiam non hoc solum loco esse tam accuratam, prout decorum tanto poëtæ.

Tantas turbellas facio, sed crepuit foris.

Corrigo, *turbelas facio*, nec est quod quisquã ὑποκοριστικὸν mihi oggerat, nihil audio. Geminus locus Pseudolo, Sc. *Si ex te tacente,*

Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare.

Etiam ibi *turbelas* scribendum. Vide Festum. Veteres autem dicebant, *Turba, Turbela*. ut *Suada, Suadela. Adsida, Adsidela. Fuga, Fugela*; unde est apud Festum. *Confugelam antiqui confugium dicebãt*. Iam & hoc argumento esse potest Plautum *turbellas* non scripsisse, quod veteres consonantes non geminabant.

Nobil.

Nobil. Clariss. Viro

THEODORO CANTERO

Ex Consule & Senatore Vltrajectino.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Narro tibi V. Clariss. nunquam dignior fui, cui Horatii isthoc occentaretur.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Vide enim quã me spes mea fefellerit. Cogitabã principiò XX. libros in hunc Plautum, nunc hæc pauxilla folia vix exsculpo. Ita nimirum sæpè frustrà sumus, & quæ speramus minus eveniunt. Has ad Mostellariam Notas mitto, ut auferant abs te aut laudem, si merebuntur, aut culpam: non itaque vota mea destitues. Hoc ultrò profiteor, vix mihi satisfacere, nisi si tibi; vereri etiam in iis quæ satisfaciunt, ne sim Catulli Suffenus. Tu judicabis. quid enim Momus quispiam censuerit, non laboro; sandalium ille culpabat, cum Venerem ipsam non posset.

AD MOSTELLARIAM.

Cap. I.

Carnificium. Simulatrices. Offigere. Meditabo.

IANI Gulielmii elegantiſſimo ingenio Plautus eiuſque ſtudioſi plurimum debent: vel hoc ipſum, Moſtellariam cum Phaſmate eandem eſſe, quam ſagaciter odoratus eſt? Labi tamen eum nônunquam, id eſt, humanitus facere, omninò certum. Ecce primâ Scenâ Actus primi in iſtis verbis:

O carnificinum cribrum, quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, ſi huc reveniat ſenex.

Mutat, legitque *Stimuli*, pulcrè quidem; immò nec pulcrè, quia non Plautinè: induxit verò in errorem loci depravatio non animadverſa. Nam Plautus, *O carnificium cribrum*, ſcribſit indubiè, ut habet vet. cod. *Carnificium* eſt venuſtus ἀρχαϊσμὸς, pro *Carnificum*. Sic dicebant *Hominium, Meretricium*, & talia. Ergo ſenſus eſt. O carnificum cribrũ quod credo fore, ita te forabunt (ſ. carnifices) ſtimulis, &c.

Nunc rus abibo. nam herilem filium
Video corruptum hîc ex adoleſcente optimo.

Omninò rectè vetus meus, & Sambuci codex. *nam eccum herilem.* nam hæc iſta δεικτικῶς à Grumione efferuntur. Sc. *Iam pridem.*

Vix cõprimor quin involẽ illi in oculos ſtimulatrici.

Lego, *ſimulatrici.* Simile paullò poſt.

In

In anginam ego nũc me velim verti, ut venefica illi
Fauces prehendã, atq; enicẽ sceleſtam ſtimulatricẽ.

Iterum lego, *ſimulatricem.* Nam *Simulatrices* appellabantur ſagæ ac veneficæ. Statius.

Colchis, & Æœo ſimulatrix littore Circe.

Vide Scaligeri in Cirim. Veneficas autem mulieres convitio dici nemo ignorat.

Lepidè dictũ de atramento atque ebore: euge, plaudo Scaphæ.

Nunquam ita ſcripſit Comicus; quin, ſi quid judico, hęc vera lectio.

——— eugepæ, laudo Scapha.

Sc. *Iupiter ſupremus.*

Sed eâ lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.

Dignius Plauto, quod in vet. cod. *ut offigantur.* Nam *Offigere* veteres pro *Affigere* pronuntiabant.

TR. *Philolaches.* PH. *quid eſt?* TR. *ego, & tu.*
PH. *quid, & ego, & tu?* TR. *periimus.*

Corrigo. TR. *& ego, & tu.* quod rectum eſſe ſubſequens Philolachetis interrogatio abundè acuto Lectori fidem faciet.

PH. *Nullus ſum.* TR. *taceas. ego, qui iſtac ſedem meditabor tibi.*

In Sambuci MS. erat. *medicabo.* Vera lectio, *meditabo tibi.* Ἀρχαϊσμὸς eſt; amabant enim Plautini ævi Scribtores invertere verborũ genera. Vide Nonium De contrariis verborum generibus.

——— TR. *abſcede ab januâ.*

Euge, obſecro herclè. TH. *quò fugiã? etiã tu fugis?*

Certiſſimò verum, quod in Sambuci & meis veteribus codicibus invenio, *Fuge obſecro.* Et peſſimo jure hactenus vox ſpuria retenta eſt. Vel Theuropidis

dis reſponſum poterat perſuadere,ſi non prçcedens iſte locus planè geminus.

TH. *Quid jã?* TR. *fuge obſecro,atq; abſcede ab adi-*
Fuge huc, fuge ad me propius. —— *(bus.*

Sed hæc non erant probanda, quum Plautum ita ſcribſiſſe magis clarum ſit, quam meridie lucere: itaque qui refragetur, eum ego jubeam Diogenem Cynicum imitari, & ἅπτειν λύχνου ἐν μεσημβρίᾳ. Sc. *Sceleſtiorem ego annum.*

TH. *Quo tu te agis?* TR. *nec quoquam. na ego ſum miſer,*
Sceleſtus,natus diis inimicis omnibus.
Iam illo præſente adibit,na ego homo ſum miſer.
Ita & hinc & illinc exhibent negotium.

Nihil judico, niſi tranſpoſiti poſtremi verſus; hoc modo reſtituo,& interpungo.

——— *na ego ſum miſer*
Sceleſtus,natus diis inimicis omnibus.
Ita & hinc & illinc exhibent negotium.
Iam illo præſente,&c.

Non eſt quod quiſquam in Criſi mihi quidquã accredat,ſi non rectè emendavi.

DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?* TR. *nunquam potuiſti mihi*
Magis oportunus advenire quàm advenis.

Plenius in Sambuci MS. & vet.cod. *(cedo.*

DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?* TR. *Quin quidvis*
DA. *Vbi Philolaches eſt?* TR. *nũquã potuiſti mihi*
Magis opportunus,&c.

Et multò melius! cur enim hæc de Plautino fundo ejiciamus cauſæ juſtæ nihil eſt, quum optimè conveniant.

Sed arraboni has dedit quadraginta minas.
Quod sæpius anteà ex vet. cod. heic ex conjecturâ rescribo *mnas*, Græca inflexione, metris poscétibus.

Cap. 11.

Ferriterium. Ferritribax. Ara Apollini à Comœdis constituta.

Sc. *Melius anno.*
——— SI. *tunc tibi*
Chorda tenditur: inde in ferriteruum,
Posteà in crucem rectà.

Rectè V. N. Ianus Dousa *ferriterium* suspicatur, itáque signatè in vet. cod. erat. *Ferriterium* heic vocat, lepidè effictо vocabulo, quem *Ferritribacem* suprà Sc. *Jupiter supremus*
Ubi sunt isti plagipatidæ ferritribaces viri?
Sic *Scelus* pro scelesto. *Servitium*, pro servo; & talia.

TH. *Dormiũt?* TR. *illud quidẽ, ut connivẽt, volui dicere.*
TH. *Satin' habes? ut quicq; magis contẽplor, tãto magis placet.*

Personas ita distinguendas arbitror.
Satin' habes? TH. *Ut quicq;*, &c.
Indubiè hæc Tranionis verba sunt, quibus rogabat an jam satisfactum sibi existimaret, ad quod Theuropides respondet, ut magis singula contemplaretur, eò placere magis. Iudicabis serie Lector.

TH. *Apage istũ à me perductorẽ, nihil moror ductarier.*
SI. *Quid? quid est?* TH. *errabo potius, quã perductet quispiam.*
SI. *Ædis dico.* TH. *ergò intro eo sine perductore.*
SI. *i, licet.*

Vet.

Vet.cod. TH. *ergò intrò eo, sine perductore.* SI. *i, licet.* Quod rectum, pro *omitte perductorē.* Sc. *Illi buceda.* TH. *Vera cantas, vana vellem.* PH. *patris amicus videlicet.*

Volunt viri docti 'ὸ *es* subintelligi: nego, & Plautū scribsisse dico. *patris amicu's videlicet.* Sc. *Qui homo.* Nequissimus & astutissimus servorum Tranio, cavere sibi ab heri Theuropidis volens insidiis, aram occupat, prætexens aversurum se Simonis servos quæstioni habendos, ne eò confugere possent. Hæc eius verba.

——— *faciundum edepol censeo.*
Ego interim hanc aram occupabo. ———

Annotat quidem eruditissimus Lambinus morem fuisse servorum ut deprecandi caussâ ad aram confugerēt, & rectissimè illud; hoc verò addidisset vellem, quomodò heic ara in proscenio. Quoniam ergò neglexit; non ingratum, opinor, lectori erit, si ego exponam. Sciendum autem Comædos aram in proscenio costituere solitos fuisse in Apollinis honorē, cui Comœdia sacra, ut Libero patri Tragœdia. Sic etiam apud Terentium ecce aram præsentem, Andr. Act. IV. Sc. IV.

——— *ex arâ hinc sume verbenas tibi,*
Atque eas substerne. ———

Quo loco vetus eius Interpres. *Ex arâ, scilicet Apollinis, quem* Ἀγυιεὺς *Menander vocat. aut quod Apollini Comœdia dicata est, in cujus honorem aram constituebant Comœdiam celebrantes.* Hinc nimirum toties ararum mentio in aliis Plauti fabulis.

Viro Clarissimo

IACOBO MONAVIO

Patritio Vratislaviensi, & Ducis Silesiæ Consiliario.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

NEc tu mihi insalutatus esse debes, V. CL. si grata tamen salus esse potest, quæ onus adfert: talis enim hæc mea. Sed mentior: onus non est, quia tibi non videbitur, cui nihil grave, quod amicis impendis, quod Musis. Amicis dico, & in eorum numerum ultrò me nihil tale exspectantē adsciuisti. Amorē tuum declarârunt tam uberes laudes meæ, quas in literis ad D. Vulcanium tribuis: quamvis quid meæ? tuæ potius sunt, cum à te proficiscantur: sed & meæ, quia κοινὰ τὰ τῶν φίλων. nosti illud ἀπόφθεγμα. Equidem velim nimis pro tam admirabili humanitate uti aliquam reponere gratiam possim, non enim dicam dignam: quod si contendam, nihilò melius faciam, quam si velim ἄμμον μετρεῖν. Sed desino. In Plauti hisce juva me, amabo, judicio tuo.

AD
MENAECHMOS.

Cap. I.

Antelogium. Macrobius correctus. *Ab se.* Opima spolia Iovi Feretrio figi solita. *Amentum. Submentum. Amen.* Arnobius correctus. *Omentum. Madectum.*

In ipso Argumento:

Et is germanum, postquam adolevit, quaritat.
Circum omnes oras, post Epidamnum devenit;
Hic fuerat auctus ille surreptitius.

Non me latet τὸ *Auctus* pro *Adoleverat* exponi à Lambino, seorsum tamen libet sentire, & puto veram hanc conjecturam meam.

Huc fuerat avectu' ille surreptitius.

Nihil certè ad præsentem rem, de quâ Comicus tractat, magis appositum. Fulcrum præterea, si vis, en tibi è Prologo.

Epidamniensis quidam ibi mercator fuit,
Is puerum tollit avehitque Epidamnium.

In eo ipso legitur iste versus.

Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.

Ad cujus παράδειγμα fortè scribendum quoque in Macrobio Sat. lib. I. cap. XXIV. *Sed & Eustathius, & post hunc Symmachus meminerint, crastinâ dissertatione servari sibi antelogii functionē,* Lib. VII. cap. IV. *Hic assensi omnes Prætextato antelogium detulerunt.* Hodiè *anteloquii,* & *anteloquium* est in excusis. Temerè tamen mutare nolo: nam cur ita non liceat

dicere,

dicere, cum ipse hic Plautus ad eandem faciē *Multiloquiū*, & *Pauciloquium* extulerit Mercatore. Pergo in Plauto, Sc. *Ni mala.*

Mane, mane obsecro herclè, ab se ecca exit.

Fallitur Lambinus, qui *ab se* interpretatur *domo suâ*: nihil enim aliud est, quàm *sponte suâ*. Glossæ Isidori. *Ab se, spontaneus.* Sic Rudente.

Nam hac literata est, ab se cantat cuia sit.

Item Truculento.

Sed nimiū pol oportunè ecce ab sese egreditur foras.

Nos quoque idiomate nostro dicimus, **Van hem selven**. Sc. *Anime mi.*

Sustine hoc, Penicule, exuvias facere, quas vovi, volo.

Vet. cod. *facere quasi Iovi volo*. Rectissimè, nisi quod *pacere* legendum, quod veteres pro *Pangere*, sive *Figere* usurpabant: aut dicendum *F* pro *P* esse, ut in *Palanga, Falanga. Palatum, Falatū.* Lepidè verò jocatur velle se pallam uxori ereptam quasi opima spolia Iovi figere, alludens ad antiquam consuetudinem, quâ Iovi Feretrio opima spolia donabantur, ut ex Festo Pompeio cognoscimus.

ME. *Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier.*

Atque aliquid scitamentorū de foro obsonarier.

Ita primus correxit magnus Turnebus, teste Lambino, cum in olim excusis esset, *sit amentorum*. Ego legerim.

Atque aliquid, sit, amentorum de f. o.

Enumerat per partes edulia porcina. Dictum autē *Amentum* sive *Ammentum* (etsi non ignorē aliam notionem, de quâ dixi Critici Arnobiani lib. IV. cap. XIV) pars in animalibus mento proxima, quasi

Admentum, *D* in *M.* ἐυφωνίας χάριν mutato. Simili compositione *Submetum* in Glossis à Stephano vulgatis, magno bono Reip. literariæ, legi: In iisdem etiam *Armentum* est, quòd idem valet, nam *Ar* pro *Ad* ἀρχαϊκὸν est, itaque peccavi olim cum volui sollicitare. Arnobius lib. VII. concisè *Amen* extulit, ut *Tormen*, *Momen*, *Fragmen*, talia. *Non magmenta, non augmina, non mille species, vel amen sanguinum, vel fitillarum, quibus nomina indidistis obscura, vulgóque ut essent augustiora fecistis.* Vel potius est placéta. Hesychius. Ἄμλω, εἶδος πλακοῦντος. Quod monuit me Fridericus Tiliobroga, juvenis eruditus. Sed locus Arnobii & mendosus, & luxatus, quales plures in eo Scribtore nuper ostendi: puto restitui posse. *non augmina, vel amen sanguineum, vel fritillam, non mille species, quibus nomina*, &c. Alii codices Plautini, ut monet Germaniæ suæ ornamétum insigne, Ioachimus Camerarius, habent *omentorũ*; quod etiam rectum erit. Idem Arnobius eodem libro. *Quæ causa, quæ ratio est, ut caro strebula separatim, hira sola, omenque solum augmentorum adjiciatur in causam?* ut correxi ex Romanæ editionis vestigiis. Et Glossę exponunt *Omentum*, ἐπίπλοον. Inde *Isicia omentata*. Apitius. *Isicia omentata, pulpam concisam teres.*

Madida quæ mihi apposita in mensam miluinam suggerant.

Ruit versus: Constituo octonarium, qualis est præcedens, scribóque. *Madicta quæ*, &c. Ἀρχαϊσμὸς, pro *Madecta*. Nam veteres *Madectum*, *Humectum*, pro *Madidum*, & *Humidum* efferebant.

Cap.

Cap. II.

Prahibere. Dissentare. Τιθωνȣ̃ γῆρας. *Tithonus.*

Sc. *Nulla est voluptas.*

Orasque Italicas omnes, quà egreditur mare,
Sumus circumvecti. ———

Melius vet.cod. *quas aggreditur m.* id est, maritimas.
Sc. *Sine fores.*

Sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam malleo,
Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

Scio quid Lambinus dicat, sed tamen puto rectius. *Quasi supellex Pellionis.* Ludit Pollionem suâ ætate Comœdum minorum gentium, quem & Bacchidibus perstringit.

Etiam Epidicũ, quam ego fabulã ut meipsum amo,
Nullam æquè invitus specto si eam agit Pellio.

Nam de eo ibi intelligendum sagaciter odoratus est olim Ianus Gulielmius. Scenâ *Ut hoc.*

Ut hoc utimur maxumè more moro
Molestoque multum.

In vet.cod. erat, *more morum.* unde conjicio Plautum olim scribsisse.

Ut honc utimur maxumè morem morum,
Molestomque m.

Elegans ἀρχαϊσμὸς; Plautinus purus putus. Sed hoc pænè monere omiseram scenâ superiori legendum potius videri.

Manifestũ faxo jam opprimes, sequere hâc modo.

Nõ *Manifesto.* Nam *Manifestum opprimere aliquẽ,* sive *tenere,* s. mendacii, erroris, maleficii, phrasis op-

tima: Græci dicerent, ἐπ' αὐτοφώρῳ. Ipse Plautus posteà.

Manifestum ego hominẽ unquã ullum teneri vidi.

Et alibi multoties. Sed redeo ad Scenam à quâ abieram.

Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi.

Plauto dignius longè: *utendum dedi.* ut habebat vet. cod. Invenies quæ huc pertinent, apud Agellium lib. I. cap. VII. Sc. *Ut ætas.*

Nec quid id sit, mihi certius facit,

Quid velit, quidve arcessat.

Lego ex vet. cod. *arcessit*, ut sit ἀρχαϊκὸν. Veteres enim subjunctivos verborum tertiæ conjugationis non per *Am*, sed per *Im* efferebant, itaque *I* ubique in inflectendo servabant.

Quando te auratam, & vestitam benè habet, ancillas, penum,

Rectè prabet, melius sanã est, mulier, mentẽ sumere.

Corrigo, *Rectè prabibet.* Veteres enim *Prabibere* dicebant, quod posteriores per concisionem *Prabere.* Et ne quis temeritatis me damnet, scito ita esse disertè in vet. cod.

Dic mihi istuc Menæchme, quod vos dissertatis, ut sciam.

Valdè heic se torquent eruditissimi juvenes Gulielmius, & Colvius; ille *decertatis*, iste *disceptatis* legendum autumat. Pace manium utriusque, neuter benè. Certò certius est scribsisse Comicum nostrũ, *quod vos dissentatis.* Veteres enim proferebant *Dissentare, Dissentire:* quâ formâ *Assentari, Assentiri,* & alia quamplurima. Inde *Dissentaneum.* Item *Consentare, Consentire:* unde *Consentaneum.*

MV.

MV. *Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur color*
Ex tẽporibus atq; fronte! ut oculi scintillãt: vide.
ME. *Quid mihi melius est, quàm quando illi me insanire prædicant,*
Ego me assimulem insanire. ——

Corrigo.

Viden' tu illi oculos lurere? ut luridis e.c.

Luridis, pro *Luridus*, antiquè. Nam veteribus secũdam & tertiam declinationem, ut & conjugationẽ, confundere nimisquam solens. Vult autem mulier dicere eum melancholicum esse & insanum, quod ex responsione Menæchmi non ita obesæ naris lectori facilè liquet. Fundus verò emendationi huic meæ geminus locus Capteiveis, Sc. *Quo illum.*

Viden' tu illi maculis corpus totũ maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem.

Posteà.

Barbatum, tremulũ, Titanum, Cycno prognatũ patre.

Extrà controversiam vera conjectura mea, *tremutum, Tithonum*. Nam convitiatur seni Menæchmus, eumque per convitium *Tithonum* nominat. Similio Aristophanes.

Ἄνδρα Τιθωνὸν παράτλων, καὶ περίτλων, καὶ κωκῶν.

Notum item proverbium, Τιθωνῦ γῆρας, & Satyra Varronis. *Tithonus*, περὶ γήρως. Porrò pro istis *Cycno prognatum patre*, citat Priscianus lib. VI. *qui lucet Cycno patre*. unde transpositâ literulâ elici posset. *qui cluet.*

Iam ascendo in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est.

Vet. cod. *in manũ est*. Quod dignius Comico nostro.

Cap. III.

Socrus, masculino & fæminino genere à veteribus prolatũ. Nævii Pellex asserta. *Commentare. Commentacula Sectius. Mepte.*

SC. *Edepol ne hic dies.* Menæchmus surreptus à socero suo relictus ut curãdus deferretur ad medicum, sic ait.

Abiit socer, abiit medicus, nunc solus sum proh Iupiter:
Quid illuc est quod me hice homines insanire prædicant.

Sed mendum est in primore versu, qui omnio dubio procul ita ab ipso Plauto fuit scriptus. *Abiit socrus*, ut erat in vet. cod. Nam veteribus *Socrus* communis erat generis, quod ignoratum loco corrumpendo ansam exhibuit. Priscianus lib. VI. *Vetustissimi communiter hic & hæc socrus proferebant.* Actius in Atreo.

Simul & Pisæa præmia arrepta à socru possedit suo.

Invenies etiam aliud exemplum apud Nonium, ex Nævii Pellice. ita lego, non Pellico. Sic alii Hetæram, alii Meretricẽ, alii Prostibulum nominârunt, Sc. *Per ego vobis.*

Nimis autem benè ora commentavi, atque ex meâ sententiâ.

Non intellexerunt locum hunc viri magni Camerarius Lambinusque. Nam *Commentare* veteribus illis videtur usurpatum pro percutere, ferire; Liquet ex Plautinis his: atque inde virgæ, quibus sacerdotes iter sibi impedientes verberabant, ut à se amo-

amoverent, *Commentacula* appellatę, ut Festus docet: itaque non rectè existimo virum magnum *Cõmotacula* ibi reponere.

Hæc nihilò mihi esse videtur secius quã imsomnia.

Legẽdum, *sectius quam insomnia.* Quẽ locum olim in Quæstionibus Plautinis Varro sic explicavit. *Nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia.* Vide Agellium lib. XVIII. cap. IX. Sc. *Si vultis.*

Nam & patrem & matrem commemorant pariter qui fuerint sibi.

Valdè hic æstuat vir magnus, & *patriam* legendum putat, non *matrem.* Mihi sedet priscam lectionem probam esse, ideóque minimè sollicitandam. Matrem enim vocat patriam elegantissimè, siquidem patria unicuique meritò mater & censetur, & appellatur. Artemidorus lib. I. cap. LXXXI. Σημαίνει τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. Et posteà. Ἀπεστραμμένην δὲ τὴν μητέρα περαίνειν, οὐκ ἀγαθόν. ἡ γὰρ αὐτὴ ἡ μήτηρ ἀποστραφήσεται τὸν ἰδόντα, ἢ ἡ πατρὶς. Quod autem sequitur.

——*posteà autem eandem patriam ac patrem Memorat.* ——

Nihil huic loco infirmando est.

Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni.
Namque illa cum te ad se vocabat, me te esse credidit.

ut temeritatis nonnulli me dãnabunt, veram tamẽ conjecturam meam arbitror, *mepte esse credidit.* Sic eâdem hâc fabulâ. Sc. *Men' hodiè.*

——*cui certissimum est*
Mepte potius fieri servum, quam te unquam emittam manu.

Auget suspicionem, quod video codicem veterem, *me esse credidit*, habere.

Viro Clarissimo

ISAACO CASAVBONO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

CVm Plautinas meas Curas doctis viris examinandas mitterem, V. CL. nefas putavi, si non partem ad te; qui in Literariâ palæstrâ sudasti multum, & laudem tibi nomenq́ clarum peperisti. Peccabis autem si examinabis non quidem severiter, id enim expeto, sed ut gravia, ut astricta, id est, ut tua. Tiro namq́ sum, qui ex inscitiæ latebris vix pedem movi, & in arcana illa literarum nondum me penetravi, quæ quasi per transennam adhuc videre tantum contigit. Et vereor ut unquam id faciam, ita ingenii distinet imbecillitas. Tibi id datum. Sed nolo in os. Plautina hæc habe, in iis amoris erga te mei notas.

AD MILITEM.

Cap. I.

Mars *Pugnator. Reliquia. Volaitare. Tedecum. Concinni. Maximus malus cruciatus. Eloque. M* ω*rari.*

SC. *Curate.*

——— *hic est, stat propter virum*
Fortem, atque fortunatum, formâ regiâ,
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Atque æquiperare suas virtutes ad tuas.

Tertio versu ex vet. cod. lego. *Cum quo Bellator Mars haud ausit dicere.* Mars *Bellator* idem est qui *Pugnator* veteribus. Invenio in libello P. Diaconi de notis. D. D. E. H. L. IO. LIB. PRI. DD. MAR. PV. ET. LI. P. *Dedicatus est hic locus Jovi Liberatori primum, deinde Marti Pugnatori, & Libero patri.* Est autem idem cum Gradivo, cujus templū in viâ Appiâ. Huic contrarius *Mars Quirinus*, qui & *Pausus.*

——— AR. *pol si quidem*
Connixus esses, per corium, per viscera.
Perque os elephanto brachium transmitteres.

Ἀρχαϊσμὸς non intellectus mutando loco fuit. Aio Plautum scribsisse *transmitteras*. Veteres enim præteritorum flexiones à præsentibus formabant. Sic *Atterui*, pro *Attrivi* Propertius, & Tacitus. *Occanui*, pro *Occinui* Salustius. *Premi*, pro *Pressi* Cato cap. LXVI. *Consisti*, pro *Constiti* Ennius, & alii. Est

K 5 porrò

porrò ἰναλλαγὴ modi, ut quoque paullo post.

—— ubi tu quingentos simul,
Ni hebes machæra foret, uno ictu occideras. Posteà.
At peditatus reliquiæ erant, si viverent.

vbi tamen Plauto dignior vet. cod. lectio. *reliquia erant.* numero singulari. Sic *Delicia* quoque extulit Pœnulo, & Truculento. Sc. *Nisi herclè.*

—— sed quid est Palæstrio
Quod voluis astutè tecum in corde. PA. *paulisper tace.*

Errat elegantissimus Gulielmius, dũ putat trochaicum esse, qui octonarius, qualis precedẽs. Restituo itaque pristino nitori.

Quod voluitas tute tedecum in corde? PA. *paulisper tace.*

Veteres *Voluitum* in supino efferebãt, ut *Cavitum*, *Favitũ*, & talia: inde *Voluitare* pro *Volutare*. Deinde *Tedecum*, ut *Medecum*, pro *Tecum*, *Mecum*. Incredibile quot in Plauto hoc nostro ἀρχαϊσμοὶ injuriâ temporum & librariorum exciderint, quos etsi sagaci conjecturâ sæpè eruas, sinè ope tamen & consensu veterum codicum restituere velle ridiculum, & temerarium, hominisque planè ἀρχαίν censeatur.

Magnũ illic honorẽ incipissis magna munis mœnia.

Quantum hic æstuãt Camerarius, Lambinus, Gulielmius, Dousa major? sed pace tantorum virorum, veram ego sane esse lectionem existimem.

Magnam illic homo rem incipissis, magna munis mœnia.

—— PA. *facilè est, trecentæ possunt caussæ colligi:*
Nõ domi est, abiit ambulatũ, dormit, ornatur, lavat,

Prau-

Prandet, potat, occupata est, opera nō est, nō potest,
Et heic elegans ἀρχαϊσμὸς excidit; nam in vetere codice est, *trecenta possunt caussa concinni.* Nec debet turbare quenquam quod in spondeum desinat versus, nam tales multos interserit ubiq; Comicus. Veteres autem *Concinnere* pro *Cōcinnare* dicebant, sicut *Lavere, Tonere, Sonere, Boëre*, pro *Lavare, Tonare, Sonare, Boare.* Nisi mavelis *Concini* legere, quod probo. Sc. *Nisi quidem.*

SC. *Metuo.* PA. *quid metuis.* SC. *ne herclè hodie, quantum hic familiarium est,*

Maximum in malum cruciatumq; insiliamus.

Lego ex vet. cod. *Maximum in malum cruciatum insiliamus.* Id est quod alibi non semel dicit, *maximam in malam crucem.* Itaque patet copulam istam nauci non esse, & ab aliquo sciolo, phrasin Plautinā minimè assequuto, adjectam.

SC. *Dii te perdant.* PA. *te istuc aquom. quoniam occœpisti eloqui.*

Interpungo & lego. PA. *te istuc aquom. quoniam occœpisti, eloque.*

Quoniam occœpisti, inquit, perge enarrare. *Eloque* verò pro *Eloquere*, ἀρχαϊκὸν est, qualia plurima apud Nonium de Contrariis verborum generibus invenies. Sc. *Pracepta,*

—— PH. *ego stulta atque mora multum,*

Qua cum hoc insano fabulem. ———

Vet. cod. *ego stulta moror multum.* Rectissimè; nam *Morari* primâ productâ efferebant cavillantes pro μωραίνειν. Sic Nero, teste Suetonio, Claudium dicebat desiisse inter vivos m*ω*rari. Hæc vera hujus loci lectio, quam malè librarii, ut solent quæ non

non intelligunt, interpolârant.

—PA, *Unde? nisi domo?* SC. *domo.* PA. *te vidente.* SC. *video.*

Nisi mirum est facinus quomodo hac hinc potuerit transire.

In vet. cod. SC. *Vides. Nisi mirum*, &c. Certo certius est fuisse. *quid est. Nisi*, &c. Ita alibi ait. *Quid est, nisi hac impudentia est?* Et aliæ eiusmodi phrases apud hunc nostrum, & item Terentium.

Cap. II.

Glycere. Dicere. Clinia. Linia. Spania. Striculus. Histriculus. Rabo. Conia. Strapo. Ulpianus emendatus. *Fabulo. Hisce.* Terentius quoque correctus.

Eâdem scenâ.

Quis igitur vocare. PH. *Glycere nomen est.* — In vet. cod. invenio. PH. *Dicere nomen est.* Scribo *Dycere.* atque id ἀρχαϊκὸν est pro *Lycere.* Ita quoque Sc. *Cohibete,* sub finem pro *Glyceram* legitur in vet. cod. *Dic eam:* ut & ibi *Dycerã* scribsisse Plautum manifestum sit. Nam D. & L. inter se commutabant. Ad eundem modum *Dinia* in Asinariâ est in vet. cod. pro *Linia*, qui *Clinia* in recentioribus editionibus. Ita efferebant autem Romani, ut *Lana* pro χλαῖνα. Item *Frutis,* sine *Fritis* (nam V. & I. inter se cõmutabãt) pro Ἀφρῖτις. *Stura* pro *Astura*, Græci item in nominibus appellativis, κνέφος, νέφος. χλιαρὸς, λιαρὸς, & talibus. Fecit verò Plautus ex communi poëtarum more, quibus primas literas detrahere nulla prorsus religio. Sic Lycophron

Ἰλεὺς

Ἰλεὺς dixit pro Ὀϊλεύς.

καὶ πᾶς ὁ δοιδέκικος ἰλέως δόμος.

Et Hesiodus ἠρωογονίᾳ.

——— οὕνεκα νύμφην

εὐράμενος Ἰλεὺς μίχθη ἐρατῇ φιλότητι.

Sic alii Βριάρεως, pro Ὀβριάρεως. Βριμὼ, pro Ὀβριμώ. Ἐξάδιος, pro Λεξάδιος. Vide Etymologicum. Nec literæ detractę solum, verum etiam syllabę integrę. Inde *Syria* pro *Assyria*. *Spania*, pro *Hispania*, ut disco ex Capellâ, & Glossario. *Striculus* Arnobio, *Histriculus* Tertulliano. *Rabo*, pro *Arrabo*, Plautus noster Truculento. *Conia*, pro *Ciconia* Prænestinè. Hodiè quoque *Lis*, olim *Stlis*. *Locus*. *Stlocus*. *Lentus*, *Stlentus*. *Lata*. *Stlata*. *Rapo*. *Strapo*. Itaque apud Ulpianum rescribendum. *Trebatius ait non esse morbosum, os alicui olere, ut hircosum, straponē: hoc enim ex ingluvie oris accidere.* Malè enim hodiè *strabonem*. (nam *B* pro *P* scribebant librarii.) Etsi Varronis Æsculapius, Ios. Scaliger, *raponem* maluerit.

———PA. *mala es.*

PH. *Imò ecastor stulta multū, qua vobiscū fabuler.*

Vet. cod. habet ἀρχαϊσμὸν. *fabulem*. Atque ita anteà quoque dixit. *Qua cum hoc insano fabulem.* Nam veteres *Fabulo* activâ terminatione proferebant.

Sc. *Satin' abiit.*

Satin' abiit ille, neque herile negotium
Plus curat, quam si non servitutem serviat?

Fallor; aut ita legendum. S. *Itan' abiit.* transpositis literis: nam τὸ S. nota est nominis Sceledri.

Non herclè hice homines me marem sed feminam
Vicini rentur esse servi militis.

Vet. cod. *hisce homines*. Nominativus pluralis antiquus

quus est, suprà quoque usurpatus. Sc. *Præcepta.*

Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.

Excidit idem ἀρχαϊσμὸς Terētio Eun. Act. II. Sc. II.

——PA. *hisce hoc munere arbitrantur*
Suam Thaidem esse. ———

Malè enim *hice* hactenus excusum est. Priscianus lib. XII. *Inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem Hisce proferentes antiqui, ut Terentius in Eunucho. Hisce hoc munere,* &c.

Cap. III.

Raptare pro Convitiari. *Infucare.* Kalendis Martiis varia à matronis munera missiculata. *Primitus.* Phanisca ancilla. *Buo. Exbuo. Exbuæ.* Nonius repræhensus. *Simpuvium* unde. Βῦ. Βύβα. *Bubino.* Lucilius noviter explicatus. *Ancunum. Ancunulentæ* mulieres.

Sc. eâdem.

Tractant & ludificant ingenuam & liberam.

Puto verum esse *Raptant & l.* unâ literâ demptâ alterâ immutatâ leviter. Nam *Raptare* pro conuitiari posuit etiam Amphitruone, in Argumento.

——— *atque invicem*
Raptant pro mæchis, Blepharo captus arbiter:

Item Aululariâ. Sc. *Foras, foras.*

Quid me afflictas? quid me raptas? quâ me caussâ
verberas?

Sed paullò pòst iterum ait.

Tum quod tractavisti hospitam ante ædis meas.

Quæ faciunt ut hæream: & sanè video quomodo exponi possit.

Nunc pol ego metuo, ne quid infuscaverit.

Vet. cod. *infucaverit*. Rectissimè. *Infucare*, est, fuco inficere, fucum facere. Sc. *Cohibete*.

Eáque expetere te ex opibus summis mei honoris gratiâ.

Melius vet. cod. *mei amoris gratiâ*. Amabat enim Pleusides. Ita paullò post.

Hanccine ætatem exercere me mei amoris gratiâ?

Sed in versu quem jam proponam magis variat vet. cod. Iste est.

Dicat. Da mi vir Calēdis meā quod matrē juverit.

Nam omissâ primore voce ita habet.

Da mihi vir calendis quæ mittam, quom Martiæ venerint.

Rectissimè; sed ita rescribendum;

Da mihi vir quæ calendis mittam, Martiæ quom venerint.

ut sit octonarius. Nam tum erant Matronalia, quibus varia munera distribuebant matronæ. Iuvenalis inde exaudiendus Sat. IX.

Munera fœmineis tractas secreta Kalendis.

Pergo in Plauto.

PL. *erro, quam insistas viam.*

PA. *At scietis sed ecquæ ancilla est illi.* PE. *est primaria.*

Vet. cod. *est primita*, non *primaria*. Rectè: nam antiqui etiam *Primitus* dicebant, unde *Primitivus*, ut *Satus, Sativus. Natus. Nativus.*

Quasique hoc annulum animo suæ ancillæ dederit, ea porrò mihi,

Militi ut darem. ———

Vet. cod. *Quasique hunc annulum Famescæ ancillæ dede-*

dederit. Puto ſcribtũ fuiſſe *Faneſca*, pro *Phaniſca*, ἀρχαϊκῶς. Ita Phaniſcus ſervulus advorſitor eſt in Moſtellariâ.

Sc. *Quantas res.*

Neque ille hic calidum ebibit in prandium.

In prandium, eſt ἀρχαϊσμὸς. Sed vetus codex habet *calidum exuunt*. Corrigo, *calidum exbuuit*. Et heic quoque ἀρχαϊσμὸς eſt pro *exbuit*. Dicebant autem veteres *Buo* pro Impleo. Eſt Græcum Βύω. Ariſtophanes εἰρήνῃ.

——— οἱ ξένοι

Χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἐβύουν στόμα.

Scholiaſtes. ἐβύουν) ἐπλήρουν, ἔφρασσον. Hinc παραγωγικῶς βύζω, unde ἀκρόβυστος. Inde compoſita *Exbuo*, exinanio, exhaurio, *Imbuo*, impleó. Sed Latini priſci etiam ad pocula tranſtulerunt, unde Lucilius *Vinibuas* vinibibas & vinolẽtas dixit. Apud Feſtum quoque legitur. *Exbua, quæ exbiberunt*. Item *Imbutum eſt quod cuiſpiam rei ſuccum bibit. Unde infantibus cum velint bibere dicentibus BV ſyllabam, contenti ſumus*. Inde *Bua* omnis potió, nõ tantum puerilis, ut nugator Nonius vult. *Simpuvium* quoque, quaſi *Simbuvium*, quia omnes Sacerdotes ſimul bibebant, (ut ait Iuvenalis Interpres ad Sat. VI.) nam Sabini, à quibus tranſlata eà vox, *P* pro *B* efferebant. Origo autem, ut dicere cœperam dictionis hujus Græcanica, quia Βῦ pro magno ponebant: & Sophron Βύβα pro plena. Etymologici auctor. Τὸ γὰρ βῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐλέγετο. καὶ Σώφρων, βύβα ἀντὶ τοῦ μεστὰ καὶ πλήρη. Itaque ut à βῦ *Buo* fit, & *Imbuo*; ita à βύβα *Bubino*, & *Imbubino*. ut *Domo*, *Domino*, & talia. Et malè hoc pro ſanguine mulierum menſtruo inqui-

nari

nati hactenus ex Festi fragmentis apud Lucilium intelligendum esse putatum est. Est enim vel error Paulli, qui malè nobis Festi locum in ἐπιτομὴν redegit, vel ipsius Festi, qui Lucilii verba non rectè attendit: nam minimè dubium est, quin Lucilii versum, qui citatur, alius præcesserit, in quo sanguinis istius muliebris fuerit mentio. Quod autem Isidorus etiam ita explicat, nihil me movet, quia ex Festi fragmentis habet. Ergo nō simpliciter *Imbubinare* dixit, pro inquinare, sed, *menstruo sanguine imbubinare*. Sed quoniam in menstrui sanguinis mentionem incidi, hoc dicam obiter, veteres enim unâ voce *Ancunum* appellasse videri, unde *Ancunulentus*, ut *Vinum, Vinulentus. Lutum, Lutulentus*. Itaque *Ancunulentæ feminæ mēstruo tempore appellantur*. ut ait idem Festus. Sc. *Rem omnem.*

Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur. Vet. cod. *potius fabulem*. Nihil rectius: scioli isti tam bellè correxerant ejecto archaismo.

Cap. IV.

Magnus, pro stolido. *Abeïmus. Merix. Pulcerus. Sublestus. Postridiò. Cotidiò, Cura aliud*, formula. Cordis & pectoris palpitationes quid portendere creditæ.

Eàdem scenâ Acroteleutium ita describit Militem.

Populi odium quin noverim? magnidicum, cincinnatum,
Mœchum unguentatum? ———

Sed pro *magnidicum* vet. cod. habet, *magnum illum.* quod rectum existimo, nam *Magnus* pro stolido

usurpabant. Lucilius apud Varronem lib. VI.

Nequam, & magnus homo, laniorum immani' canes ut.

Martialis lib. II. Epigramm. XXXII.

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbũ offendere non vis
Pontice cũ Licino. hic quoque magnus homo est.

Lib. VII. Epigramm. XCIX.

Pontice per reges discurris, & omnia lustras.
Magna quidẽ sequeris Põtice, magnus homo es.

Lib. IX. Epigramm. LI.

Qui scribis Priami prælia magnus homo es.

Sic *Longus* apud Catullum, ut observavit nobilitatis Bataviæ decus Ianus Dousa F.

Longus homo est, magnas cui lites intulit olim
Falsum mendaci ventre puerperium.

——— *ni ludificata lepidè*
Ero, culpam omnem in me imponito.

Melius vet. cod. *in me impingito.*

Abeamus ergo intrò, hæc uti meditemur cogitatè.

In vet. cod. erat. *Abimus ergo.* Scribtum fuerat ἀρχαϊκῶς, *Abeimus*, pro *Abeamus.* Sc. *Voluptas.*

Sed quis ea est? PA. *senis hujus uxor Periplectomeni.* PY. *in proximo?*

PA *Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire, odit senem.*

Interpungo. PA. *Ea; demoritur te, &c. Ea*, f. est. Elegans & frequens concisum id loquendi genus. Sc. *Iam est.*

PA. *Patere, atque asta. tibi hanc ego do operam.* PY. *properando excrucior.*

Puto legendum, *propera, amabo, excrucior.* Coaluerunt enim binæ ex dictiones. Respondet Palæstrio

Pedo-

Pedetentim. tute hæc ſcis, tractari ita ſolere haſcè hujuſmodi merces.

Vet. cod. *hujuſmodi meritis*. Scribo, *hujuſmodi mericis*, pro *merices*, antiquè. Dicebât enim veteres *Merix*, pro *Merx*; quomodo *Calix*, pro *Calx*.

Age, mi Achillès, fiat quod te oro, ſerva illam pulcram pulcrè.

Vet. cod. *pulcram pulcer*. Sed liquet veram eſſe lectionem *pulcram Pulcere* antiquo vocandi caſu. Nã *Pulcerus* veteres efferebãt, ut *Socerus. Exterus. Puerus*, & talia. pro *Pulcer, Socer, Exter, Puer*. Vocat autem militem Pulcrum, ut ſuprà.

——— MI. *Pulcer ſalve.*

PY. *Meum cognomentum quis commemoravit.* —

Sequitur haud longo intervallo.

MI. *Heu ecaſtor hominem periurum.* PA. *ut ludò.*
MI. *quid ego ut ſublecto os?*

Lego ex. vet. cod. *quid ergo tu ſubleſtu' s?* Nihil rectius. *Subleſtus* vox proba & antiqua, ipſique huic Comico uſurpata Bacchidibus.

Linguâ factioſi, inertes operâ, ſubleſtâ fide.

Perſâ.

Ad paupertatem ſi immigrant infamiæ,
Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior.

In Nervolariâ *vinum ſubleſtiſſimum* dixit.

PY. *Poſtriduò natus ſum ego, mulier, quàm Jupiter ex Ope natus eſt.*

PA. *Si hic pridiè natus foret, quam ille eſt, hic haberet regnum in cælo.*

Fortè, *Poſtridiò*, cui magis reſpondet, quod ſubjicit Palæſtrio, *Si hic pridiè*, &c. *Poſtridiò* autem ἀρχαϊκὸν eſt; ſic *Cotidiò* dixit Q. Cæpio in M. Æmilium Scau-

rum lege Varia. *Cum ab isto viderem cotidiò hostes consiliis adjuvari*. Si *Postriduò* retinebis, valebit *Triduò post*. Mihi *Postridiò* magis placet.

PA. *Atque adeò audin' tu? dicito doctè & cordatè.*
MI. *aliud cura.*

Vet. cod. *dicito doctè & cordatè, ut cor ei saliat*. Lipsius probat: ego nō temerè. Vetus hæc formula erat, quâ securos esse alios jubebant. Ita suprà. Sc. *Rem omnē.*
PA. *Insistite hoc negotium sapienter.* AC. *alia cura.*
Et paullò pòst.

——— PA. *mittito tu,*
Quasi clanculum ad me missa sit. PE. *faciemus.*
alia cura.

Retinenda ergo hæc lectio: Melampus ait. Καρδία ἀλλομένη ἐπιβουλὴν φίλου δηλοῖ. Sed id heic nihil loci habet. Aut cor pro pectore accipere debemus, & tū conveniet quod idem ille ait. Στῆθος ἀλλόμενον εὐωχίαν δηλοῖ παντὶ. Verisimile enim est Militem convivio Acroteleutium excepisse, priusquam cum eà concumberet. Hoc si placet, paratum erit etiam isti lectioni patrocinium.

Cap. V.

Effifulatum. Fifulare. Sifilare. Alpum. Oculorum dolores panniculo laneo dissimulari soliti. *Lanoculi. Sequò*, pro Dico. *Attini. Tetini. Voleris.* Venus *Frugi. Frucinal. Parso. Dispennere. Tennere.* Festus correctus. *Nocere neminem. Iurandi mos per Dianam.*

Sc. *Sequimini.*
——— *expapillato brachio*

Præ-

Pracinctus, atque assimulato quasi gubernator fies.
Non potest esse hic locus sine mendo: quid enim *Expapillatum* brachium? Nam quod Nonius, & Festi mutilator Paullus afferunt, meræ nugæ. Nam quomodo exerto brachio papillæ nudantur? Deinde, etsi hoc fiat, quæ ratio est ut propterea brachiũ *Expapillatum* debeat dici? Puto corrigendum *Exfipulato brachio*, pro *Exfibulato*. Sabini enim *Fipula* pro *Fibula*, *Alpum* pro *Album* proferebant. In Festi schedis legitur etiam *Effasilatum*, unde apparet jam tum variè hunc locum conceptum in Plautinis exemplaribus fuisse: Inde suspicio esse potest *Effifulato* quoque non ineptè scriptum iri: nam *Fifula*, & *Fifulare* veteres pro *Fibula*, & *Fibulare* dicebant, ut *Sifilum*, *Sifilare*, pro *Sibilum*, *Sibilare*. Hæ meæ conjecturæ de loco desperato; auscultabo meliora docenti. Quod autem paullò antea dixit.

Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.

Iubet ut oculi vitium simulet, nam id genus hominum laneum panniculum oculis prætendebãt, qui mos etiam hodiè obtinet, dicebanturque *Lanoculi*. Festus. *Lanoculus, qui lanâ tegit oculi vitiũ.* Sc. *Hera eccum.*

AC. *Ne parce voci, ut audiat.* MI. *cũ ipso pol sum locuta.*

Temerè interpolârunt viri docti, cum in vett. codd. esset, *sum secuta.* quod probissimum. *Sequo* enim, & *Sequor* antiqui pro *Dicere* usurpabãt; hinc *Sequester*, & *Insequo.* Livius Andronicus.

Inseque Musa virum versutum.

Ovidius Metamorph. XIII.

——— Refer ô charissima, dixit,
Neve tui causam tege, sum tibi fida, doloris.
Nereïs his contrà resecuta Crateïde natam est.

Dixit *Resequi*, ut Sabini *Reloqui*, de quo ad Amphitruonem. Sequitur statim.

Veneri pol habeo gratiã, tandemq; & oro & quaso,
Ut ejus mihi sit copia quem amo, quemq; expetisso.

Legendum arbitror. *eandemq; & oro*. Sc. *Quid modi.*

PH. *Ibo quanquam invita facio, pietas sic cogit.*
PL. *sapis.*

Nimis temerè mutavit Lambinus, nam in vet cod. est, *pietas sic cohibet*. Rectissimè.

Forma hujus, mores, virtus animum attinuere hîc (*tuum.*

In vet. cod. erat. *attinerent h. t.* Certissima conjectura mea, *attineront, ἀρχαϊκῶς.* Veteres enim *Attini* pro *Attinui* dicebant, ut *Tetini* pro *Tenui*. Exempla habes apud Nonium. Ad eandem faciem etiã *Voleris* in precatione augurali pro *Volueris* legebatur.

Benè quaso inter vos dicatis & mihi absenti tamẽ.

Malo *ἀρχαϊσμὸν*, qui in vet. cod. *mi absenti.*

PY. *Facsis frugi.* PA. *jam non possum, amisi omnem libidinem.*

Latet heic jocus hactenus à nemine animadversus, quem indicabo. Miles hortabatur Palestrionẽ, postquam cum scorto Philocomasio abiret, ut benè se gereret, prout deceret frugi servum; ille nequiter, & serviliter ludit tanquam de Venere loqueretur, respondetque non posse se, amisisse enim omnem libidinem. Fuit autem Romæ Venus *Frugi*, cujus tẽplũ *Frucinal*. In Epitomâ enim Pauli est. *Frucinal, templum Veneris Frugi.* Et *Frucinal* est *Fruginal*, nam *C* & *G* promiscè scriptitabant. Varia autẽ

ibi

ibi hodiè scribtura, nam *Frutinal* etiam & *Fruti* excuditur. Tradiderat Festus de Venere *Frugi*, & *Fruti* illo loco, quem frutex iste Paullus ita nobis admutilavit. Venus verò *Frugi* ea est, quam veteres honestis amoribus pręsidere credebant, quã υἐρανίαν Græci nominabant. Si cui tamen simpliciter accipiendum videbitur, non magnoperè repugnabo.

——— ibo nunc intro nunc jam

Ad amores meos. etiam sensi hinc, sonitum fecerunt fores.

Multò melius vet. cod.

——— ibi hinc intro nunc jam

Ad amores meos. quis exit hinc? sonitum f. f.

Sc. *Ne me.*

Ne me moneatis, memini ego officium meum.

Ego jam conveniam illunc, ubi ubi est gentium.

Investigabo, opera ego nam parcam mea.

In vet. cod. *opera ego non parco mea.* Certum est legi debere. *non parso mea.* Ἀρχαϊκὸν est *Parso*, pro *Pepercero*. Sc ultimâ.

Ubi lubet distendite hominẽ divorsum, & dispẽdite.

In vet. cod. erat. *dispennite hominem d. e. distendite.* Et Nonius non aliter laudat. *Dispennere* se propriè aves dicuntur, cum pennas expandũt. Prætereà corrigo, *& distennite.* Manifesto captavit παρήχησιν in duabus istis dictionibus. *Tennere* verò apud veteres verbum aucupale. Terentius usus est Phormione Act. II. Sc. II.

—— quia non rete accipitri tennitur, neque miluio.

Perierat autem, absque Donato esset, cui gratia debetur. Vetustissimi *Ténere* dicebant, siquidẽ literas non geminabant: hinc *Obstenit* in Saliari carmine apud Festum.

Sed jam scælo candens Aurora obstenit suum patrem.

Non enim *Obstinet* legi debet; nam *Obstinere* sive *Obtinere* est κρατεῖν. Dicebant autem *Teno, Tendo.* ut *Caneo, Candeo. Aveo, Audeo. Gaveo, Gaudeo.*

Jura te non nociturũ esse homini de hâc re nemini.

Vet. cod. *nociturum esse hominem d. h r. neminẽ.* Optimè, nã elegãtissimus est ἀρχαϊσμὸς. Ita paullò post.

Iuro per Dionam & Martẽ, me nociturũ nemini.

Iterum vet. cod. *me nociturum neminẽ.* Nihil dignius Plauto. Tale est quod legitur extremâ scenâ,

Magis metuant, minus has res studeant.

Porrò in versu paullò antè laudato, *Iuro per Dianam*, malim scribere; quia per eam Deam jurabant plurimum. Parthenius Erotic. IX, ὁ δὲ Διόγνητος οὐδὲν ὑποτοπήσας τοιόνδε, μάλα προθύμως ὤμοσεν Ἄρτεμιν χαριεῖσθαι αὐτῇ ὅτι ἂν προαιρῆται. Gravissimè enim perjuria vindicare existimabatur. Aristænetus lib. I. Φασὶ τὴν θεὸν (Dianam intelligit) ἐπὶ πάσαις μὲν ἁμαρτάσι κινεῖσθαι δεινῶς, μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. Si quis tamen vulgatæ lectioni patrocinabitur, fero.

Cla-

Clarissimo Viro

FRANCISCO PYTHOEO in Curiâ Parisiensi Advocato.

QVæ hisce diebus in Mercatore Plauti V. CL. muginatus sum, velim castiges, si tantum tibi a studiis tuis otii. Tricas quispiam dicat: meritissimò fortasse. Id tamen multum me consolabitur, quod Plautinæ erunt, non Tellanæ. Qui aliter? nihil agere non poteram, non volebam; & vereor nihilominus ut egerim. Ridebit itaque me Siculus aliquis, quod quæ minimè & potuerim, & voluerim, egerim maximè. Tu ut humanitas tua est, me amabis, & hæc emendabis. Illud benignè facies, hoc libenter: utrumque tibi honestum, mihi honorificum.

AD MERCATOREM.

Cap. I.

Conata, παθητικῶς. *Ephebitas*. *Mundus rusticus*. *Posse*, pro Potuisse. Picem ferventem imprecari inimicis mos. Pedissequæ lectæ olim deformes, ut Syræ, aut Ægyptiæ. Græcarum ovium præstantia.

Sc. *Duas res.*

Istuc revorti certum, ut conata eloquar.

Tentabat Camerarius, *ut incoata*. sed, pace tanti viri dixerim, non recte: *Conata* παθητικῶς heic positum, quomodo apud Accium Atreo.

Ego incipio, conata exequar.

Sequens versus

Principio atque animus ephebis ætate exiit

vitii manifestus est. Deliciæ Musarum Dousa F. restitui posse hoc modo existimabat.

Principio atque ætas ex ephebis exiit.

Non malè quidem, sed nimis audacter, atque ideò male: nisi me amo, rectè divinavi.

Principio atque anni' ephebitated exii.

Declinatum ab *Ephebus*, *Ephebitas*; ut ab *Anus*, *Anitas*.

Rationem pessimam esse, ea quæ ipsus optumâ
Omnes labores invenisset perferens,
Amores vi diffunditari, ac deteri.

Magis placet vet. cod. lectio.

Ratione pessimâ, eâque ipsius optimâ:

Omni

Omni quod modo, quoi juvenis ipse parserit,
Me rem videret funditare, ac perdere.

Ait verò, *eâque ipsius optumâ:* & lenonem intelligit, sic paullò antè dicit.

Lacerari validè suam rem, illius augerier.

Sequitur paucis post versibus.

—— adeò arctè cohibitum esse se à patre,
Multo opere immundo rustico se exercitum.

Non damno temerè hanc lectionem, nescio tamen quomodo dignior Plauto videtur quæ in vet. cod.

Multopere in mundo rustico se exercitum.

Eleganter herclè *Mundus rusticus*, pro ipso rure, in quo vivere & exerceri, quid est aliud quam rusticum esse? Simile est quod nos in nostro idiomate in puerili mundo esse dicimus senes jam secundū pueros factos. In versu autem sequenti.

Neque nisi quinto anno quòque posse tum visere Urbem.

Errat Gulielmus, cum *assuetum* reponere tentat, nam *Pôsse* per crâsin est positum pro *Potuisse*. Sc. *Ex summis.*

At tu edepol calidam picem bibito, ægritudo abscesserit.

Mos execrantibus feruentē picē potandam precari. In veteri Inscriptione. HÆC. STIGMATA. ÆTERNA. ACTE. LIBERTÆ. INVSTA. SVNT. VENENARIÆ. ET. PERFIDÆ. DOLOSAE. DVRI. PECTORIS. CLAVOM. ET. RESTIM. SPARTEAM. VTI. SIBI. COLLVM. ALLIGET. ET PICEM. CANDENTEM. PECTVS. MALVM. COMMVRAT. SVVM.

CH. *Obsecro, dissolve jam me, nimis diu animi pendeo.*

AC.

AC. *Placidè, multa exquirere etiam prius volo,*
quam vapulem. *(abis.*
CH, *Herclè verò vapulabis, nisi jã loquere, aut hinc*
AC. *Hoc sis vide, ut palpatur; nullus est æquè, cum*
occœpit, blandior.

Transpositi necessariò hi versus, quos eo ordine, quo reponam, à Plauto scriptos facilè sermonis ἀκολυθία fidem faciet. Sic ergo debent constitui.

CH. *Obsecro, dissolve jã me, nimis diu animi pẽdeo.*
AC. *Hoc sis vide, ut palpatur? nullus est æquè, cum*
occœpit blandior. *(abis.*
CH. *Herclè verò vapulabis, nisi jã loquere, aut hinc.*
AC. *Placidè, multa exquirere etiam prius volo,*
quam vapulem. Sequitur.
CH. *Cedo tuam mihi dexteram agedum Acanthio.*
AC. *en dabitur, tene.*

Puto melius esse, *en danitur, tene*, ut sit ἀρχαϊσμὸς, pro *datur*. Nam jam faciebat hoc, cur igitur futurum usurpet? Sc. *Homo me.*

Nec sacrum, nec tam prophanũ quicquam est, quin,
Ibi illico assit. ———

Multo melius vet. cod. *quin Tibi assit illico.* Et dixi de phrasios istius elegantiã cum alibi ad Catonem R. R. tum etiam ad hunc ipsum Bacchidibus. Sc. *Amicè amico.*

LY. *Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos*
sexaginta *(ris Græci est.*
Peculiarem. PA. *mi senex, tã vetulam?* LY. *gene-*
Eam si curabis, perbona est, tondetur nimium scitè.

Locus corruptissim⁹: De lanificio heic sermo, & cur donet ei ancillã, quam benè tonderi dicat? deinde cur Græci generis? nã matresfamiliãs in ancillas elige-

eligebāt deformes quæ essent, ut Afrę aut Ægyptię. Colligimus ex Comœdiæ hujus scena *Homo me.*

——— ego emero matri tuæ
Ancillā viraginē aliquam non malā, formâ malâ.
Ut matrem addecet familiâs, aut Syram, aut Ægyptiam.

Et Truculento. Sc. *Ne expectetis.*

—— adduxi ancillas tibi eccas ex Syriâ duas,
Iis te dono. ———

Itaque *Pithecia* aliquando vocabantur. Vide quæ ad Truculentum cap. 11. Secus lenocinium facere dictitabantur. Clarè idem in verbis pręcedētibus.

——— illâ formâ matrem familiâs
Flagitium sit, si sequatur, quādo incedat per vias,
Contēplent, conspiciant omnes, nutēt, nictent, sibilēt.
Vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium,
Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.
Atq; ut nūc sunt maledicentes homines, uxori meæ
Mihique objicient lenocinium facere. ——

Rescribendum ergo ex vet. cod.

Ovim tibi eccillam dabo natam a. s.

Ludit Lysimachus ὑπερβολικῶς in ætate. Itaque jam convenit, quod ait. *generis Græci est*, eæ enim laudabantur. Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italiâ Græci pecoris appellatur.* & sequentia. Vide quoque Columellam lib. VII. cap. II.

Cap.

Cap. II.

Malum. Bonum. Formulæ veteres. Mercator aucta.

Sc. *Sumne ego homo.*
EV. *Quæso hercle animum ne despondc.* CH. *nullus est quem despondeam.*
Loquere porro aliam malam rem, cui est empta?

Multo melior lectio vet. cod. *L. p. a. rem; malum, cui e. e.* Nemo nescit veteres indignabundos *Malum* dixisse. Notum hoc, inquam: illud fortasse non item omnibus, sic contrà pacatos *Bonum* usurpasse. Observo ex Apuleio Miles. x. *Tantus denique ac tam liber cachinnus cunctos invaserat, ut aures quoq; prætereuntis perveniret domini. Sciscitatus denique, quid bonũ, rideret familia: cognito quod res erat, ipse quoque per idem prospiciens foramen, delectatur eximiè.*

Cedo si hâc urbe abis, amorẽ te hîc relicturũ putas?
Si id forte ita, si ita animo acceptum est certum, id pro certo si habes.
Quanto te satius est rus aliquo abire?

Secundus versus ita in vet. cod. conceptus erat.

Si id forte ita sat animo acceptum est, certum id profectò si habes.

Haud parum rectius. Sc. *Miserior mulier.*
DO. *Quia illa mulier intus est.* LY. *vidistinè eam?*
DO. *Vidi.* LY. *cuia ea sit rogitas?* DO. *rescis cam tamen.*

Leve mendum inest primo versui, quod tamen non animadversum valdè turbat. Lego, *Cuia illa mulier.* Ita corrigi debere patet ex sequenti versu, ubi ita

Lysi-

Lysimachus. *Cuia ea sit rogitas?* Et nisi hoc loco sit, non legis eam id rogare. Dicit autem. *Mulier intus*, pro eâ quæ intus est, phrasi valdè sibi familiari. Sic Amphitr.

Tu Thessala intus pateram efferto foras.

Bacchidibus.

Argentum jubebo jam intus efferri foras.

Menæchmis.

Evocate intus mihi cocum Cylindrum actutū foras.

Et aliis plurimis locis.

LY. *Vin' dicam quoia est illa? illa edepol. va mihi.*
Nescio quid dicam: DO. *hares.* LY. *haud vidi magis.*

Heic personæ malè constituæ; Repono.

LY. *Vin' dicam quoia est illa?* DO. *edepol.* LY. *va mihi.*
Nescio q. d.

Nihil certius, quam ita pristinū nitorē loco isti recuperari. Nam *tò illa* malè bis librarii incuriâ irrepserat, & vet. cod. semel tantum habebat. Sc *agite, ite.*

Satis scitum filum mulieris, verùm herclè amat.

Valdè acumen suum ostendunt hæc loco Gulielmus & Colvius, juvenes eruditissimi ambo, sed errant tamen. Non enim rejiculam censeo, vet. cod. lectionem.

——— *verùm herclè an net hoc?*

Optimè conveniunt, nam quum dixisset esse scitū filum, rogat preterea an hoc neret. Valdè itaque fallor, an totus versus ita à Plauto fuit constitutus.

Satis scitū filū, mulier is verùm herclè an net hoc?

Mulier is est ἀρχαϊσμὸς, nam *Is* & *Quis* genere communi efferebant. Scioli duas voces in unam con-

contraxerant,& corruptelæ ansam præbuerunt. Ergo sic intelligendus est locus hic. Cocus Dorippæ formam irridens, laudat εἰρωνικῶς, dicens scitum esse filum, rogatque an ea mulier hoc neret, Syram intelligens δεικτικῶς digito illâ commonstratâ. Innuere volens tam esse deformem, quam ipsa anus Syra.   *(ca est.*

Num metuis tu istanc? LY. *sapio, nam mihi uni-*

Melior vet. cod. lectio. *Ni metuis*, ἀρχαϊκὸν, id est. *Ne metuis*, pro *Metuisne*. Nihil Plauto dignius. Scena. *Hera, quem*, &c. finē mutila est. Hodiè ultimus versus est.

Etiam nunc mulier intu' st? SY. *etiam.* EV *sequere me.*

Addo ex veteribus codicibus tres istos tam Plautinos, ut non alii magis.

Quid Peristratam hîc Demiphonis contuor?
Gradu grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem.
Asservabo hinc rerum quid gerat, magnū est quicquid quaritat.

Cap. III.

Mercator duabus elegantissimis scenis aucta.

OStendi defectum in hâc Mercatore, sed parvum illum quidem, præquam is est quem nunc detegam, & supplebo. Nam in iisdem meis veteribus libris duæ aliæ scenæ reperiuntur, quæ in reliquis vulgatis desunt. Sequuntur autem scenam, quam dixi, *Hera quem.*

PERI-

PERISTRATA uxor Demiphonis.

SYRA. LYCISSA.

PE. *Diva Astarte hominum deorumq; vis, vita, salus: rursus eadem quæ est*
Pernicies, mors, interit⁹, mare, tell⁹, cælũ, sydera.
Iovis quacunque templa colimus, ejus ducuntur nutu, illi obtemperant. (*cæteri.*
Eam spectant: quod illi displicet, facile excludũt
Quicquid complacitum, id sequontur, quæ vivont omnia, atque sentiunt.
Alios enicat, extinguit, alios suo lacte fovet, atque erigit: sed quos enicat, (*gere.*
Hi vivunt, & sapiũt: quos properat alere, ac eri-
Hi quidẽ cõfestim pereũt, atq; male sapiũt miseri.
Iacent benevolentes odiosi, humum mordent, caput reptant,
Fremunt, perstrepuntq;: cumq; putant vivere, tunc ruunt maxume,
Tunc, tunc student persequi, labant juvenes, itidẽ rapiuntur senes. (*cognitum.*
Illi se amant: quod amant, amatum volunt, atq;
Illi vero si amare ea ætate occœperunt, multo insaniunt acrius. (*que difficiles.*
Verum si non amant, oderunt, molesti itidem, at-
Garruli, osores, infensi, iracũdi, sibi suisq; invidi.
Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat modestius, (*indecenter obstrepunt.*
Nec tolerant, ut æquom est patres: sed clamant,

SY. *Quantum intellego, & hanc male habet Demipho.* PE. *id verum.* (*nit vehementius.*
Amat filius & perit, id quõ resciscit pater, insa-

Quæ istæc intemperies? abegit vir meus olim ipse ad mercatum Rhodum filium:
Nũc ut fert Acanthio, ipse sibimet faciet exiliũ.
O iniquom patrem, ô infortunatum filium, quo te recipies? (*non patiar.*
Ubi matrẽ relinques? sola degã? filium amittam?
Vẽdidit pater: ubiubi erit invẽta, mater redimet.
Dic tu Lycissa, num in hanc viciniam adductam autumant?

LY. *In hanc opinor, in amici senis cujusdam ædeis.* PE. *hic, præter Lysimachum,*
Nullus quẽ sciam. SY. *Lysimachum nominat.*
Mirũ ni senes vicini in unũ nidũ cõspiraverint.

PE. *Dorippam ejus uxorem conveniam.* LY. *quid, convenias? non eam vides?*

PE. *Video equidem, auscultemus, nescio quid secum iracunda mussitat.*

DORIPPA. SYRA. LYCISSA. PERISTRATA.

DO. *SYra non redit, quam accersitum patrem jam diu est quod miseram:*
Tarda nimium aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessavit turgida. (*nere nequeo:*

SY. *Nulla sum adest hera, me quærit.* DO. *domi ma-*
Bellulã istanc pellicẽ mei nõ patiuntur oculi: exclusissem foras, (*quod fert non creduã.*
At me meus continuit Eutychus, sed omnino

LY. *Audin' hera?* PE. *audio, sine pergat* LY. *sino.* DO. *amici inquit senis*
Gratia huc ad nos venisse, habet venalem, amãti dum detrahat filio.

Hæc

Hæc quidem aut viri, aut gnati fallacia dissidet sententia. *(dicit filius.*

Sequestro vir ait datam, eandem vero venalem

SY. *Ibo de improviso obviam, ne cessasse intellegat.*

DO. *istæc filio* *(mero cuculo*

Non credam, qui obsequitur patri, huic vero ut

Id certum est mentiri ampliter, equidem coquo creduam. *(me vocat?*

Eccam Syram, ut currit venefica; Syra. SY. *quis*

DO. *Malum quod di tibi danunt.* SY. *hera, si sapis, hoc potius* *(non amplius irascor.*

Tuæ pellici, & marito dato. DO. *istuc dictũ, tibi*

Sed ubi pater? quid cessat? an hominem podagra impedit? *(cunt pedes.*

SY. *Nec podagricus, nec articularius est, quẽ rus du-*

DO. *Non domi?* SY. *non.* DO. *ubi?* SY. *rure esse autumant.* *(rationis satis.*

Atque nunquid redeat incertum hodie, cũ villico

DO. *Omnia mihi hodie eveniunt præter sententiam,* *non vivam vesperi,* (LY.* *hera abit*

Nisi illanc à me scelestam abigam: eo domum.

Dorippa. PE. *hem abit, compello, Dorippa.*

DO. *quid molestiæ* *(sed benevolens,*

Hoc est? quis me revocat? PE. *non sum molesta,*

Et amica: te cõpellat tua Peristrata, mane quæso.

DO. *Hẽ Peristrata, te pol nõ norã, mala bilis cruciat*

Me, atq; exagitat. PE. *istuc volo, quæso ne neges,*

Te audivi modo, dic mihi, quæ te nunc habet solicitudo? *(mihi benignius operã,*

DO. *Peristrata sic di tibi unicũ gnatum sospitent, da*

* Locum hunc totum ita restituo. —— *hera abit.*
PE. *Hem, abit! compello.* LY. *Dorippa, Dorippa.* DO. *quid molestiæ.*

Nulla dari mihi poterit melius, par est ætas, una crevimus, *(tius.*
Pares ætate habemus viros, nulli colloquor lubẽ-
Sollicitor merito quidẽ, quid tibi animi esse nunc possiet, *(Demipho?*
Si amicam hac ætate ante oculos tuus adduxerit
PE. *Adduxit?* DO. *factum.* PE. *domi est?* DO. *domi, immo coqui* *(adventus omnia.*
Cõducti, parabatur cõviviũ, ni meus disturbasset
Senẽ miserũ Venus & Cupido alieno satis vexant tempore. *(miserior.*
PE. *Sed ista levia sunt Dorippa, utinã non ego essem*
DO. *Levia?* PE. *levia quidem.* DO. *quæ pejora tibi tuus faceret?* *(so loquere:*
PE. *Immo pejoribus pejora.* DO. *quæ istæc sunt: quæ-*
Ut tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt, demus consilium. *(alieno sapit.*
Vetus id dictũ est, feliciter is sapit, qui periculo
PE. *Unicus mihi Dorippa est gnatus: scis?* DO. *scio.*
PE. *hunc pater* *(niam amaret.*
Olim à se extrusit Rhodũ. DO. *quare?* PE. *quo-*
DO. *Ob id ipsum?* PE. *id quidem nũc quoque, quom ancillam domum* *(nalem præbuit.*
Adduxisset, hanc resciscens pater produxit, ve-
DO. *Atat novi, verum dixerat filius, ego mariti amicam putabam mei.* *(viciniâ.*
Quoi data est? PE. *seni quoidam in hac amico*
Credo hic alium, præter tuum, amicum habere neminem.
DO. *Ea quidem est, quid filius?* PE. *urbem hanc se deserturum autumat.* *(credito.*
DO. *In portu res est, quid si invenerit?* PE. *mansurum*

DO. *Præter spē salvæ sumus, ne dubita, apud me ea est.*
PE. *Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audivi modo.* *(filium.*
DO. *Ea.* PE. *ô factum bene, meritò te amo, restituisti*
Fac videam DO. *eamus intrò.* PE. *eamus, Lycissa ades,* *(devortam.*
Acanthioni hæc nuncia, ego ad Dorippam huc

Cap. IV.

Livius Andronicus emaculatus. *Sorū.* Mos pedes unguendi ante calceorum indutionē. Ampullas peregrinātes cur secum portārint. *Moratur.* Mercator tertiùm aucta. *Genere cadere. Ob vos sacro. Sub vos placo.*

Sc. *Ecastor lege.* malè vulgatur hodiè.

Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clàm uxorem duxerit scortum suam,
Ut illæ exiguntur quæ in se culpam commerent,
Plures viri sint vidui, quàm nunc mulieres.

Nam legendum est, *Ecastor paxim*, quod & suprà monui ad Amphitruonem, cap. IX. Simile mendum in Livii Andronici isto versu quem ex Odyssea citat Priscianus libb. IX. & X.

Nexebant multa inter sese flexu nodorum dubio.

Corrigo, *plexu nodorum.* Sc. *Limen superum.*

Ubiq; eripiatur, animo tuo quod placeat maximè:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupida civitas.

Explicant *cupida* viri docti, tanquam *expetibilis, cupienda:* sed rectè in vet. cod est. *cupita civitas.* Errori originem præbuit, quod veteres *D* pro *T* scribebant. Præterea primo versu vet. cod. habebat. *Ubi*

quid eripiatur. unde etiam, *Ubique id eripiatur*, legi posset: hoc verò non est tam magni momenti. Sc. *Divûm atque hominum.*

Eorum inventu res decem simitu pessumas perdidi. Vet, cod. *Forum inventu.* Nihil certius quam scribsisse Comicum *Sorum* pro *Eorum*, ἀρχαϊκῶς. quale mendum & ex Asinaria memini tollere.

Recipe te ad terram Charine huc, nonne ex adverso vides?
Nubis ater imberq; instat. aspice nunc ad sinistrã,
Cælum uti splendore est plenum ex adverso vides?

Nauci non est hæc lectio. Vet. cod. *Respice huc ad dextram Charine*, Nihil pote melius. firmat quod subdit.

——— *aspice nunc ad sinistram.* Sequitur.
——— *omnia*
Comonstrabo, amicior mihi nullus vivit, atq; is est.
Qui illam habet, neque cui magis me velle melius
æquum siet.

Archaismorum ignoratio huic loco corrumpendo fuit. Nam certum habeo scribsisse Plautum, *neque quim magis me.* Dicebant *Quim* & *Quem*, ut *Im* & *Em.* Adhæserat *m* principio sequentis dictionis: *Me* pro *Mi* sive *Mihi* tertio casu etiam ἀρχαϊκὸν est. Ita omninò legendum est; aliter perit decor & acumen sententię. Dicit Eutychus amasiam se Charini vidisse apud quendam amicum suum, & quidem talem, quo nemo magis sit obstrictus ut benè sibi vellet: addit enim hoc ut soletur Charinum, fidemque faciat posse se ei in recuperatione amasiæ operam aliquam gratam navare.

Omnibus hic ludificatur me dolis, ego stultior.

Qui

Qui isti credā, cōmoratur, chlamydē sumā denuò.
Puto veram conjecturam meam, *com moratur* (*Com* pro *Cum*, ἀρχαϊκὸν est. Iam *Morari* veteres dixisse notavi etiam ad Militem, cap. I. Sequitur postillà paullo intervallo.

——— *tollo ampullam, atque hinc eo.*

Verba sunt Charini peregrè iturientis, non tamen cuiuis intellectu facilia. Lambinus contentus fuit dixisse, peregrè proficiscētes ampullam secum portasse, sed in quem usum factitārint, id verò silet. Ego dicam. Mos erat pedes oleo ungere antequam calceos induerent, itaque peregrè abeuntes ampullam secum portabant, quæ oleum in eum usum suppeditaret. Pòsterius ex hoc Plauti loco apparet, prius ex Hesychio, cujus ea verba. Ἠλείφοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὸ ὑποδήσασθαι. Hinc λιπαροὶ πόδες apud Poëtas. Venio ad Sc. *Quasi tu nunquam* cujus principium mutilatum esse tam mihi certum, quam Plautum de pistorum prosapiâ fuisse. Et quis, obsecro, paullum modò emunctæ nāris inficias ibit? dissentio ergo à te eruditissime Lambine, ignoscēt mihi manes tui, & ut diligentiam tuam summam cum doctrinâ non vulgari conjunctam libens admiror, ita heic judicium non injuriâ requiro, quod si advertisses, nunquam deesse nihil pronuntiasses. Sanè necessariò præmittendi undecim isti versus, quos ut in vetere meo codice inveni, hoc loco proponam.

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

LY. *DEmipho sapiētum illud dictū te audisse reor sapius,* (*homines*
Voluptas est malorum esca; quod eâ non minus

 Quàm

genere cadunt. Posteriora illa minimè ſunt ſollicitanda. Iam *Genere cadere* nihil aliud eſt, quã quod Græci dicunt, ἐκπίπτειν τοῦ γένους. cui contrariũ erat, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. ut olim notavi ad Lycophronem. In vetere codice erat, *ex genere capiunt*, inde inducor jam ut legam, *ex genere cadunt*, pro eo quod eſt, *genere excidunt*, & hoc magis reſpondet Græcæ locutioni, in quã eſt ἐκπίπτειν. Porrò. *Ex genere cadunt* eſt ἀρχαϊκὸν, nam veteres compoſita reſolvere amabant. Talia ſunt *Ob vos ſacro. Sub vos placo.* quę apud Feſtum leguntur.

Eamus intrò, non utibilis hic locus factis tuis. Melius, Plautóque dignius, quod in vet. cod. *non utibile hic locus.* Iterum non intellectus ἀρχαϊσμός. Sic Amphitruone *Cul eſt* dixit, pro *Qualis* eſt, *Nundinale cocus*, Aſinariâ. *Fac fidele ſis.* Captivis, quæ ſingula ſuo loco annotavi.

Viro Clarissimo

IACOBO LECTIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

QVid de Plauto censeas V. CL. non ex te quæsiverim, qui certißimũ habeam seriò amare; & seorsim sentire ab istis è Caudicali provinciâ, qui pistrinum, id est, præsepim asinariã olere ejus Fabulas dictitant. Quibus nos contrà allium & rus merum objicimus: Tanti verò pistrinalem illum olorem facimus, ut quotiescũque nares ferit, id velimus millies fieri quod Fabullo suo prædicit Poëta Veronensis. Sed ignoscamus istis, cum cerebrum non habeant, ne quibus iniqui flagitatores videamur. Digni enim sunt misericordiâ, quàm risu. Tu V CL. me ama, si potes; hæc vide, si lubet. Poteris autem, quia humanissimus es: lubebit, quia harum literarum studiosißimus. Vtrumque merui amore erga te & observantiâ.

AD PSEVDOLVM.

Cap. I.

Tis. Neparcis. Neparcus. Dacrumæ. Ciba. Cibela. Flagriciba. In Varrone vitiosa scriptura indicata. *Herè. Præterſa. Oliveta.* Festi error.

Sc. *Si ex te.*

Duorum labori ego hominum parſiſſem libens,
Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.

Lego ex Agell. lib. xx. cap. vi. *& tis reſpondenti.* Nam *Tis*, pro *Tui*, ἀρχαϊκὸν eſt.

PS. *Heu? id quidem tibi herclè ne parſis dabo.*

Nimis hic locus contaminatus, qui tamē nullo negotio reſtitui priſtino nitori poteſt hoc modo. *neparcis.* Veteres dicebant *Neparcus*, ut *Neſapus*, *Nepurus*, & talia. Comicus noſter *Neparcis* adverbialiter extulit, ad quam faciem *Invitis*, *Ingratis*. Cum Pſeudolus rogaſſet Calidorum quid vellet ſibi fieri, atque ille præ animi mæſtitia eiulans *Heu* dixiſſet; ludens verniliter, *Heu?* inquit: id tibi herclè neparcis, id eſt abundè dabo. Hic ſenſus hujus loci, & vera lectio.

Ut literarum ego harum ſermonem audio,
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis,
Quod tu iſtis lacrymis te probare poſtulas,
Non pluris refert quā ſi tu imbrem in cribrū geras.

Locus luxatus, & corruptus. Ita puto reſtitui debere.

Quid tu iſtis lacrymis te probare poſtulas?

Ut

Ut literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi dacrumis flcueris argenteis,
Non pluris, &c.

Notũ est olim *Dacruma* pro *Lacryma* in usu fuisse. Etsi autem *drachmis* ferri posse non temerè negauerim, *dacrumis* tamen haud paullo plus elegantiæ & venustatis sententiæ addere valdè affirmo.

Spero alicunde hodiè me bonâ operâ, aut hâc meâ,
Tibi inventurum esse auxilium argentarium.

Vet. cod. optimè, *bonâ operâ, aut malâ.* Gulielmius valdè acutè emẽdat, & transponit; sed, quãtum ego judico, nihil opus hîc acumine. *Operâ bonâ, aut malâ.* idem est ac si dixisset, *quo jure, quâ injuriâ.* Sequuntur hi duo versus.

Atque id futurum unde unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Personę heic exciderunt, quas revoco, & scribo.
CA. *At id futurum unde?* PS. *unde dicam nescio.*
Ita signatè vet. cod. Sc. *Exite, agite.*

Neque ego homines magis asinos unquam vidi, ita plagis costa callent.
Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio hi sunt flagitribæ.

Vet. cod. *sunt flagricibæ.* Quod nõ temerè reiculum pronuntiandum. Veteribus *Ciba* mensa, & *Cibela.* (nam utroque modo efferebant, ut *Turba, Turbela.* *Fuga, Fugela.* & talia.) quod in *Cibilla* mutavit apud Varronem *I* pro *E* scripto, & *L* geminato, ut mos est supinis librariis. Ergo *Flagricibæ* vocantur à Plauto, lepidè confictò vocabulò, flagrorum mensæ; id est, in quorum tergum ita flagra ubertim ingeruntur, ut cœnâ dubia in mensam cibi. Aut simpliciter

pliciter *Flagriciba* sunt, qui flagris quodammodo nutriuntur. Si *Flagritriba* retinemus, ita *Vlmitriba* dixit Persa.

Atque heri ante dixeram omnibus dederamque eas
provincias.

Vet.cod. *Atque herè*, Dignior Comico nostro ἀρχαϊσμὸς. *(probo,*

Verum ita vos estis perditi, negligẽtes, ingenio im-
Officium vestrũ ut vos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati estis vos. vincite hoc duritiâ
ergo, atque me.

Postremus versus ita legendus, ut in vet.cod.est. *ita animati estis vos vincere hoc duritiâ tergi.* Nihil poterat servis flagricibis convenientius dici. Firmat illud quod sequitur.

Nunquam edepol vestrũ durius tergum erit, quàm
terginum hoc meum.

Sequitur posteà, ubi servis singulis opera distribuit.

Vorsa, prasterga, strata, lautaque, coctaque omnia
uti sint.

Valde fallor, aut legendum; *Vorsa, praterſa. Praterſa*, id est, valdè tersa: ut *Pradives. Prapotens*

Xystilis fac ut animum advortas, quoius amato-
Dynamin domi habent maximam. (res olivi

In Baſ.Par.Taru.& Veneto, *amatores olivinam domi*. Puto verum esse.

———— quoius amatores
Olivitam domi, &c.

Nam veteribus *Olivita*, sive *Oliveta* (*E* enim & *I* promiscè scribebant) idem erat quod *Olivetum*: ut *Menda, Mendum. Testa. Testum.* & talia. Ergo errat Festus, qui putat esse illud tẽpus quo olea colli-

lige-

ligebatur, quod tamen *Olivitas* dicebatur. Sc. *Pseudole, non audis.*

CA. *Perii. an non tum Lex me perdidit quina vicenaria.*

Scribendū *N* duplici, *quina vicennaria.* Nam *Viceni* sunt, οἱ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν. *Vicennes* verò, εἰκοσαετεῖς.

CA. *Quid eò?* PS. *lanios inde accersam duos cum tintinnabulis.*

Vet cod. *lanios inde accersam duo.* Quod Plautò dignius. Tale est quod sequitur.

Eâdē duo greges virgarum inde ulmearū adegero.
Est verò ἀρχαϊκόν.

Cap. 11.

Simulter. Compecti. Per viam esse. Alvus, masculinè *Frigdus.* Accius apud Noniū emaculatus. *Progredimino. Præfamino. Famino.* Hirquina barba in convitio.

Eâdem illâ scenâ.

Exossabo ego illum similiter itidē ut muranā cocus.
Vett. coddd. *illum simulter.* Rectissimè, nam veteres *Simul* & *Simulter* dicebant, ut *Facul*, & *Faculter.* Versu ultimo.

CA. *Iam hic fixo aderit.* PS. *potin' ut abeas?* CA. *tibi moram dictis creas.*

Vet. cod. PS. *potin' ut abeas? tibi moram d. c.* Et certè melius ista postrema Pseudolo etiam conveniunt.

Sc. *Postquam illic.*

Sed quasi Poëta tabulas cum cepit sibi,
Quærit quod nusquam est gentium, reperit tamen.
Correxeram de conjecturâ. *Sed quasi Poëta, fabulas cum*

cum cœpit, sibi Quærit, &c. Et ecce in veteribus libris ita invenio. Sc. *De damnosis.*

Si sumus conspecti, sive consilium unquã inivimus
De istâc re, ———

Certò certius est, scribendũ, *Si sumus compecti.* Nemò nescit *Compecti* pro *Compacti* ἀρχαϊκὸν esse. Sc. *Dii immortales* Pseudolus lætitia exultans quia accepisset ab Harpace epistolam, ita inquit.

Nam ipsa mihi oportunitas non potuit oportunius
Advenire, quam hac cavata est mihi oportunè epi-
Nam hac allata cornu copia est. ——— *(stola.*

Puto secundo versu legendum. *quam hacc' allata est.* Ita conjeceram, cũ vidi idẽ visum fuisse V. CL. Iusto Lipsio, cui libens rescribo. Sc. *Dulcia atque.*

Commemini omnia : dic tu modò me quid vis facere, fac sciam.

Lego, *q. v. facere, faciam.* Ita erat in veteribus libris. PH. *Quid istic est?* CA. *Charinus.* PH. *euge jam* * Lacunam ita suppleo ex veteribus libris. PH. *euge jam. Charinum volo.* Nihil accommodatius, nam respondet Charinus.

Quin tu, quicquid opus est, audacter imperas.

In versibus quos jam apponam personę malè exciderunt.

CH. *Quid nunc agimus?* PS. *liberam hodiè tuam amicam amplexabere.*
CH. *Egone?* PS. *tute, ego ipsus, inquam, si quidem hoc vivet caput.*

Ita enim scripsit Plautus. CA. *Egone?* PS. *tute.* CA. *egone ipsus?* PS. *inquam, si quidem,* &c. Ostẽdunt veteres libri, & locus manifestò requirit, qui aliás languidus, & corruptus.

Nunc

Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc pervium est,

Malo, ut in veteribus libris invenio, *cor mihi nunc perviam est.* Nam *Per viam esse* nihil est quàm *Pervium esse*; ut, *Ob viam esse*, dicebant veteres pro *Obvium esse.* Sic Aulul Sc. *Redi.*

—— angulos hîc omnis

Mearum ædium & conclaviũ mihi perviã facitis.

Ergo apparet malè interpolatum hunc locum. Sc. *Forum coquinum.*

Cum hasce herbas hujusmodi in suam alvum congerunt.

Melius veteres libri, *in suum alvum.* Quod ἀρχαϊκὸν est. Poëta vetus apud Nonium, & Priscianum lib. v.

Maia nemus retinens gravido concepit in aluo.

Accius Annalibus.

—— ut quam frigidissimus aluus.

Sed legendum est metri causâ, *frigdissimus.* Veteres enim dicebant *Frigdus* pro *Frigidus*, ut *Caldus* pro *Calidus.* Hinc *Frigdaria* apud Luciluum. Priscianus lib. vi. Sic pro *frigidissimus* habet *fragilissimus.* Sed hoc agamus. Masculinè etiam alii extulerunt. Cato ad filium. *Ex dolore, ex febri, ex medicaminibus bibendis, ex cataplasmatis, ex aluo lavando.* Cinna in Smyrnâ.

At scelus incesto Cinyræ crescebat in aluo. Sequ.

Si quò hic gradietur, pariter progrediminor.

Lego, *progredimino*, ut est in Lambini editione. Est autem ἀρχαϊκὸν pro *progreditor.* Sic *Præfamino* apud Catonem, *Famino* apud Festum. Sc. *Minus malum.*

SY. *Heus tu, qui cum hirquinâ astas barbâ, responde quod rogo.*

Hinc

Hinc observamus hirquinam barbam pro convitio objectam olim, ut & apud nos. Apul. Milesf. xi. *Qui pallio, baculoq;, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret.*

Cap. III.

Columa. Cn. Gellii nomen apud Nonium restitutum. Ejusdem locus. *Tam* pro tamen. Nonius & Titinnius correcti. *Tame*, pro Tam.

QVoniam Nonii recens facta mẽtio lubet eum extrà ordinem denuò in partes vocare, non tam ipsius, quam Cn. Gellii historici vetustissimi caussâ, cujus nomen locusque apud eum corrupta. In *Bubo. Agellius historiarum libro I. Et quod bubo in columnâ ædis Iovis sedens conspectus est.* Primò legẽdum *Cn. Gellius.* de quo historico dixi in Notis ad Macrobium Sat. lib. I. cap. VIII. Posteà V. CL. Nicolaus Faber legit, *in culmine ædis.* Sed nimis recedit à vulgatâ scripturâ. Ego puto verum esse, *in colu-mâ ædis.* Dicebant enim veteres *Columa, Columen.* ut *Ruma, Rumen. Fruma, Frumen.* & alia ad eam faciem. Iàm *Columen* & *Culmen* esse idem ostendi in Notis ad Catonẽ de R.R. cap. xv. Nec quisquam est, qui nesciat. Sed de Gellio, ne fraudem committam, vidi postmodum etiam eruditissimo Mercero in mentem venisse. Sc. *Viso quid.*

SI. *Velim quidẽ hercle.* BA. *roga me viginti minas.*

Lego metri caussâ ex vet. cod. *viginti mnas.*

Rectum hoc esse suprà non semel docui. Sc. *Malus & nequam.*

Quem ego hominem nullius coloris novi.

Nulla dari mihi poterit melius, par est ætas, una crevimus, *(tius.*
Pares ætate habemus viros, nulli colloquor lubẽ-
Sollicitor merito quidẽ, quid tibi animi esse nunc possiet, *(Demipho?*
Si amicam hac ætate ante oculos tuus adduxerit
PE. *Adduxit?* DO. *factum.* PE. *domi est?* DO. *domi, immo coqui* *(adventus omnia.*
Cõducti, parabatur cõviviũ, ni meus disturbasset
Senẽ miserũ Venus & Cupido alieno satis vexant tempore. *(miserior.*
PE. *Sed ista levia sunt Dorippa, utinã non ego essem*
DO. *Levia?* PE. *levia quidem.* DO. *quæ pejora tibi tuus faceret?* *(si loquere:*
PE. *Immo pejoribus pejora.* DO. *quæ istæc sunt: quæ-*
Ut tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt, demus consilium. *(alieno sapit.*
Vetus id dictũ est, feliciter is sapit, qui periculo
PE. *Unicus mihi Dorippa est gnatus: scis?* DO. *scio.* PE. *hunc pater* *(niam amaret.*
Olim à se extrusit Rhodũ. DO. *quare?* PE. *quo-*
DO. *Ob id ipsum?* PE. *id quidem nũc quoque, quom ancillam domum* *(nalem præbuit.*
Adduxisset, hanc resciscens pater produxit, ve-
DO. *Atat novi, verum dixerat filius, ego mariti amicam putabam mei.* *(viciniâ.*
Quoi data est? PE. *seni quoidam in hac amico*
Credo hic alium, præter tuum, amicum habere neminem.
DO. *Ea quidem est, quid filius?* PE. *urbem hanc se deserturum autumat.* *(credito.*
DO. *In portu res est, quid si invenerit?* PE. *mansurum*

DO. *Præter spē salvæ sumus, ne dubita, apud me ea est.*
PE. *Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audivi modo.* *(filium.*
DO. *Ea.* PE. *ô factum bene, meritò te amo, restituisti*
Fac videam DO. *eamus intrò.* PE. *eamus, Lycissa ades,* *(devortam.*
Acanthioni hæc nuncia, ego ad Dorippam huc

Cap. IV.

Livius Andronicus emaculatus. *Sorū.* Mos pedes unguendi ante calceorum indutionē. Ampullas peregrinātes cur secum portārint. *Moratur.* Mercator tertiùm aucta. *Genere cadere. Ob vos sacro. Sub vos placo.*

Sc. *Ecastor lege.* malè vulgatur hodiè.

Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clàm uxorem duxerit scortum suam,
Ut illa exiguntur quæ in se culpam commerent,
Plures viri sint vidui, quàm nunc mulieres.

Nam legendum est, *Ecastor paxim*, quod & suprà monui ad Amphitruonem, cap. IX. Simile mendum in Livii Andronici isto versu quem ex Odyssea citat Priscianus libb. IX. & X.

Nexebant multa inter sese flexu nodorum dubio.

Corrigo, *plexu nodorum.* Sc. *Limen superum.*

Ubiq; eripiatur, animo tuo quod placeat maximè:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupida civitas.

Explicant *cupida* viri docti, tanquam *expetibilis, cupienda*: sed rectè in vet. cod est. *cupita civitas.* Errori originem præbuit, quod veteres *D* pro *T* scribebant. Præterea primo versu vet. cod. habebat. *Ubi*

quid eripiatur. unde etiam, *Ubique id eripiatur*, legi posset: hoc verò non est tam magni momenti. Sc. *Divûm atque hominum.*

Eorum inventu res decem simitu pessumas perdidi. Vet, cod. *Forum inventu.* Nihil certius quam scribsisse Comicum *Sorum* pro *Eorum*, ἀρχαϊκῶς. quale mendum & ex Asinaria memini tollere.

Recipe te ad terram Charine huc, nonne ex adverso vides?
Nubis ater imberq; instat. aspice nunc ad sinistrã,
Cœlum uti splendore est plenum ex adverso vides?

Nauci non est hæc lectio. Vet. cod. *Respice huc ad dextram Charine.* Nihil pote melius. firmat quod subdit.

——— *aspice nunc ad sinistram.* Sequitur.
——— *omnia*
Cõmonstrabo, amicior mihi nullus vivit, atq; is est.
Qui illam habet, neque cui magis me velle melius æquum siet.

Archaismorum ignoratio huic loco corrumpendo fuit. Nam certum habeo scribsisse Plautum, *neque quim magis me.* Dicebant *Quim* & *Quem*, ut *Im* & *Em*. Adhæserat *m* principio sequentis dictionis. *Me* pro *Mi* sive *Mihi* tertio casu etiam ἀρχαϊκὸν est. Ita omninò legendum est; aliter perit decor & acumen sententię. Dicit Eutychus amasiam se Charini vidisse apud quendam amicum suum, & quidem talem, quo nemo magis sit obstrictus ut benè sibi vellet: addit enim hoc ut soletur Charinum, fidemque faciat posse se ei in recuperatione amasiæ operam aliquam gratam navare.

Omnibus hic ludificatur me dolis, ego stultior.

Qui

Qui isti credā, cōmoratur, chlamydē sumā denuò.
Puto veram conjecturam meam, *com moratur* (*Com* pro *Cum*, ἀρχαϊκὸν est. Iam *Morari* veteres dixisse notavi etiam ad Militem, cap. I. Sequitur postillà paullo intervallo.

——— *tollo ampullam, atque hinc eo.*

Verba sunt Charini peregrè iturientis, non tamen cuiuis intellectu facilia. Lambinus contentus fuit dixisse, peregrè proficiscētes ampullam secum portasse, sed in quem usum factitārint, id verò silet. Ego dicam. Mos erat pedes oleo ungere antequam calceos induerent, itáque peregrè abeuntes ampullam secum portabant, quæ oleum in eum usum suppeditaret. Pòsterius ex hoc Plauti loco apparet, prius ex Hesychio, cujus ea verba. Ἠλείφοντο τοὺς πόδας οἱ ἀρχαῖοι, πρὶν τὸ ὑποδήσασθαι. Hinc λιπαροὶ πόδες apud Poëtas. Venio ad Sc. *Quasi tu nunquam* cujus principium mutilatum esse tam mihi certum, quam Plautum de pistorum prosapiâ fuisse. Et quis, obsecro, paullum modò emunctæ naris inficias ibit? dissentio ergo à te eruditissime Lambine, ignoscēt mihi manes tui, & ut diligentiam tuam summam cum doctrinâ non vulgari conjunctam libens admiror, ita heic judicium non injuriâ requiro, quod si advertisses, nunquam deesse nihil pronuntiasses. Sanè, necessariò præmittendi undecim isti versus, quos ut in vetere meo codice inveni, hoc loco proponam.

LYSIMACHUS. DEMIPHO.

LY. *DEmipho sapiētum illud dictū te audisse reor sapius,* (*homines*
Voluptas est malorum esca; quod eâ non minus

 Quàm

genere cadunt. Posteriora illa minimè sunt sollicitanda. Iam *Genere cadere* nihil aliud est, quã quod Græci dicunt, ἐκπίπτειν τοῦ γένους. cui contrariũ erat, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. ut olim notavi ad Lycophronem. In vetere codice erat, *ex genere capiunt*, inde inducor jam ut legam, *ex genere cadunt*. pro eo quod est, *genere excidunt*, & hoc magis respondet Græcæ locutioni, in quá est ἐκπίπτειν. Porrò. *Ex genere cadunt* est ἀρχαϊκὸν, nam veteres composita resolvere amabant. Talia sunt *Ob vos sacro. Sub vos placo*. quę apud Festum leguntur.

Eamus intrò, non utibilis hic locus factis tuis. Melius, Plautóque dignius, quod in vet. cod. *non utibile hic locus*. Iterum non intellectus ἀρχαϊσμός. Sic Amphitruone *Cul est* dixit, pro *Qualis* est, *Nundinale cocus*, Asinariâ. *Fac fidele sis*. Captivis, quæ singula suo loco annotavi.

Viro Clarissimo

IACOBO LECTIO

IOANNES MEURSIUS S. D.

QVid de Plauto censeas V. CL. non ex te quæsiverim, qui certissimû habeam seriò amare; & seorsim sentire ab istis è Caudicali provinciâ, qui pistrinum, id est, præsepium asinariâ olere ejus Fabulas dictitant. Quibus nos contrà allium & rus merum objicimus: Tanti verò pistrinalem illum olorem facimus, ut quotiescûque nares ferit, id velimus millies fieri quod Fabullo suo prædicit Poëta Veronensis. Sed ignoscamus istis, cum cerebrum non habeant, ne quibus iniqui flagitatores videamur. Digni enim sunt misericordiâ, quàm risu. Tu V CL. me ama, si potes; hæc vide, si lubet. Poteris autem, quia humanissimus es: lubebit, quia harum literarum studiosissimus. Utrumque merui amore erga te & observantiâ.

AD
PSEVDOLVM.

Cap. I.

Tis. Neparcis. Neparcus. Dacrumæ. Ciba. Cibela. Flagricibæ. In Varrone vitiosa scriptura indicata. *Herè. Præterſa. Oliveta.* Festi error.

Sc. *Si ex te.*

Duorum labori ego hominum parſiſſem libens,
Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi.

Lego ex Agell. lib. xx. cap. vi. *& tis reſpondenti.* Nam *Tis*, pro *Tui*, ἀρχαϊκὸν eſt.

PS. *Heu? id quidem tibi herclè ne parſis dabo.*

Nimis hic locus contaminatus, qui tamē nullo negotio reſtitui priſtino nitori poteſt hoc modo. *neparcis.* Veteres dicebant *Neparcus*, ut *Neſapus*, *Neparus*, & talia. Comicus noſter *Neparcis* adverbialiter extulit, ad quam faciem *Invitis*, *Ingratis*. Cum Pſeudolus rogaſſet Calidorum quid vellet ſibi fieri, atque ille præ animi mæſtitia eiulans *Heu* dixiſſet; ludens verniliter, *Heu?* inquit: id tibi herclè neparcis, id eſt abundè dabo. Hic ſenſus hujus loci, & vera lectio.

Ut literarum ego harum ſermonem audio,
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis,
Quod tu iſtis lacrymis te probare poſtulas,
Non pluris refert quā ſi tu imbrem in cribrū geras.

Locus luxatus, & corruptus. Ita puto reſtitui debere.

Quid tu iſtis lacrymis te probare poſtulas?

Ut

Ut literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi dacrumis flcueris argenteis,
Non pluris, &c.

Notũ est olim *Dacruma* pro *Lacryma* in usu fuisse. Etsi autem *drachmis* ferri posse non temerè negauerim, *dacrumis* tamen haud paullo plus elegantiæ & venustatis sententiæ addere valdè affirmo.

Spero alicunde hodiè me bonâ operâ, aut hâc meâ,
Tibi inventurum esse auxilium argentarium.

Vet. cod. optimè, *bonâ operâ, aut malâ.* Gulielmius valdè acutè emẽdat, & transponit; sed, quãtum ego judico, nihil opus hîc acumine. *Operâ bonâ, aut malâ.* idem est ac si dixisset, *quo jure, quâ injuriâ.* Sequuntur hi duo versus.

Atque id futurum unde unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Personę heic exciderunt, quas revoco, & scribo.
CA. *At id futurum unde?* PS. *unde dicam nescio.*
Ita signatè vet. cod. Sc. *Exite, agite.*

Neque ego homines magis asinos unquam vidi, ita plagis costa callent.
Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio hi sunt flagitribæ.

Vet. cod. *sunt flagricibæ.* Quod nõ temerè reiculum pronuntiandum. Veteribus *Ciba* mensa, & *Cibela.* (nam utroque modo efferebant, ut *Turba, Turbela. Fuga, Fugela.* & talia.) quod in *Cibilla* mutavit apud Varronem *I* pro *E* scripto, & *L* geminato, ut mos est supinis librariis. Ergo *Flagricibæ* vocantur à Plauto, lepidè confictò vocabulò, flagrorũ mensæ; id est, in quorum tergum ita flagra ubertim ingeruntur, ut cœnâ dubia in mensam cibi. Aut simpliciter

pliciter *Flagricibæ* sunt, qui flagris quodammodo nutriuntur. Si *Flagritribæ* retinemus, ita *Vlmitribæ* dixit Persa.

Atque heri ante dixeram omnibus dederamque eas provincias.

Vet.cod. *Atque herè,* Dignior Comico nostro ἀρχαϊσμὸς.

Verum ita vos estis perditi, negligētes, ingenio im- (probo,
Officium vestrū ut vos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati estis vos. vincite hoc duritiâ ergo, atque me.

Postremus versus ita legendus, ut in vet.cod.est. *ita animati estis vos vincere hoc duritiâ tergi.* Nihil poterat servis flagricibis convenientius dici. Firmat illud quod sequitur.

Nunquam edepol vestrū durius tergum erit, quàm terginum hoc meum.

Sequitur posteà, ubi servis singulis opera distribuit.

Vorsa, præsterga, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint.

Valde fallor, aut legendum; *Vorsa, prættersa. Prætersa,* id est, valdè tersa: ut *Prædives. Præpotens*

Xystilis fac ut animum advortas, quoius amato- (res olivi
Dynamin domi habent maximam.

In Bas. Par. Taru. & Veneto, *amatores olivinam domi*. Puto verum esse.

——— *quoius amatores*
Olivitam domi, &c.

Nam veteribus *Olivita*, sive *Oliveta* (*E* enim & *I* promiscè scribebant) idem erat quod *Olivetum*: ut *Menda, Mendum. Testa, Testum.* & talia. Ergo errat Festus, qui putat esse illud tēpus quo olea collige-

ligebatur, quod tamen *Olivitas* dicebatur. Sc. *Pseudole, non audis.*

CA. *Perii. an non tum Lex me perdidit quina vicenaria.*

Scribendū *N* duplici, *quina vicennaria.* Nam *Viceni* ſunt, οἱ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν. *Vicennes* vero, εἰκοσαετεῖς.

CA. *Quid eò?* PS. *lanios inde accerſam duos cum tintinnabulis.*

Vet cod. *lanios inde accerſam duo.* Quod Plauto dignius. Tale eſt quod ſequitur.

Eâdē duo greges virgarum inde ulmearū adegero.
Eſt verò ἀρχαικόν.

Cap. 11.

Simulter. Compecti. Per viam eſſe. Alvus, maſculinè *Frigdus.* Accius apud Noniū emaculatus. *Progredimino. Præfamino. Famino.* Hirquina barba in convitio.

Eâdem illâ ſcenâ.

Exoſſabo ego illum ſimiliter itidē ut murenā cocus.
Vettt. coddd. *illum ſimulter.* Rectiſſimè, nam veteres *Simul* & *Simulter* dicebant, ut *Facul*, & *Faculter.*
Verſu ultimo.

CA. *Iam hic ſaxo aderit.* PS. *potin' ut abeas?* CA. *tibi moram dictis creas.*

Vet. cod. PS. *potin' ut abeas? tibi moram d. c.* Et certè melius iſta poſtrema Pſeudolo etiam conveniunt.
Sc. *Poſtquam illic.*

Sed quaſi Poëta tabulas cum cepit ſibi,
Quærit quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen.

Correxeram de conjecturâ. *Sed quaſi Poëta, fabulas*

cum

cum cœpit, sibi Quærit, &c. Et ecce in veteribus libris ita invenio. Sc. *De damnosis.*

Si sumus conspecti, sive consilium unquā inivimus
De istâc re, ———

Certò certius est, scribendū, *Si sumus compecti*. Nemò nescit *Compecti* pro *Compacti* ἀρχαικὸν esse. Sc. *Dii immortales* Pseudolus lætitia exultans quia accepisset ab Harpace epistolam, ita inquit.

Nam ipsa mihi oportunitas non potuit oportunius
Advenire, quam hac cavata est mihi oportunè epi-
Nam hac allata cornu copiæ est. ——— *(stola.*

Puto secundo versu legendum. *quam hacc' allata est.* Ita conjeceram, cū vidi idē visum fuisse V. CL. Iusto Lipsio, cui libens rescribo. Sc. *Dulcia atque.*

Commemini omnia: dic tu modò me quid vis facere, fac sciam.

Lego, *q. v. facere, faciam.* Ita erat in veteribus libris. PH. *Quid istic est?* CA. *Charinus.* PH. *euge jam* * Lacunam ita suppleo ex veteribus libris. PH. *euge jam. Charinum volo.* Nihil accommodatius, nam respondet Charinus.

Quin tu, quicquid opus est, audacter imperas.

In versibus quos jam apponam personę malè exciderunt.

CH. *Quid nunc agimus?* PS. *liberam hodiè tuam amicam amplexabere.*
CH. *Egone?* PS. *tute, ego ipsus, inquam, si quidem hoc vivet caput.*

Ita enim scripsit Plautus. CA. *Egone?* PS. *tute.* CA. *egone ipsus?* PS. *inquam, si quidem*, &c. Ostēdunt veteres libri, & locus manifestò requirit, qui aliás languidus, & corruptus.

Nunc

Hinc obſervamus hirquinam barbam pro convitio objectam olim, ut & apud nos. Apul. Mileſ. XI. *Qui pallio, baculoq; & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret.*

Cap. III.

Columa. Cn. Gellii nomen apud Nonium reſtitutum. Ejuſdem locus. *Tam* pro tamen. Nonius & Titinnius correcti. *Tame*, pro Tam.

QVoniam Nonii recens facta mētio lubet eum extrà ordinem denuò in partes vocare, non tam ipſius, quam Cn. Gellii hiſtorici vetuſtiſſimi cauſſā, cujus nomen locuſque apud eum corrupta. In *Bubo. Agellius hiſtoriarum libro I. Et quod bubo in columnā ædis Iovis ſedens conſpectus eſt.* Primò legēdum *Cn. Gellius.* de quo hiſtorico dixi in Notis ad Macrobium Sat. lib. I. cap. VIII. Poſteà V. CL. Nicolaus Faber legit, *in culmine ædis.* Sed nimis recedit à vulgatâ ſcripturâ. Ego puto verum eſſe, *in columâ ædis.* Dicebant enim veteres *Columa, Columen.* ut *Ruma, Rumen. Fruma, Frumen.* & alia ad eam faciem. Iàm *Columen* & *Culmen* eſſe idem oſtendi in Notis ad Catonē de R.R. cap. XV. Nec quiſquam eſt, qui neſciat. Sed de Gellio, ne fraudem committam, vidi poſtmodum etiam eruditiſſimo Mercero in mentem veniſſe. Sc. *Viſô quid.*

SI. *Velim quidē hercle.* BA. *roga me viginti minas.*

Lego metri cauſâ ex vet. cod. *viginti mnas.*

Rectum hoc eſſe ſuprà non ſemel docui. Sc. *Malus & nequam.*

Quem ego hominem nullius coloris novi.

Veteres codices *nulli coloris*. Quod ἀρχαϊκὸν est

Sic huc incessi ludibundus. plaudunt parum, clamitant me ut revertar.

Melius veteres codices *plaudūt partim.*. Sc. *Vox viri.*

BA. *Non audes quaeso aliquam partem mihi gratiā facere hic argenti?*

PS. *Novi, me dices avidum esse. nam hoc nunquam eris nummo divitior.*

Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.

Scribserim *tam hoc nunquam*, ἀρχαϊκῶς pro *tamen*. Festus. *Antiqui Tam etiā pro Tamen usi sunt*. Novius.

Qui si taceat dum videat, tame etiam sciat
Quid scriptum sit. ———

Titinnius.

Benè cum facimus, tam malae fuimus, ut quidem
Perhibent viri. ———

Item. *(simul.*

Quanquam estis nihili, tam vobis ecastor consului

Ita illos Novii & Titinnii versus restituo apud Festum: & in Novio quidē *Tame* rescripsi metri causa; ut autem *Tam* pro *Tamen* dicebant, ita *Tame* etiā pro *Tam*. Idem Festus docet.

Viro

Viro Clarissimo

BONAVENTVRAE VVLCANIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

SI vacas, V. CL. vide hæc ad Pænulum. Si vacas, inquam: vix enim dubium habeo, quin occupatus valdè sis in Procopio tuo, in Glossographo, quos tu Auctores egregio publico prelo adornas. Vtinam aliquando ultimam manum imponas, ut ad nos laborum tuorum redundet fructus. Crede mihi, moræ tam longæ impatientes sumus omnes Musarum alumni, & tacito mentis te flagitio verberamus. Tuum itaque erit efficere, ut quamprimum novitios Bibliothecæ ingeniiq; fœtus in sinu teneamus, legamus, laudemus. Hoc cura.

N 2

Veteres codices *nulli coloris*. Quod ἀρχαϊκὸν est

Sic huc incessi ludibundus. plaudunt parum, clamitant me ut revertar.

Melius veteres codices. *plaudũt partim.* Sc. *Vox viri.*

BA. *Non audes quæso aliquam partem mihi gratiã facere hic argenti?*

PS. *Novi, me dices avidum esse. nam hoc nunquam eris nummo divitior.*

Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodiè effecissem.

Scribserim. *tam hoc nunquam*, ἀρχαϊκῶς pro *tamen*. Festus. *Antiqui Tam etiã pro Tamen usi sunt*. Novius.

Qui si taceat dum videat, tame etiam sciat
Quid scriptum sit. ———

Titinnius.

Benè cum facimus, tam malæ fuimus, ut quidem
Perhibent viri. ———

Item. *(simul.*

Quanquam estis nihili, tam vobis ecastor consului

Ita illos Novii & Titinnii versus restituo apud Festum: & in Novio quidẽ *Tame* rescripsi metri causa; ut autem *Tam* pro *Tamen* dicebant, ita *Tame* etiã pro *Tam*. Idem Festus docet.

Viro

Viro Clarissimo

BONAVENTVRAE VVLCANIO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

SI vacas, V. CL. vide hæc ad Pœnulum. Si vacas, inquam: vix enim dubium habeo, quin occupatus valdè sis in Procopio tuo, in Glossographo, quos tu Auctores egregio publico prelo adornas. Vtinam aliquando ultimam manum imponas, ut ad nos laborum tuorum redundet fructus. Crede mihi, moræ tam longæ impatientes sumus omnes Musarum alumni, & tacito mentis te flagitio verberamus. Tuum itaque erit efficere, ut quamprimum novitios Bibliothecæ ingeniiq́ fœtus in sinu teneamus, legamus, laudemus. Hoc cura.

AD POENVLVM.

Mapalia.Liroe. Glossarium emaculatum.
Ἀγρεστοκλῆς. Σοφοκλῆς. *Laudicenus.*

Sc. *Sæpè ego.*
Sæpè ego res multas tibi mandavi, Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilii,
Quas tu sapienter, doctè, cordatè, & catè
Mihi reddidisti opiparas operâ tuâ.

In Venet. & Basil. *Mihi reddidisti certas, opiparas o.t.* Rectè. Nam ut opiparas opponit egenis & consilii inopiosis, ita certas dubiis. Itaque sic constituo.

Mihi reddidisti certa' opipara' operâ tuâ.

Sequitur paullò post.

Gerra germanæ, atque ædepol lyræ lyræ.

Veteres quidem codices; *liræ, liræ.* Sed scribendum est *liroe, liroe.* ut *Popolœ. Olœ. Privœ.* quæ diphthongus cascis illis usitata, ut ex Festo cognoscimus. Iam verò *Liroe* nihil aliud est quam Græcanicum λῆροι. Manavitque id vocabuli ad Italos ex magnâ Græciâ. Hinc *Lirare* pro *Ineptire*, & *Delirare*. Nam *De* in compositionibus auget ut plurimum significationē, ut annotant Grammatici. Nec est porrò quod quis rusticorum liras mihi objiciat, unde hactenus etymologia quæsita, nam aliæ eæ omninò ab his. Sed & Glossarium corrigendum obiter hujus loci occasione. Hodiè ibi vitiosè est. Πλεκτά, τὰ περιφερόμενα τοῖς τείχεσι μηχανήματα. *Hæc erre. Singulare non habet.* Scribendum. *Hæ Cerræ.*

AG.

AG. *At amans per amorem si quid feci, Milphio,*
Ignoscere id te mihi aequom est. MI. *haud vidi*
magis. Sequitur.
Et ego nunc amore pereo, sine te verberem.

Secundo versu melius veteres libri. MI. *Audi tu magis.*

Sed Adelphasium exit eccam, atque Anterastilis.
Haec est prior, quae meum herum dementem facit.

Trāspono. *Haec prior est quae.* Pauxilla mutatio multum addit elegātiæ. Nam vult dicere Adelphasum, quam priorem nominaverat, amari ab hero suo Agorastocle. Porrò Agorastocles, è quacunq; Comœdiâ mutuatus sit Plautus, non alius est quam qui per convitium aliter Σοφοκλῆς, Latinè *Laudicenus* dicebatur: de quo hominum genere eorumque vocabulis Plinius lib. 11. epist. xiv. ad Maximum. Sc *Negotii sibi.*

Nam nos usque ab aurorâ ad hoc quod diei est
Postquam aurora illuxit, nunquam cessavimus
Ex industriâ ambae nunquam concessavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, fingi. ———

Si quid indico, secundus versus certè est insititius, & non à Plauto nostro; nā illa *Postquam aurora illuxit,* interpretamentum primi versus sunt: ista verò *nunquam cessavimus,* ascripta erant postremis verbis versus sequentis, *nunquam concessavimus.* Hæc duo glossemata ad oram adnotata, posteà, ut sæpè factum, conjuncta sunt à quodam, & in textum infarcta. Malo jure. Puto neminem non probaturum hoc judicium meum.

Aggerundâque aquâ sunt viri duo defessi.

Veteres quidam, *Ab gerundâque a.* Quod prætulerim.

Postremò modus muliebris nullus est.
Neque unquam lavando & fricando scimus
* *Facere* * *Nam quæ elauta est, nisi*
Perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.

Locum depravatissimum ita corrigo ex veteribus editionibus.

——— *& fricando sumus*
Saturæ; nam quæ lauta est nisi
Perculta est, meo q. a. q. invenusta est.

Non poterat melius emendari.

Cap. 11.

Omne, pro *Omni*. Læta nũtiantibus vinum propinabatur. *Oho. Scœnum. Scœniculæ* meretrices. *Enam*.

Eâdem illâ elegantissimâ scenâ.

Quasi salsa muriatica esse autumantur
Sine omni lepôre, & sine suavitate,

Vetus codex, *Sine omne lepôre*. Rectè: *Omne* pro *Omni*, est ἀρχαϊσμὸς.

MI. *Coqua hæc est quidẽ Agorastocles, ut ego opinor.*
Scit muriatica ut macerẽt. AG. *quid molestu's?*

Augeo, legóque ex vett. libb. *Ut ego opinor.* AG. *quid id?*

MI. *Scit muriatica ut macerent.*

Sequitur.

MI. *Ecquid gratiæ, cũ huc foras te evocavi? nunc jam*
Me decet donari cado vini veteris.

Poscit Milphio vinũ ab Agorastocle, quod ad tam jucun-

jucundum ſpectaculum eum evocaſſet, nõ ſecus ac ſi lætum aliquod nuntium attuliſſet. Mos autem veteribus vinum læta nuntiantibus propinare, cóque Plautus antiquitatis ſcientiſſimus alluſit. Sic apud Ariſtophanem πλέτῳ Cario ſervus Plutum recepiſſe viſum nuntians à Chremyli uxore id efflagitat, his verbis.

> Ταχέως ταχέως φέρ᾽ οἶνον ὦ δέσποιν᾽ ἵνα
> Κ᾽αυτὴ πίῃς, φιλεῖς δὲ δρῶσ᾽ αὐτῷ σφόδρα.
> Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω.

Scholiaſtes. Ἡνίκα ἦν ἐπαγγελία, ἔθος ἦν πίνειν οἶνον.

AN. *Eamus ſoror mea.* AD. *hoc amabo, quid illò*
nunc properas?

Veteres libri, AD. *obò amabo.* Quod reiculum non temerè pronuntiavero. *Obò*, ut *Ebò*. Aut ſi quid mutandum, *Obè* erit legendum. Venio jam ad locum maximè inſignem.

> ——— *an ibi vis inter iſtas verſarier*
> *Proſedas, piſtorum amicas, relliquias alicarias,*
> *Miſeras, cœno delibutas, ſervilicolas, ſordidas?*

Veteres libri. *Miſeras, ſchœno delibutas.* Et ita in Feſti Pompeii quoque fragmentis legitur: Sed ſine aſpiratione ſcribendũ, nam Sabini dicebãt *Scœnum* pro *Cœnum*, ut *Scœlum*, pro *Cœlum*, *Scena*, pro *Cena*, ut ad Amphitruonem annotavi. Hinc *Obſcœnus*, ſcœno ſive cœno obnoxius: manifeſtò retentus in compoſita voce Sabiniſmus. Quin immò & hoc argumento eſſe poteſt, quod eruditi lectores dictioné æquipollentem, ſed uſitatiorem notioremque, ſubſtituerunt: quomodo plurimos alios ἀρχαισμὺς temerè nimis ſuſtulerunt, ut mollirent aſperitatem (ſi Diis placet) Comici noſtri, quo ab indoctioribus

etiam intelligi possit. Iam autẽ de schœno unguento nugario, quæ Varro profert, & Festus ex eo, itemque Turnebus (ignoscent mihi manes tantorũ virorum) meræ nugæ sunt. Sanè ut heic *scœno delibutas*, ita alibi in Comœdiis *lutulentas* & *immundas* nominat Plautus. Ecce tibi locum unum è Truculento, qui instar multorum.

Blitea, & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.

Et Syncerastus de Lenone hâc ipsâ Fabulâ.

— neque tam luteus, neque tam cœno collitus.

Non verò mirum voce Sabinâ eum uti, cũ ex Macrobio discamus Romanos multa Tuscorum, Oscorum, Sabinorumque finitimorũ vocabula usurpasse. Porrò nec hoc silẽtio prætereundum, pro *Servilicolas*, quod Festi quoq; scedæ probant, in veteribus aliquibus editionibus *schœnicolas* legi: sed monui jam omittendam aspiratam. Ita in Clitellariâ.

Diobolares, scœnicolæ, miraculæ.

Est autem â *Scœnum*, *Scœniculus*. ut ab *Annus*, *Anniculus*: Videndum itaque ne rectè faciat vir magnus qui *Scœnicolus* vult scribendnm, cum planè indifferens sit, nisi quod illud habeat ἀρχαϊκὸν, siquidẽ *O* pro *V* ponebant. Si autem *Servilicolas* cum Festo retinebimus, huc pertinebit versus sequens.

Servulorum sordidulorum scorta diobolaria.

Hæc mea de loco hoc sentẽtia, quam viri docti ventilabunt. Ad alia propero.

MI. *Enimverò here facis delicias.* AG. *de te quidem hæc didici omnia.*

In veteribus libris erat constanter. *Enim here d. f.* Puto excidisse priscam vocem, quia non intelligeretur,

retur, ſcriboq; hoc modo. *Enam here facis delitias?* Nam veteres *Enam* pro *Etiamne* extuliſſe ex Feſti fragmentis cognoſcimus.

Cap. III.

Benus. *Compes*, pro compos. *Helus*. *Hemo*. *Apello*. Frons parva in laude. Frontem minuere nimbis ſolitæ mulieres. Nimbi quâ aſtutiâ diſſimulati. Arnobius emēdatus. *Faſcia coloriſea*, Iſidori ſententia exploſa.

EAdem ſcena Adelphaſium invidiæ crimē amoliri à ſe volens ita inquit.

Invidia in me nunquam innata eſt, neque malitia, mea ſoror. *(volo.*

Bono ingenio me eſſe ornatam, quā auro multo ma-

Magis Plautinè veteres editiones, *neq; malitia mala ſoror.* Secundo autem verſu Baſilienſis habet. *Beno ingenio*. Quod non temerè mendum Typographicum cenſuerim: certum enim eſt veteres *Benus* dixiſſe pro *Bonus*, ut *Helus*, *Holus*. *Hemo*, *Homo*. *Apello*, *Apollo*: ut ex Feſto liquet. *Compes* etiam pro *Compos*, ut ex Priſciano lib. I. Sanè à *Benus* κατ' ἀναλογίαν deducta *Benignus*. *Bellus*. *Benè*. Quæ valide firmant conjecturam noſtram.

Quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ meræ.

Valdè æſtuant heic tam veteres quā recentes. *Nimbus* erat faſcia frontalis, nam cum frons parua inter formæ decora reputaretur, ut magnitudinem diſſimulare poſſint nonnullæ formæ ſtudioſæ, nimbis eam imminuebant. Arnobius lib. II. *Laminas per-*

tunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos obumbrarent. Ita lego, non *limbis*, nam *Limbus* & *Nimbus* differunt. Et hos ipsos nimbos, tam callidè & tanto artificio dissimulabant, ut ægrè cognosci possent, inde est quod dicat heic Milphio meretricem quò attentius intueretur, eò magis videri nimbatam. Imbuebât enim colore eodem qui esset capillorum, unde *Fascia colorisea* Oscè à vetere poëtâ nuncupantur, id est coloriæ: quod autem aurum linteo assutum dicit Isidorus merænugæ sunt, siquidem eo modo internosci potuissent.

—— AD. *nos eamus nunc, etiã morare?* AG. *malè facis.*

AD. *Benè promittis multa. ex multis omnia incassum cadunt.*
Liberare me juravisti haud semel, sed centies.
Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam, *(nihilominus.*
Neque istuc usquam apparet. ita nunc servio ni-
si soror; abscede tu à me. AG. *perii. ehò quid agis Milphio?* *(nitas,*

MI. *Mea voluptas, mea delitiæ, mea vita, mea ama-*
Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium, *(culus caseus,*
Meum mel, meũ cor, mea colustra, meus molli-

AG. *Mene ego illac patiar præsente dici? discrucior miser.* *(rapi.*
Nisi ego illũ jubeo quadrigis cursim ad carnificẽ

MI. *Noli, amabo, succensere hero meo causâ meâ.*

AD. *Ego faxo: sine.* MI. *irata es nimium, argentũ pro te dabit,*
Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD.

AD. *Quin abire finis? quid vis tibi? qui benè volunt, benè visitent.*
(verax tibi.

MI. *Si ante quidẽ mentitus est, nunc jam dehinc erit*

AD. *Abscede hinc sis sycophanta* ———

Manifestò totus hic locus luxatus: nam ecce secundo versu respondet Adelphasium sæpius sibi promissam libertatem, cujus tamen nusquam antè facta unquam mentio, sed in sequẽtibus tantum verbis. Restituo pristino ordini, hoc modo.

— AD. *nos eamus nunc, etiam morare?* AG. *malè facis.*

MI. *Noli, amabo, succensere hero meo causâ meâ.*

AD. *Ego faxo: sine.* MI. *irata es nimium. argentum pro te dabit,*

Atque te faciet ut sis civis Attica, atque libera.

AD. *Benè promittis multa. ex multis omnia incassum cadunt.*

Liberare me juravisti haut semel, sed centies.

Dum te exspecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam,

Neq; istuc apparet, ita nũc servio nihilominus.

MI. *Si ante quidem mentitus est, nunc jam dehinc erit verax tibi.*
(nitas;

Mea voluptas, mea delitia, mea vita, mea ame-

Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum suavium.
(culus caseus.

Meum mel, meũ cor, mea colustra, meus molli-

AG. *Mene ego illæc patiar præsente dici? discrucior miser.*
(cem rapi,

Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnifi-

AD. *Quin abire finis? quid vis tibi? qui benè volunt, benè visitent.*

I soror.

I soror. abscede tu à me. AG. *perii! ehò quid agis Milphio?*

AD. *Abscede hinc, sis, sycophanta.* ———

Abite fungi, emunctę naris Lectorem volo, qui hæc dijudicet. Secundus versus obscurus; nō enim rogat ne propter se hero suo irascatur, sed ne hero irascatur, idque in suam gratiam faciat. Ita capiendus omninò. In reliquis omnia jam plana, & rectè ordinata, ex quibus antehâc propter trajectionem commodus sensus elici nullus poterat.

Cap. IIII.

Restim & clavum optare inimicis mos. *Sorbitium. Agones. Agonia. Inæquius. Flemina. Ætolicæ* tunicæ.

EAdem illâ scenâ Adelphasium auribus excludēs blandicella Milphionis verba heri sui Agorastoclis causam agentis, ita eum plena iracundiæ affatur. *(familiâ.*

Capias restim, ac te suspendas cum hero ac vostrâ

Nam solebant inimicis restim precari, & clavū cui se alligarent. In veteri Inscriptione, HIC. STIGMATA. ÆTERNA. ACTE. LIBERTÆ. SCRIPTA. SVNT. VENENARIÆ. ET. PERFIDÆ. DOLOSÆ. DVRI. PECTORIS. CLAVOM. ET. RESTIM. SPARTEAM. VT. SIBI. COLLVM. ALLIGET. Item in aliâ.

ATIMETO. LIB.
CVIVS. DOLO. FILIAM. AMISI. RESTIM. ET.
CLAVOM. VNDE. SIBI. COLLVM. ALLIGET.

Sequenti versu Milphio sortem suam deplorans ita ejulatur.

Hem

Hem mihi jam video propter te victitādū ſorbillo.
Legendum cenſeo.

H. m. i. v. propter tete victitandum ſorbitio.
Id eſt, video omnem mihi vitam in ſuſpiriis ac gemitibus tranſigendam, ſumta metaphorâ à ſorbentibus, quorum ſpiritum imitari videtur ſuſpirantes. Reſcripſi autem *ſorbitio*, pro *ſorbilo* ſive *ſorbillo* quod in omnibus codicibus reperi; nam ut *Initium* ab *Ineo*, ita *Sorbitium* quoque à *Sorbeo* formatum. Invenio & Cęcilium uſum Hymnide.

——— ſine
Suam ſenectutem ducat utique ad ſenium ſorbitio.
Vide Feſtum in *Senium*. Sc. *Quid nunc mihi.*
——— nunc mihi cautio eſt,
Ne meâ met culpâ meo amori objexim moram.
Veteres libri. *Ne meâ ipſe culpâ*. Puto, *Ne meâpſe culpâ*. Iudicabis lector. Sc. *Di illum infelicent.*
Nam ego hodiè infelix dìs meis iratiſſimis
Sex agnos immolavi. ———

Baſ. edit. *Sexagenos immolavi.* Valdé ſuſpicor excidiſſe priſcam vocē, ſcribendūq; tranſpoſitis leviter literis. *Sex agones immolavi.* Nam veteribus *Agones* victimæ, & *Agoniæ* hoſtiæ appellabantur. Iſidorus in Gloſſis. *Agones, victimæ. Agonia hoſtia.* Vide Feſtum, & magnū ejus interpretem. Ioſ. Scaligerū. Sed caſci illi cum à Græcis accepiſſent (nam prima lingua Latina Græca fuit, ut & alibi monui) hanc vocē, latiùs ejus notionem extenderunt, quàm ipſi Græci, qui tantū ea ita vocabāt quæ pro mortuis ſacrificarentur. Suidas. Ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων ὡς ἄγνα. τὰ δ᾽ ἔνορχα, τοῖς θεοῖς. In ſacris literis quoque LXX. interpretes verterunt ἀγόνυς

χοὰς

χοὰς quæ mortuis libarentur.

————viscum legioni dedi,

Fundasque, eò prosternebant folia farferi.

Veteres libri. *F. eos prosternebam ut folia farferi.* Quod ut plenius, ita & melius. Sc. *Ita me dî.*

Ita me dî ament, tardo amico nihil est quicquam
iniquius.

Veteres omnes, *quicquam inæquius.* Quod ἀρχαϊκὸν est. Sic dicebant *Amacus* pro *Amicus*. Simile mendum memini in Aulularia eluere.

AD. *te advocatos melius celeris ducere,*
Tardi sumus nos. AG. *optimè itis, pessimè herclè*
dicitis.
Quinetiam deciderint vobis fœmina in talos velim.
AD. *At edepol nos tibi in lumbos linguam, atq; ocu-*
los in solum.

Nihil hâc lectione ineptius: quomodo enim femina ipsa possunt in talos decidere? Certa correctio mea *flemina in talos*. Festus, *Flemina dicũtur, cum ex labore via sanguis defluit circa talos*. Vtitur quque ipse hic Comicus noster Epidico, Sc. *Satin' ille.*

Præ lassitud. ne invaserũt miserũ in genua flemina.

Invenias etiam apud Tertullianum, & Isidorum in Glossis. Optat verò Plautus ut advocati ita festinarent, ut tandem currendo fatigatis flemina in talos decidant. Sc. *Iam istuc.*

Et ille chlamydatus quinã est, qui sequitur procul?
Ætolus haud est. ————

Veteres. *qui sequitur procul Ætolicâ veste?* Quod rectum censeo. Iam Ætolicam vestem intelligit tunicam cui chlamys superinducta. Erant verò Ætolicæ tunicæ oblongæ. Strabo lib. XI. Καὶ τὴν ἐσθῆτα

δὲ τὴν

δὲ τὴν Ἀρμενιακὴν θετταλικὴν φασίν, οἷον τοὺς βαθεῖς χιτῶνας, οὓς καλοῦσιν Αἰτωλικοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ ζωννύουσι περὶ τὰ στήθη.

Imò ut ipse nobis dixit, quò accures magis,
Trecentos nummos Philippeos portat præ sibi.

Corrigo *portat præs sibi.* Adhæserat ultima literula principio sequentis vocis. Vult dicere, eum sibimet prædem esse, nec opus alio habere, cum sit tam benè nummatus.

Cap. V.

Oculi Antiochi. *Mittis. In mundo esse. Aponere. Exsyncerastus. Calix*, pro Calx. *Unus*, pro Quidam. *Hispes. Sispes. Mede. Mis. Tacio. Pacio. Semicinctium. Semizonarii.*

Eàdem scenà.

Ego id quæro hospitium, ubi ego curer mollius,
Quàm regi Antiocho oculi curari solent.

In Ven. & Basl. erat, *Antiocho curari hospites solent.* In Taru. & Paris. *Q.r. Antiocho curari solet.* utraque lectio defendi potest. Sed Lambinus nimis æstuat, nec explicare potest. Ego *Oculos* interpretor eos qui in aulà Antiochi erant præcipui Suidas. Ὀφθαλμὸς βασιλέως, ἀντὶ τοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ. οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ. Hesychius. Βασιλέως ὀφθαλμός. ἐπέμπετό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεώρα τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. Plenè de his vir magnus Barnabas Brissonius in libris de Regno Persarū, ut indicavit mihi Tiarda meus. Sc. *Quid est.* AG. *Si pultem, non recludet.* AD. *panem frangito.*

Taruisinus & Parisiensis, *pedem frangito*, Basiliensis & Venetus *pede frangito*. quod probum, nam Lambinus heic nimis λεπτολογεῖ. Sc. *Suspendant.*

Mitte ad me sodes hodiè Adelphasium tuam. Veteres libri, *Mittit* ad *me*. Scribo, *Mittis ad me*. Nam *Mittis* pro *Mittas* est ἀρχαϊσμὸς.

Nego, & negando, si quid refert. abnuo. Taruis. *avio*. Parisiensis, *animo*. Venet. & Bas. *aio*. quod compendiosè scriptum, *animo*. valet. Pro *animo* verò substituo *annuo*. Nihil potest ex istis vestigiis erui vel quod propius accedat, vel quod Plautino loco convenientius; & lenonis perfidiæ.

LY. *Væ vostræ ætati:* AD. *id quidem nunc est tua.* Bas. & Ven. *id quidem in mundo nunc est tua*. Rectissimè; *In mundo esse* veteres aliquid dicebant, quod in promptu erat. Festus: *In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse volebant intelligi.* Et ipse Plautus non semel utitur in his Comœdiis suis. Sc. *Age tu.*

Verum ita sunt isti nostri divites. Lego ex Bas. & Ven. *ita sunt omnes nostri*. ut sit plenus senarius. Sc. *Satis spectatum.*

——— MI. *te volo.*

SY. *At onus urget.* MI. *at tu appone, & respice ad me.* SY. *fecero.*

Putem veram lectionem esse, *at tu apone*. Sensus manifestò flagitat. *Aponere*, pro *Deponere*, ut *Afore*. *Afugere*.

Continuò is me ex Syncerasto crurifragum fecerit. Ven. Bas. & Par. *med exsyncerastum fecerit*. Ut sit senarius. Rectissimè, nam ludit in nomine suo, dicēs Syncerastum fore Exsyncerastum,

Quin prius disperibit faxo,quã unum calcẽciverit.
Baſ. & Ven. *calicem civerit.* Rectè. *Calix* pro *Calx* eſt ἀρχαϊκὸν. Sc. *Ain' tu tibi.*

Verùm ego hic hoſpitium habeo,Antidamæ filium
Quæro. commonſtra ſi noviſti Agoraſtoclem.

Lego ex veteribus codicibus,

Verũ ego hic unũ hoſpitẽ habeo Antidamæ filiũ.
Quæſo commonſtres ſi noviſti,Agoraſtoclem.

uſurpavit *Unum* pro *Quendam.* ut Truculento,Sc. *Ad fores,*

Sed tandem loquere. qui is eſt homo Aſtaphium,
unuſne amator?

Et peccant,qui legunt *novuſne amator.* nam etſi poſteà ita dicat,non ideò etiam hîc.Item Sc. *Hahaha.*

Sed eſt huic unus ſervus violentiſſimus.

Catullus.

——— tum bellus ille & urbanus
Suffenus unus caprimulgus,aut foſſor
Rurſus videtur. ———

Arnobius lib. IV. *Contra decus ætatis illa Peſſinuntia Dyndimene in bubulci unius amplexu flagitioſâ fingitur appetitione geſtire.* Item lib.V. *Etiamne credemus deum numinis tanti tractum eſſe ad terras, & in verruculâ collis unius cum humunculo ſtantem altercabilem conſeruiſſe ſermonem?* Porrò & hoc monere volui,in Tarviſiano eſſe,*ego hic hiſpite unum,* unde ſuſpicor ne Plautus ſcripſerit,*hiſpitem unum*: Nam veteres *Hiſpes*,pro *Hoſpes* efferebant, uti *Siſpes* pro *Soſpes*,quod ex Feſto eſt cognoſcere.

Quin mea quoque iſte habebit,ſi quid de me fuat,
Corrigo, *ſi quid mede fuat.* Nam *Mede* pro *Me* dicebant,ut *Medecum*,pro *Mecum.* Dixit autem,

si quid mede fuat, quomodo Lucilius.

Si quid me fuerit humanitus ut teneatis.

Sc. *Quis pultat?*

Opinor herclè hodiè, quod ego dixi per jocum,
Id eventurum esse & severum & serium.
Ut hæc inveniantur hodiè esse hujus filiæ.

Secundum versum ita lego, *& esse verum & seriū.* Nam τὸ *severum* loci heic habere nihil potest. Sic *verò* & *seriò* solet conjungere. Sc. *Fuit hodiè.*

—— *da diem hunc sospitem quæso*
Rebus meis agundis, quibus annos multos carui.

Veteres omnes, *Rebus mis agundis.* Optimè: Græcismus est, & archaismus, nam *Mis* veteres secundo casu ab *Ego* inflectebant.

Nunc boni mihi dî dant, vobis, vostraque matri.

Rescribo ex veteribus, *dî danunt.*

Sc. *Si ego.*

Si ego minam non ultus fuero probè quam lenoni dedi.

Lego ex Bas. & Ven. *Si ego mnam.* Quod quomodo dictum sit suprà non semel ostendimus.

——— *nihil ad te attinet.*
Quid tibi hanc digito tactio est?

In Taruis. cod. erat. *tatio est.* quod etsi corruptum est, suspicionem tamen injicit excidisse vocem antiquam, *tacio est.* Nam *Tacio* ἀρχαϊκὸν est pro *Tactio*, à *Taco*, sive *Tago*, quod pro *Tango* veteres efferebant: manet ejus ἀρχαϊσμοῦ vestigium in voce compositâ *Contagio.* Sic *Pacio* etiam pro *Pactio*, à *Paco* sive *Pago*, quod posteà *Pango*. Festus. *Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus.*

De-

Deglupta manas, Sarapis senicinctium,
Mastruga. ———

Lego, *semicinctium*. Isidorus Origin. lib. xix. cap. xxxiii. *Cinctus est lata Zona, & minus lata Semicinctium, & utrisque minima Cingulum.* Petronius. *Inclusus ego suspendio vitam finire constitui: & jam semicinctio stanti ad parietem spondæ me vinxeram, cervicesq; nodo condebam.* Horum confectores *Semizonarii* dicti. Aulul. Sc. *Narravi amicis,*

Strophiarii astant, astant semizonarii.

Viro Clarissimo

PAVLLO MERVLAE

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Dubitabam seriò, Vir Clariss. an ad Plautina hæc avocare te auderem in totius mundi Annaliumque nostri seculi descriptione occupatum. Tum etiam, quia sordere tibi jam hæc levia scirem. Quia tamen in iis ipsis possis, & quem gradum in Criticâ palæstrâ sperare debeas, satis Ennio tuo edito declarâsti, nos intelleximus. Quæso te, si quando à gravioribus tuis studiis otium quærens respirabis, hæc mea examina: in quibus si errasse cōperies, excusabit me ætas adhuc tenera, judicium imbecillum, ratioq; certa bonos Auctores emendandi nondum nimis nota, quam à te Critices & Antiquariæ Rei in Academiâ nostrâ Batavâ Dictatore avidè exspecto. Vide autem, Musarum alumnis Libellum De Latinos Auctores emendandi ratione, *præstantem ingenii tui fœtum, liberaliter dones, atque id primo quoque tempore. Nosti illud.* Bis dat, qui citò dat. *Et hoc alterum Publii.*

Pars beneficii est, quod petitur si citò neges.

Sed tu negare non potes: debes enim, quia promisisti. Matura itaque, ne, ut Iuris nostri phrasi utar, minus solvas. Nisi facis, vide quam audax sim, occinam tibi istuc, quod hominibus immunificis olim solebat.

Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc nō habes, habeas malum.

Elecebræ erunt, si forte, paculæ hæ in Persâ Plauti emendationes.

AD
PERSAM.

Cap. I.

Pri. Priceps. Albus paries, proverbium. *Ituresea. Masius.* Fortuna Seia. *Coloresea fasciola. Fructesea. Scaphium.* Allium & sal servorum pauperumque cibus. *Sudiculum.* Παρατιλμὸς Atheniensium.

SCenâ primore in ipso principio mirum nisi mēdum aliquid latet, quod tamen non omnibus apparet, faciam tamē attētius mecum consideranti non difficulter appareat, & è latibulo protrahatur.

Qui amans egens ingressus est princeps in amoris vias,
Superavit ærumnis is suis ærumnas Herculis.

Nam cur, quæso, majores ærumnas exantlavit qui primus amoris vias ingressus est egens, quàm cæteri qui post eum idem fecerunt? Dicam quod sentio: ἀρχαϊσμῶ ignoratio loco corrumpendo fuit, nam veteres ut *Pri* pro *Præ*, ita *Priceps* pro *Præceps* efferebant. Legendum itaque erit. *ingressus est priceps in amoris vias.* Præcipites autem feruntur amatores pauperes, & velut in baratrum quoddam, vel, ut Apuleius loquitur, profundam amoris foveam demerguntur: multò magis quam divites, cùm vix sit spes amore suo potiundi. Iam *Pri* pro *Præ* dixisse apertè testatur Festus. *Privignus dictus, quòd antequā mater secundò nuberet est progenitus: pri enim antiqui pro præ dixerunt.* Porro ab eodem hoc archaismo

 Prior

Prior. Prius. Primus. Primum. Pristinum. Sc. *Veterē.*

Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.

Veteres libri, *albo pariete*. Legerim, *albo ariete*; Sed cur *albo*? Quærendum amplius An *Albus paries* dolum & fallaciam significat latētem sub aliquâ honesti specie? Sanè D. Paulus literarum secularium peritissimus, atque in poëtarū scriptis versatissimus, ita loquitur in Actis Apost. cap. XXIII. Ananiæ contumelias amoliri volēs: fortè ex hoc Plauti loco, aut quia ita Hebræis in phrasi esset. Sc. *Omnem rem.*

Quasi juream esse jus decet collyricum.

In veteribus erat, *Quasi jure se amesse.* Corrigo. *Quasi jureseam esse.* Nā *Iuresea* pro *Iurea* Oscè pronuntiat Toxilus servus: Sic illi *Maseus* sive *Masius* pro *Maius* dicebant. Et fructuum dea *Fructesea*, quasi *Fructea*, apud Augustinum de Civit. Dei lib. IV. cap. XXI. Etsi non ignorem virum magnum ibi legere *Fruti Seiam*, quod rectum esse non potest. Nam *Seia* nō erat Veneris, sed Fortunæ cognomen, ut cognoscimus ex vetere Inscriptione, in quâ ita legitur.

SEIÆ. FORTVNÆ. AVG.

Item ex Plinio lib. XXXVI. cap. XXII. qui eam à Servio rege sacratam memorat. Eodem modo *Coloresea fasciola* fuerat apud veterem quendam Scriptorem, cujus nomen quod ignoremus, factum est comitate Paulli qui Festi aureos libros tam infrunitè mutilavit. Sequitur paullò post.

Ampullam, strigilim, scaphium, soccos, pallium.

Lambinus eruditissimus scaphium vas vinarium interpretatur: potuisset etiam matulam. Vlpianus

D. De

D. De auro, argento, mundo. L. *Quintus Mutius.* XXVII. *Argento legato non puto ventris caussâ habita scaphia contineri:* Sc. *Iovi opulento.*

Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos

Benè admordere, qui salinum servo obsignāt cū sale.

Cur, *salinum cum sale?* Inepta ταυτολογία. Lego ex veteribus libris, *qui allium servod obsignant.* Nam allium & sal cibus erat pauperum servorumq;: Iuvenalis Sat. III.

——— *quis tecum sectile porrum*
Sutor, & elixi vervecis labra comedit?

Persius Sat. IV.

——— *tunicatum cum sale mordens*
Cæpe: ———

Huc pertinet locus è Mostellariâ Act. I. Sc. I. ubi Grumio conservo Tranioni allii olorē exprobanti sibi ita respondet.

Non omnes possunt olere unguenta exotica,
Si tu oles: neque superior, quam herus, accumbere:
Neque tam facetis, quàm tu vivis, victibus.
Tibi tu istos habeas turtures, pisces, aves.
Sine me alliato fungi fortunas meas.

Sc. *Curate.*

Scortorum liberator, subiculum flagri.

Putem, *sudiculum flagri.* Nam *Sudiculum* antiquis flagelli genus erat, quod ex Paulo Festi mutilatore cognoscimus, cujus ea verba. *Sudiculum genus flagelli quod vapulantes sudantes facit.* Sed sudor ille sanguis erat, itaq; facetè id nomen flagello impositum. Vocat autem *Sudiculum flagri* lepidè, ut est pater omnium lepôrum hic noster Comicus, tan-

quam ipse flagra flagellaret, non flagellaretur: eodem modo *Flagritribas* & *Ulmitribas* appellavit. Sc. *Cui homini.*

Operam atque hospitium ego isti præberi volo.

Veteres libri *prahiberi volo.* Quod magis Plautinum. Sc. *Satin' Athenæ.*

DO. *Etiam opinor.* TO. *etiam opinor?* DO. *summo genere esse arbitror.*

Malim. DO. *Emam opinor.* ut est in veteribus editionibus. Ad quod Respondet Toxilus. *Etiam opinor?* s. dicis.

SA. *Facias ita ut te velle videam, ut emas, habe trecentis minis.*

DO. *Nimium est.* SA. *octoginta.* DO. *nimium est.* SA. *nummus abesse hinc non potest,*
Quod nunc dicam. DO. *quid id est? ergo eloquere actûtum, atque indica.*

SA. *Tuo periculo hæc sexaginta datur argenti minis.*

Lego ex veteribus codicibus. *ut emas, habe tibi centum minis.* Rectũ hoc esse inde apparet, quod Dordalo lenone nimium id esse dictitãte octaginta dicat: nam aliàs nimis esset absurdum à trecentis statim ad octoginta descendere. Falsi autem sunt sequentibus istis Toxili verbis.

Abi, argentum effer huc.
Non edepol minis trecentis cara'st, fecisti lucri.

Quæ acceperunt tanquam negaret tanti esse pretii, cum potius velit dicere majoris esse, nec trecentas minas id posse æquare. Eadem phrasis Pseudolo, Sc. *Dî immortalis.*

Dî immortalis, aurichalco contrà carum non fuit
Meũ mẽdaciũ, hîc modò quòd subitò cõmentus fui.

Si

Si rectè advertissent, non hoc cômisissent. Sc. *Hostibus victis.* *(volo. primum*

Statuite hic lectulos, ponite hic quæ assolet. hic statui
Unde ego omnes hilares, ludenteis, lætificanteis faciam, ut fiant aliquà mihi, *(effieri.*
Quorũ hæc mihi facilia factu facta sunt, quæ volui

Assentior Viro Nob. Iano Dousæ legenti, *lubentes.* Porrò in veteribus erat.

——— hic statui volo primum
Aquilam mihi. ———

Delentque ista *aliquà mihi,* quę leguntur in secundo versu. Sanè rectè! nam cum ad convivium illos invitaret, lectulosque in quibus accumberent poni juberet, appositè etiam aquilam, sive aquulam flagitat manibus. *Sc. Qui sunt.*

——— DO. *hei nates pervellit.*
PÆ. *Licet, diu sæpè sunt expuncta.*

Non videtur hunc locũ intellexisse Lãbinus, in quo manifestò ad Atheniensium παρατιλμὸν respectum est. De eo sic Suidas. Παρατίλλεται, διασείεται, τὰς τρίχας τοῦ πρωκτοῦ διασείεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς. ἀποραφανίδωσις καὶ παρατιλμὸς τοῖς πένησι. οἱ δὲ πλούσιοι χρήματα ἀπελύοντο. οἱ δὲ ἀποροῦντες μὴ δυνάμενοι χρήμασι λυτροῦσθαι τὴν φυγὴν, δημόσια ταῦτα ἔπασχον. Aristophanes πλούτῳ.

ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται.

Scholiastes. ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι ἵνα δοὺς ἀργύρειον ποινῆς λυθῇ. παρατίλλεται οὖν, διασείεται. τὰς τρίχας τοῦ πρωκτοῦ τίλλεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν ἀποραφανίδωσις καὶ παρατιλμὸς. οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο.

Clarissimo Viro

IANO GRVTERO

IOANNES MEVRSIVS S. D.

Affirmo tibi, eruditissime Grutere, fessus gravioribus studiis, nusquam recreandi animi libentiùs divertor, quàm ad Plauti Fabulas, quarum me lepóres valdè capiunt, valdè sales, adeò illi quidem sciti, ut non injuriâ collectos dicas in eo mari ex quo orta Venus. Irascor itaque seriò veruecibus istis de scholâ Tullii, qui nihil elegans putant, quàm quod IPSE *dixit, aut scripsit. Miseri! quomodò erant locuturi, quomodò scripturi, si Cicero non fuisset? Vtinam horū minus larga ubique in Academiis esset seges. Ferendum autem, eoq; magis, quod etiam Athenis olim plurimæ noctuæ. Tu, Grutere, tam corneam fibram non habes, saniusque sapis; & si quisquam, Plautum æstimas. Macte isto judicio, atque dum eum adornas mea hæc vide: fortè juvabunt, aut laborem minuent; castigationem certè tuam merebuntur.*

AD RVDENTEM.

Cap. I.

Tectum illustrior. Festra. Im. Auxilla. Extar. Charisius restitutus, & Glossarius.

In ipso Argumento.

Reti piscator de mari extraxit vidulum.

Veteres quidam. *Rete p.* quod ἀρχαϊκὸν. Act. *I.* Sc. *I.* conqueritur tempestatem Sceparnio quæ præterita nocte fuerat, villæ tegulas disiectas narrans.

Ita omnes de tecto deturbavit tegulas,
Illustrioris fecit, fenestrasq; indidit.

Magna ineptia! quomodò enim tegulæ reddi possunt illustriores? itaque Lambinus rectè suspectum vitii locum habet, sed medelâ tamen nullam commodam exhibere potest. Legendum *Illustrior is fecit.* Nam *Tectum illustrior* eleganti ἀρχαϊσμῷ dixit: quia vetustissimi etiam neutra in *Or* efferebant, teste Prisciano lib. VII. Claudius Quadrigarius VIII. Annal. *Qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent.* Et alibi eodem libro. *Ubi decreuerunt, commemorant Graccho fœdus prior Pompejanum non esse servatũ.* Valerius Antias VI. Annal. *Hoc Senatus consultum prior factum est.* Cassius quoque Hemina Annalem suum quartũ hoc titulo inscripsit. *Bellum Punicum posterior.* Sic ipse hic noster Comicus *argentum melior* extremâ Truculento.

ST. *Hẽ tibi talentũ argenti, Philippicũ est, tene tibi.*
PH. *Tanto melior.* ———

Porrò

Porrò putem & alium heic ἀρχαϊσμὸν excidisse, legendumque *festrasque indidit.* vt sit rotundus senarius. Veteres autem *Festra* pro *Fenestra* dicebāt, ut ex Festo cognoscimus. Irrepsit verò, ut solet, glossema in locum explicati. Sc. *Et vos à vostris.*

Peculiosum eum esse decet servum, & probum,
Quem hero præsente prætereat oratio.

In veteribus erat. *Peculiosum esse d. s. & improbum.* unde adducor ut credam, *& improbum,* scriptum fuisse. *Im* pro *Eum* ἀρχαϊκὸν esse exFesto scimus. Sed melius est ut *improbum* retineamus, nam sequitur.

Aut qui inclementer dicat homini libero.

Quodque magis confirmat responsio Sceparnionis, quem dicto perstrinxerat.

Et impudicum & impudentem hominem addecet
Molestum ultrò advenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil. ———

Sequitur paullò post.

——— *semper petunt*
Aut aulam extarē, aut aliquid, quid verbis opu' st?

Parisiensis, *Aut auxillam extarem.* Festus. *Auxilla, olla parvula.* Nec tamē priorem lectionem furcillo, quam scio etiam Prisciani, & aliorum veterum codicum autoritate niti: Porrò quam heic aulam extarā nominat Plautus, ea uno verbo *Extar* dicebatur. Glossæ. *Extar, olla ubi ossa coquuntur.* Sed legēdum, *ubi esta coquuntur.* Scribebant *esta* pro *exta* librarii, inde loco corruptela. Sed & Charisius occasione hâc restituendus lib. 1. Hodiè legitur. *Omnia quæ ar syllabâ terminantur neutralia sunt, ut exemplar, instar, jubar, extar,* χαλκεῖον ἀργύρεον, *lacuuar, & similia.* Scribendum, *extar, lucar,* χαλκεῖον ἀργύ-

ἀργύρειον. Et quis ſcit an non etiam τὸ extat explicatio ibi, & alia quædam deſiderentur. Nihil heic poſſumus ſtatuere ſine ope manuſcriptorum codicum, quorum nobis copia non eſt.

Cererem te melius quàm Venerem ſectarier,
Amorem hac curat, tritico curat Ceres.

Valdè vereor ut ſcripſerit Comicus, *Amori hæc curat*, quod poſteriori membro accommodatius, & ſe dignius multò; nam veteres non aliter efferebant niſi cum dativo τὸ *Curo* pro ἐπισκοπῶ. Sc. *Nimio hominum.*

— nam quid habebunt ſibi igitur impii
Poſthac, ſi ad hunc modum eſt innoxiis honor
Apud vos? nam me ſi ſciam feciſſe
Aut parentis ſceleſtè, nimis me miſeret.

Lego. *Apud vos? vos nam me.* Nam repeti debet illa vox. Expoſtulat cũ diis Palæſtra hanc ſibi ærumnam pro pietate ſuâ dari, dicens quid malis fiet, ſi ita bonis & innoxiis facitis? nam ſi ſciam me vos aut parentes malè feciſſe, mereri me hæc fatebor. Sic paullò antè dixit.

Nam hoc mihi haud labori eſt laborẽ hũc potiri,
Si erga parentem aut deos me impiaui.

Deinde haud multò poſt.

Hoc quod induta ſum ſumma opes oppido.
Nec cibo nec loco tecta quo ſim ſcio:
Quæ mihi eſt ſpes, quâ me nunc velim vivere.

Emendo, *nec cibom, nec locom tecta q. ſ. ſ.* Dicit autẽ *locom quo tecta ſim.* quomodo Arnobius lib. I. *Nũc quid machina hujus & molis, quâ univerſi tegimur & continemur incluſi*, &c. & lib. III. Item Minutius Octavio. Sed verba non adſcribo.

Cap.

Cap. II.

Sola terræ. *Preces precari, expetessere. Herclè-an.* Ancæi poculum. *Forsit.* Didymus & Horatius restituti. *Esit. Escit. Superescit.*

MIrum ni ille locus mendo obnoxius. Sc. *Quid mihi melius*, ubi Ampelisca neminem invenire se conqueritur à quo de viâ & loco regionis certior fieri possit. Ista verba ejus;

Neque magis solæ terræ solæ sunt, quam hæc loca, atque hæ regiones.

Aut fallor, aut, *sola terræ sola sunt*, legendum erit. Nam *Sola* terræ veteres appellabāt, ea quæ pedibus calcabantur. Varro de L.L. lib.IV. *Igitur tera teria, & ab eo poëtæ appellârunt summa terræ, quæ solo* (ut emendavit rectè Scaliger) *teri possunt, Sola terræ.* Ennius apud Festum.

Tarquinio dedit imperium simul, & sola regni.

Idem ibidem.

Sed sola terrarum postquàm permensa parumper.

Catullus in Carmine de Atyde.

Etiam recente terræ sola sanguine maculans.

Arnob. lib. II. *Excavare alia telluris sola, & in fossilibus foveis tutamina sibimet & cubilia præparare.* Nemesianus.

——ducitq; per avia, quâ sola numquam
Trita rotis.——

Prudentius Contrà Symm. lib. II.

—interius spargit sola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria servat.

Sc. *Qui sunt.*

Qui

Qui sunt qui à patronâ paces meâ expetessunt. Veteres libri constanter habẽt, *preces meâ:* quæ non temerè Lambinianę conjecturę præferẽda. Sic *Preces precari* apud Catonem cap. CXXXIV. *Iane pater, te hâc strue commovendâ bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi.* Sane *Preces precari*, vel, Plautino verbo, *expetessere*, idé est quod nostro idomate proferimus, Een bede begeeren. Sc. *Intellego.*

——— perit potando opinor,
Neptunus magnis poculis hâc noctè eum invitavit.
Credo herclè Anancao datum quod biberet.

Turnebus interpretatur poculũ venale, ab ἀνάγκη quæ urna judicialis vel clepsydra, teste Hesychio. Sed mihi mens super hoc longè alia. Censeo enim scribendum. *Credo herclean Ancæi datum.* Veteres enim *Herclè, Herclè-an* efferebãt per ὑφὲν. ut *Fors, Fors-an. Fortè, Fortè-an. Forsit, Forsit-an.* Iam Ancæi poculum ultimum interpretor, post quod animã efflaverit. Ergo vult dicere: Neptunus lenonẽ inuitavit hàc noctè magnis poculis, & credo eum jam ultimum bibisse, id est, suffocatum esse. Elegãter verò Ancæi poculum. Audi rem omnem ex Didymo ad Odyss. XXII. Ἀγκαῖος ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀστυπαλαίας σάμιος ὢν τὸ γένος, ἔχων οἰκέτην ἀπὸ κρήτης ἐκέλευσεν αὐτῷ ποτὸν προσφέρειν πίνειν, εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐ δυνήσεται πιεῖν ὅθεν αἱ ἄμπελοι τυγχάνουσιν. αὐτὸς δὲ ἀγκαῖος κατακερτομήσας τοὺς θεράποντας (emendo τὸν θεράποντα) ἔλαβε τὴν κύλικα, καὶ προσέθετο. λέξαντος δὲ ἐκείνου

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου

ἄφνω συνέβη χρῆμα συὸς μεγάλου ἐπιβαρῆσαι τοῖς τοῦ ἀγκαίου χωρίοις. ἀκούσαντα δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῶν χειλῶν τὴν κύλικα

καταθεῖναι, καὶ δραμεῖν ὡς τὸν ἄγειον ὗν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι. In veteribus libris erat, *Credo herclè anando ei datum*. Ex quibus vestigiis satis apparet Ancæi legendum. Porrò suprà annotavi (obiter & id heic monendum arbitror) veteres *Forsit* dixisse. Invenio ecce apud Horatium Sat lib. I.

Dissimile hoc illi est, quia non ut forsit honorem
Iure mihi invideat quivis:

Nam malè hodiè est in vulgatis editionibus *forsan*. Non aliter citat eruditiss. Grammaticus Priscianus lib. xv. Hæc scripseram, cum certior factus sum, jam ante me hoc monuisse in Novis suis eruditissimũ virũ Gulielmum Canterum, cui libens rescribo, ut & aliis quibuscúmque, si quid hic in meis scriptis invenietur, quod illi priores notarũt. Sc. *Qui homo.*

Ædepol libertas lepida es, quæ nunquam pedem
Voluisti in navem cum Hercule unâ imponere.

Quæ hec libertas quæ cũ Hercule noluit navigare? Nugamenta mera. Lego ex veteribus. *in navem mecum herclè unà imponere*. Iocatur adhuc leno in miseriâ suâ, dicens se mendicum factum, amisisséq; omnes fortunas suas naufragio, præter libertatem, quæ secum pedem navim inferre noluerat. Hęc vera hujus loci sententia. Sc. *Nunc id est.*

PA. *O salutis meæ spes.* TR. *tace, ac bono animo es.*
Me vide. PA. *si modò id liceat, vis ne opprimat.*
Quæ vis, vim mihi afferam ipsa, adigit. TR. *ab desine, nimis inepta es.*

Tertio versu personę exciderunt, quas ita restituo.

TR. *Quæ vis?* PA. *vim mihi afferam, ipsa adigit.*

Quomodo etiam in veteribus posteà inveni.

TR.

TR. *Sedete hic modò, ego hinc vos tamē tutabor, aram habete hanc*

Vobis pro castris. mœnia. hinc ego vos defensabo,

Præsidio Veneris malitia lenonis contra incedam.

Locus valdè difficilis, & intricatus, idcóque nō immeritò æstuat Lambinus in explicando. Emendo ex veteribus libris voce unâ detractâ; *pro castris, mœnia hinc ego defensabô.* Habete, inquit, aram hanc pro castris; ego castrorum illorum mœnia hinc defensabo: nam alia sunt castra, alia mœnia ipsorum; quæ tamen confusa videmus quantas heic turbas excitarint, quantas obscuritates loco objecerint.

Æquum hasce petere intelligo, decet ab te id impetrari.

In Taruisino erat, *patere intelligo.* Unde suspicari libet *pacere* Plautum ἀρχαϊκῶς scribsisse, pro *Pacisci.* Sc. *Exi è fano.*

DAE. *maximo malo suo, (est abi.*

Si attigerit, sive occeptassit. TR. *Cura.* DA. *curatū*

Scribo, *curatum esit, abi.* Nam *Esit* prp *Erit*, ἀρχαϊκὸν est. In Legg. XII. Tabul. AST EI CVSTOS NEC ESIT. Item *Escit* dicebant, ut ex Festo cognoscimus, & *Superescit*, pro *Supererit.* Sc. *Utrum tu leno.*

DÆ. *I dum Turbalio, atque curriculò affer huc*

Duas clavas. LA. *clavas?* DÆ. *probas: propera citò.*

Scribe meo periculo; *properè citò.* Vide quę ad Aululariam cap. II, & Cistellariam cap. III.

——— *ni istis istunc inuitassitis,*

Usque adeò donec quà domum abeat nesciat,

Peristis ambo. ———

In veteribus invenio; *istunc exoculassitis.* Quòd prę-

καταδεῖναι, καὶ δραμεῖν ὡς τὸν ἄγειον ὗν, συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι. In veteribus libris erat, *Credo herclè anando ei datum*. Ex quibus vestigiis satis apparet Ancæi legendum. Porrò suprà annotavi (obiter & id heic monendum arbitror) veteres *Forsit* dixisse. Invenio ecce apud Horatium Sat lib. I.

Dissimile hoc illi est, quia non ut forsit honorem
Iure mihi invideat quivis:

Nam malè hodiè est in vulgatis editionibus *forsan*. Non aliter citat eruditiss. Grammaticus Priscianus lib. xv. Hæc scripseram, cum certior factus sum, jam ante me hoc monuisse in Novis suis eruditissimũ virũ Gulielmum Canterum, cui libens rescribo, ut & aliis quibuscúmque, si quid hic in meis scriptis invenietur, quod illi priores notarũt. Sc. *Qui homo.*

Ædepol libertas lepida es, quæ nunquam pedem
Voluisti in navem cum Hercule unâ imponere.

Quæ hec libertas quæ cũ Hercule noluit navigare? Nugamenta mera. Lego ex veteribus. *in navem mecum herclè unà imponere*. Iocatur adhuc leno in miseriâ suâ, dicens se mendicum factum, amisisseq; omnes fortunas suas naufragio, præter libertatem, quæ secum pedem navim inferre noluerat. Hęc vera hujus loci sententia. Sc. *Nunc id est.*

PA. *O salutis meæ spes*. TR. *tace, ac bono animo es.*
Me vide. PA. *si modò id liceat, vis ne opprimat.*
Quæ vis, vim mihi afferam ipsa, adigit. TR. *ab desine, nimis inepta es.*

Tertio versu personę exciderunt, quas ita restituo. TR. *Quæ vis?* PA. *vim mihi afferam, ipsa adigit.* Quomodo etiam in veteribus posteà inveni.

TR. *Sedete hic modò, ego hinc vos tamẽ tutabor, aram habete hanc:*

Vobis pro castris, mœnia hinc ego vos defensabo,
Præsidio Veneris malitiæ lenonis contra incedam.

Locus valdè difficilis, & intricatus, ideóque nõ immeritò æstuat Lambinus in explicando. Emendo ex veteribus libris voce unâ detractâ; *pro castris, mœnia hinc ego defensabo.* Habete, inquit, aram hanc pro castris; ego castrorum illorum mœnia hinc defensabo: nam alia sunt castra, alia mœnia ipsorum; quæ tamen confusa videmus quantas heic turbas excitarint, quantas obscuritates loco objecerint.

Æquum hasce petere intelligo, decet ab te id impetrari.

In Taruisino erat, *patere intelligo.* Unde suspicari libet *pacere* Plautum ἀρχαϊκῶς scribsisse, pro *Pacisci.* Sc. *Exi è fano.*

DAE. *maximo malo suo,* *(est abi.*
Si attigerit, sive occeptassit. TR. *Cura.* DA. *curatũ*

Scribo, *curatum esit, abi.* Nam *Esit* prp *Erit*, ἀρχαϊκὸν est. In Legg. XII. Tabul. AST EI CVSTOS NEC ESIT. Item *Escit* dicebant, ut ex Festo cognoscimus, & *Superescit*, pro *Supererit.* Sc. *Utrum tu leno.*

DÆ. *I dum Turbalio, atque curriculò affer huc*
Duas clavas. LA. *clavas?* DÆ. *probas: propera citò.*

Scribe meo periculo; *properè citò.* Vide quę ad Aululariam cap. II, & Cistellariam cap. III.

——— ni istis istunc inuitassitis,
Usque adeò donec quà domum abeat nesciat,
Peristis ambo. ———

In veteribus invenio; *istunc exoculassitis.* Quòd prętule-

P

tulerim: Actum est; inquit, vobiscum, nisi oculos el excutitis, ut domum ire nesciat excęcatus. Ita superiore scena.

Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exocu-
lassitis, *(ciam.*
Quasi murteta juncis, itē ego vos virgis circumvin-

Cap. III.

Collus. Exurgére. Cauderus. Mi parentes. Rudens aucta. φάσκωλον. φασκώλιον. *Pascelus. Scortea.*

Sc. *Meamne.*

Illic in columbum credo leno vertitur,
Nam in collumbari collum haud multo post erit.

Scribo ex authoritate Prisciani *collus haud,* &c. nā ille ita citat lib. v. Restituimus quoque eundē hunc ἀρχαϊσμὸν Amphrituoni ex Nonio. Sc. *Heus mane.*

Ego jam hic te, itidem quasi penicillus novos exur-
geri solet, *(est.*
Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi

Lego, *exurgebo quicquid.* Sensus horū duorum versuum. Ego te quasi penicillum exurgebo. *Exurgére* vox veteribus usitata, legiturque in Festi Pompeii schedis. *Exurgentes, exprimentes.* Lepidè verò Gripo minatur Trachalio, id quod locupletioribus faciebat Vespasianus, quibus pro spongiis dicebatur uti: ut est apud Suetonium in vita ejus, cap. xvi. Sc. *Serio edepol.*

Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Legitur hic versus etiam paullò post. Porrò apud Festum est *Candecam,* & *Candetam:* unde certa con-

jectura

jectura est, *Canderā* scribsisse Plautū. Veteres enim *Caudeus, Cauderus* dicebat; ut *Bliteus, Bliterus. Laneus, Lanerus. Querceus, Quercerus.* Sequitur mox.

——— DÆ. *placet,*
Ius merum oras, meo quidem animo. TR. *at meo hercle* *

Defectus suspectum habent hunc locum, non tamen ego: scribendū, ut est in veteribus *ac meo.* Sensus perfectus.

Istæc est, ò mei parentes, hic vos conclusos gero.

Melius veteres libri, *ò mi parentes.* Qui est elegans ἀρχαϊσμὸς, à quo nec alibi abstinuit.

PA. *Sunt crepundia.* DÆ. *eccq video.* GR. *perii in primo prœlio.*

DÆ. *Mane, ne ostenderis; quâ facie sunt? responde ex ordine.*

Personas ita constituo. GR. *perii in primo prœlio.*
Mane, ne ostenderis. DÆ. *quâ facie sunt?*

Nam melius illa Gripo quam Dæmonæ seni adtribuuntur. Sc. *Aliquando osculando.*

———DÆ. *licet.*
Hercules illum infelicet cum suâ licentiâ,
Ita meas replevit aures. quicquid memorabā, licet.

Restituo duos istos versus integros Trachalionis personæ, cui ipse Plautus olim assignaverat: nam Dæmones ad omnia ejus nihil nisi *Licet* respondebat, ut videre est. Hoc mihi in mentem venerat, cū libros inspiciens conjecturam meam eorum auctoritate firmari cognovi animo libentissimo. Sc. *Nunquam edepol.*

Prætereà centum denaria Philippéa in pasceolo seorsus.

Pasceolus vox est mere Græcanica. φάσκωλον, φασκώλιον. Suidas. φάσκωλον δὲ ἐστὶ μαρσύπιον. Festus. *Phascola appellant Græci, quas vulgus peras vocat.* Etymologici auctor. φασκώλιον τὸ δερμάτινον βαλάντιον, οἱονεὶ ἀσκώλιον, τὸ ἀσκῷ ἐοικός. Ergo eædē erūt quas *Scorteas* dictas fuisse Asconius Pedianus tradit. Romani veteres φάσκωλον transtulerunt *Pascelus* masculinâ terminatione aspiratione rejecta, & *E* pro *O* posito, ut in *Hemo, Apello, Helus*. Et vetus codex *Pascelo* non *Pasceolo* habet: sed *Pasceolus* ὑποκοριστικόν est, ut φάσκωλον, φασκώλιον. In præjuratione istâ bellâ Gripi, quâ Labraci lenoni præit.

GR. *Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito.*
LA. *Tum ego huic Gripo dico, Venus ut tu exaudias.*
Talentum argenti magnum continuò dabo.

Certo certius habeo excidisse secundo loco versum illum ultimum, itaq; restitui debet hoc modo.

GR *Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito,*
Talentum argenti magnum continuò dabo.
LA. *Tum ego huic Gripo dico, Venus, ut tu exaudias,*
Talentum argenti, &c.

Hæc vera istius loci & genuina est lectio, etsi conjecturâ eruta.

Viro

Viro Eruditissimo

PETRO BERTIO

Pro-Regente Collegii Theologici Ill. DD. Ordd. & Philosophiæ Moralis Professori.

IOANNES MEURSIUS S. D.

QVi vetera vocabula, & temporis injuriâ desita, de Latio exigunt, non quidem ego illos sapientes negaverim, Vir eruditiss. facere tamen minus sapienter aio; quod olim à Demodoco in Milesios dictum. Vide perversitatem judicii nostri. Qui vino utuntur vetere sapientes putamus, qui vocabulis, eos ἀρχαϊκὸς nominitamus. Misella certè vocabula! quàm se novâ aliqua metamorphosi vinum esse velint! Sed extrà jocum, audi seriam vocem. Si ita volumus omninò, age, jugulemus unâ operâ cascos istos omnes, quorum nos verba non tam temerè damnare debemus, cum antiquitatem veneratione maximâ prosequamur. Neque ridenda protinus quæ dissimilia, aut nihil ad hodiernum ævum usumque: quæ cognita etiam suum habent fructum. Et quis tandem sanus spondebit, ista hæc, quibus nos utimur, ut edecimata illis esse præferenda? quæ poterit ratio dari? nisi, quia nos has impolitias facimus; belli Censores! Fit ergo illud Poëtæ.

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Vetus est adagium. Quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta. Non aliter vocabula, quæ jam malam illam & senectam ætatem agunt, ideóque deformia: tamen elegantia existimamus, quia amamus. Sic simiæ quoque catulos suos, cum nihilominus formâ sint maximè turpi. Considera mihi Romuli nepotes qui hodiè, & eorum ἰδιώμα: contende cum ævo isto quod laudant. Profectò, si tempus omnia expolit, & cultiora reddit, necesse est hoc isti anteponamus: quod non faciemus, si cerebrum habemus. Rectè & verè Flaccus.

Damnosa quid non imminuit dies?

Et nos veteres in ordinem redigere audebimus? Consistat modò mundus, & devoluantur aliquantùm tempora, quid facturos censemus natorum natos? retinebunt, credo, laudabuntq́ ea ipsa quæ nos? nihilò magis quàm nos ista, quæ tanquam ab Euandro petita cum Favorino & Avieno ridemus, aut cum C. Cæsare tanquam scopulos vitamus. Rectius itaque fecerimus, si in hoc ævo sequamur hoc ævum (quis enim Dictator mutet?) absque injuriâ tamen & contumeliâ ullâ veterum: id est, scientiam nobis servemus, usum populo concedamus, quod aiebat Cicero. Hæc in Plauti gratiam dicta sunto, cujus hîc caussa vertitur. Ad ejus Stichum hæc paucula quæ notavi, judicio tuo submitto. Si placebunt, erit cur gaudeam: sin autem, facies illis quod Volusii Annalibus Catulli puella minata quondam. Vtrumvis eveniet, consecutus fuero quod volui.

AD
STICHVM.

Cap. I.

Catonis vulgata lectio adserta. *Arna. Tarna. Lucu.*

IN ipso Stichi principio negotium magnum exhibetur Mureto & Gulielmio.

Credo ego miseram fuisse Penelopam soror,
Suo ex animo, quæ tamdiu viro suo
Caruit. nam nos ejus animum de nostris factis
Noscimus. ———

Alter τὸ *factis* expungit, alter *facil* restituit. Laudo utriusque acumen, & conatum, sed nihil ultrà: nisi me amo, veram lectionem inveni.

Nam nos ejus animum de nostris satis
Noscimus. ———

Considera mihi sonum & ductum literarum, videbis, si non rectè emendasse, at saltem à vestigiis istis minimè aberrasse.

Sed hic mea soror, adsis, dum multa volo tecum
Loqui de re viri. ———

Ita interpungo. *soror, adsis dum, multa* &c. Atq; non aliter videre est in veteribus libris. Sc. *Qui manet.*

Gratiam à patre si petimus, spero ab eo impetrassere.

Scribēdum, *impetrascere*, ut suprà abundè jam monuimus. Sc. *Famem fuisse.*

Quæ inter continuum perdidi triennium.

Quæ verba efficiunt ut rectè censeam jam habere ista Catonis cap. LVII. *Summa vini in homines singu-*

los inter annum cum compeditis uti quicquid operis faciant pro portione addito. Quin etiam magis adductus auctoritate Titinnii Fullonibus.

Qui inter decem annos nequivisti unam togam Detexere. ———

Ignoscet ergo Lector candidus errori meo, quem dum commisi, hominem me ostendi: cum professus sum, animi ingenuitatem declaravi.

Jamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat. In veteribus erat, *quod tarmis fecerat?* Conjicio scribendum; *quot arnis f.* Nam veteres *Arna* pro *Agna* dicebant, ut ex Festo Glossarióque cognoscimus. Itẽ *Arnus.* In lege Numæ apud Agell. lib. IV. cap. III. PELEX. ASAM. IUNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. IUNONI. CRINEBOUS. DEMISSEIS. ARNOM. FÆMINAM. CAIDITO. Pura puta autem Græcanica dictio, & è magnâ Graciâ à finitimis petita primitus: quomodo ὕπνος, *somnus.* δαπάνη, *damnum.* ἕδος, *sedes.* φάμα Doricè *fama.* λῆροι, *liræ.* & infinita alia. Possit verò hoc loco etiam legi, *quot tarnis f.* ut videatur ludere voluisse Plautus in homonymiâ, nam *Arna* etiam Bœotię est urbs, & *Tarna* alias dicta fuit, ut ex Græcorũ monumentis scimus. Sc. *Quisnam obsecro.*

DI. *quid mecum est tibi?*

PA. *Men' rogas, propudiose? eloquere properè, Dinacium.*

Veteres libri. *Men' fastidis propudiose?* Quod verbũ ad præteritum Dinacii sermonẽ accommodatius.

—— *postquam me misisti ad portam cũ luci simul.* Veteres, *cùm lucu.* Rectè; nam *Lucu* veteres dixisse ostendi ad Amphitruonem & Cistellariam.

Cap.

Cap. II.

Solla. Sollaria. Solla sternere. Sollisternium habere. Fures *Summani* dicti. *Summanare. Samiare. Cadum vertere.* Calices exhaustos mos olim vertere.

Eâdem illâ Scenâ.

Tum Babylonica peristromata, consutaq; tapetia
Advexit.

In veteribus invenio, *peristromata, sella, & tapetia.* Scribo, *solla. & t.* Nam *Solla* erant sedilia in quibus tantum unus sedere poterat, quæ insternebātur Babylonicis stragulis, quæ *Sollaria* dicebatur. (Plautus *peristromata* appellat, etsi non nego etiam ad alias Babylonicas vestes referri posse) ideoq; aptè cōjunguntur. Est autē vox Osca, nam ea gens *Sollum* vocabat quod totum esset, ac solidum. Fuerint igitur hæc sedilia ex solido ligno, unde pretiosiora; & sanè nō omnibus ea habere licebat: quibus licebat, *Solla sternere*, & *Sollisternium habere* dicebantur. Festus. *Solla appellantur sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere, ideoq; Solla sternere dicuntur, qui solisterniū habent: & Sollaria vocantur Babylonica, quibus eadem sternuntur.* Non ausim verò sequi virum magnum, qui *Solium* ibi & *Soliaria* rescribere tentat, cum planè eadem sint. Nam efferebant *Sollum, Solium*, ut *Follum, Folium.* Sc. *Cum benè.*

—— *ac ejus conservum Sagarinum Syrum.*

In veteribus omnibus erat, *Sangarinum.* Sed parum refert, nā eodē modo fluvius Sagaris, & Sāgaris promiscè nominatur ab Auctoribus. Sc. *Libros inspexi.*

Haud postulo equidem med in lecto accumbere,
Scis tu med esse imi subsellii virum.

Non ignoro CL. V. Iustum Lipsium velle, *medio in lecto*: sed rectè est in veteribus. *equidem summo in lecto*. Sc. *Salvete Athenæ.*

SA. *Quis somniavit aurũ?* ST. *quid id ad te attinet?* *Somniavit* exponunt viri docti *furatus est*, quàm rectè ipsi viderint. Ego existimo *sommanavit*: id est summanavit. Nam veteres fures *Summanos* vocabant, & furari *Summanare*. Curculione. Sc. *Beatus.*

Quia vestimenta, ubi obdormivit ebrius,
Summano, ob eã re me omnes Summanum vocant.

Summanare pro furari utitur etiam alibi noster Comicus. In vetere quodam codice est. *Quis samiavit aurum?* Quod quid sibi velit non video. Scio quidẽ veteres omnia acuta *Samia* vocasse, & *Samiare*, acuere; ut ex Nonio Glossographoq; est cognoscere, sed necdum sic me expedio, quia non convenit ea notio huic loco. Amplio igitur. Sc. *Agite, ite foras.*

Namque edepol, quamvis desubito, vel cadus verti potest.

Veteres *Cadum vertere* pro exinanire dicebant, uti nos hodie. De ton op den bodem setten. Sumpta autem metaphora à more in conviviis usitato; nam solebant pocula exhausta vertere. Ennius.

——— *vertunt crateras ahenos.*

Virgilius Æneid. IX.

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.

Item illud Poëtæ.

Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.

IOANNES MEVRSIVS

Eitzoni Tiardæ S. D.

NEc tu mihi omittendus, mi Tiarda, quin ad Plautum te vocarem. Nisi facerem, peccarem largiter in amicitiam nostram, quam sanctissimè colimus. Amoris verò erga me tui vel hoc evidentissimum esse signum potest, quod librariam supellectilem, & illam quidem amplam, meæ fidei discedens commisisti. Quod beneficium etsi valdè magnum sit, eò tamen est majus, quia nullam partem referre possum. Fateor, debeo tibi nō leviter; sed & tu mihi, quia, dum ut majora sint quæ præstas facio, magis me obnoxium reddo, eoque modo non parum refero. Quod reliquum est aliàs fortè solvetur. In præsens hæc ad Plautum examina, quæ quamvis paucula sunt, longa tamē erunt satis si displicebūt: si autem placebunt, insusurro tibi quod in re absimili olim gladiatoribus dici solebat, REPETE: *atq; ita arte longa effícies. Sanè, ubi ubi eris, cum hæc leges, puta mecum sermones abs te cædi. Itaque ut semper præsentiâ meâ fruare, & sermonibus jucundissimis, semper hæc lege; Vtinā per vitam indi vidui comites alter alteri simus. Ego certè, quando corpore non licet, animo tibi ubique locorum adero; &, cum sequi non possim, prosequar te saltem hàc Elegiâ, quæ sinceri mei ergà te amoris, & mæroris ex abitu concepti testis erit. Vale mi Amice, vale; unquamne posthâc vidende? Deus faxit, & votum mihi exhibeat. Vale iterum, & extremum hoc amici mærentis officium habe.*

Ergone qui nuper vivebam lætus, amicis
Destituor vita ad tempora prima mea?
Nec mihi chara inter quisquam tot nomina grato
Tetrica mærorum leniet alloquio?
Grotius in patriâ gnavus colit urbe sorores
Pimpleas, oculis charior ille meis.
Scriverius, fratris colui quem nomine, linguæ

Excussit

Excussit mihi se verbere, meque sibi.
Scriverius, qui me sibi fratrem sæpè vocabat.
Quondam, eheu! animæ pars mihi quarta meæ.
Scriverius, certum demens quem rebar amicum,
Sublesta fronti credulus esse fidem.
Scilicet humanæ ludit consortia vitæ,
Et veri speciem fucus amoris habet.
Dividor, ah! animæq; inter tot fragmina tristis
Vix vivo, at, miserum quod mage, vivo tamen.
Vivo tamen, cogorque meo superesse dolori,
Et dolor ex illo nascitur usque novus.
Fœcundus dolor ille, Hydram qui vincere possit,
Namque minus capitum fertilis ista fuit.
Tu nunc, EITZO, *animæ pars præstantissima nostræ,*
Longinqua properas ad sola Franciados?
Ergóne disiungent tot millia, teq; tenebit
Tam procul à nostrâ Gallia Battaviâ?
O me infelicem, patriæ quàm pœnitet oræ!
Et discedenti quàm comes ire velim!
Sed negat hoc Fortuna mihi nimis invida, dura
Fortuna, instabili turgida in imperio.
Fortunam accuso; verùm & tu Gallia diris,
Quæ mihi tot perimis gaudia, digna meis.
Sed quasnam voveam diras tibi, Gallia, quæ, cum
Incolumem excipies, gaudia mille dabis?
Gallia, quæ gremio Parnassia numina Musas
Suscipis; Europæ, Gallia, delitium.
Gallia, pacato Gradiui numine felix,
Lætior ò nostrâ Gallia Battaviâ.
Ergo dolor levior, desideriumque peruret
Mitius ex abitu, chare TIARDA, *tuo.*
Te Neptune pater, ponti qui cærula regnas,
Imploro,

Imploro, Iuveni sternito molle salum.
Depositum dubio magnum committitur alto,
Depositi, quaeso, sit tibi cura mei.
Vos quoque Tyndaridae, caelestia lumina, fratres
Audacem placidum per mare ferte ratem.
Nimbosos caeloque ignes arcete sororis,
Fausta parum nautis numina nulla volo.
Tuque etiam ventos objecto monte furentes
Aeole compesce, & puppem agat aura levis.
Et postquam optatos appellant carbasa portus,
Portune ô fidâ des statione frui.
Non hic, ut quondam veterum temeraria virtus,
Contempto divûm numine marmor arat.
Ast amor in Themidem pelago se tradere jussit,
Qualis in ingenuis mentibus ardet amor.
Ardet amor, dulcique artus depascitur aestu,
Desidia sterili nec sinit esse locum.
Ut patriae tandem solvantur debita terrae,
Debita ad extremam vix soluenda diem.
Vos igitur, vos obtestor sacra numina caeli,
Vos prohibete pium sorbeat unda caput.
Fallor? an ipse pater dextrum mihi sternuit omen
Iupiter; & caelum comprobat omne preces?

AD TRINVMMVM.

Cap. I.

Elegans in vitio antiquis positum. Catonis locus vitii argutus. *Desinare. Deiuvare.* Fulgure afflatæ arbores. Fulminis venti. Plinius leviter emaculatis. Fulgur cur *Trisulcum. Patritus.*

Sc. *Multas res.* Eleganter amoris artes describit adolescens Lysiteles, sub regno Veneris miserè vapulans.

——— nunquam
Amor quenquam nisi cupidum hominē postulat se in plagas
Conjicere: eos cupit, eos consectatur, subdole blandi- (tur, ab re
Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, avarus, (ruptor,
Elegans, despoliator, latebricolarum hominū cor-
Blandus, inops, celati indagator. ———

Nihil video, nisi *Elegans* heic in vitio positum, nam non aliter vetustissimi usurpabant. Agell. lib. XI. cap. II. *Elegans homo non dicebatur cum laude: sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis vitii non laudis fuit.* Deinde profert hoc Catonis fragmentū ex Carmine de moribus. *Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus. cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur.* Quæ verba manifesta vitii, correctionem tamen non video. Sc. *Quo illic.*

Ava-

Avarus, invidus, sacrũ, profanũ, publicũ, privatũ
Hiulca gens. ——— *(habent.*

Melius ita interpungas; *sacrum profanum, publicum privatum habent*. Id est: Nihil interesse inter sacrum aut profanum, inter publicum aut privatum existimant. Egregia querela in ejus ævi vultures, qui utinam neque hodiè nimis multi existant.

——— *nihil ego istos*
Moror facetos mores, & turbidos, quibus boni dedecorant se.

Veteres, *fatuos mores*. Multò rectius.

Deserere illum & dejuvare in rebus adversis pudet. Lipsius *desinare* legit, sed nescio an rectè; hoc sat scio, in Festo nõ mutandum esse quod nobilissimus Dousa vult. Nam dicebant *Desinare* & *Desinere* veteres, ut *Fodare, Fodere. Vellare, Vellere. Fallare, Fallere*, & alia multa ejusmodi. *Dejuvare* verò heic στερητικὸν est; itaque in eo laudem mereatur magnam, quòd Plauto nostro forti manu adserat. Sc. *Minus quindecim.*

Nam fulgurita sunt hic alterna arbores.

In vet. erat. *Nam fulgere ita afflata sunt.* Quod non temerè damnandum. Plinius lib. 11. cap. LIV. *Sed sonitum profecti esse fulminis, non illati: etiam spiritu* (scribo *spiritum*) *ocyorem fulmine, ideò quati prius omne & afflari, quàm percuti.* Virgilius.

Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.

ut autem ille *Fulminis ventis* dixit, ita ἆθμα κεραυνοῦ sublimis poëta Nonnus Dionys. lib. 1.

Εἶπε θεὰ κερνίδαο διάκτορον αἴθοπος αὐγῆς,
Νυμφιδίῳ σπινθῆρι μογοστόκον ἆθμα κεραυνοῦ,
Καὶ στεροπὴν σεμέλης θαλαμηπόλον.

Sc.

Triplex autem vis fulminis: aut enim afflat, aut terebrat, aut incendit, inde *Trisulcum* dictum. Festus. *Trisulcum fulgur fuit ab antiquis dictum, quia incēdit, aut afflat, aut terebrat.* Sc. *Sta illico.*

Ut rem patriam, & gloriā majorum fœdarim meā.

Legerem metri caussa; *rem patritam.* Nam *Patritus* ut *Avitus* dixisse veteres ex Nonio ostendi in Appendice Critici Arnobiani, lib. II.

Pernovi equidem Lesbonice imperitum tuum ingenium admodum

Scio te spontē non tuāpte errasse sed amorem tibi Pectus obscuraße.

Lambinus malebat, *peritum tuum*, ego uerò *impeditum t.* Quod verbum huic loco convenientissimum, nam anteà quoque Lesbonicus dixerat.

Sciebam ut esse me deceret, facere non quibā miser,
Ita vti Veneris vinctus, ocio captus, in fraudē incidi,

Cap. II.

Mehe. Differre famâ. Hisce homines. Cercopia insula. Κέρκωπες. *Tax. Pax.* Terentius bis emendatus. *Harpax.*

Eâdem scenâ.

Sed ut inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,

Me germanam meam sororē in concubinatū tibi Sine dote dediße magis, quàm in matrimonium.

Valdè vereor ἀρχαϊσμὸν heic fuisse Plauto corrumpendo: scribserat ille. *ne mehe hâc famâ differant.* Nam *Mehe* pro *Me* dictum ex Quintiliano etiam suprâ ostendi. Iam *Differre famâ* dixit, pro *Differre*

malis

malis sermonibus. Sc. *Huic ego diei.*

Fac me, si scis, certiorem, hice homines ubi habitent pater.

In veteribus erat, *hisce homines*. rectè. Veteres *Hisce* pro *Hi* efferebant, ut suprà quóque monui.

Ad hoc exemplum est. an Chares. an Charmides? num Charmides?

Cur obsecro, *num Charmides?* nam hæc inepta ταυτολογία est. Veteres codices nulli agnoscũt, & rectè:

Sed ipse ubi est? SY. pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropiâ insulâ.

Puto veram lectionem esse, in *Cercopiâ insulâ*, ut ita ludens appellarit Orcum regnũ Rhadamantis, qui sceleratos ibi pœnis & cruciatibus maximis exerceret. Nam homines scelerati, & maligni Κέρκωπες, & πίθηκοι, Latinis *Simiæ* nominabantur, ut infrà ad Truculentum docebo.

Quod est tibi nomẽ adolescens? SY. *Pax, id est nomen mihi.*

Hoc quotidianũ est. CH. *edepol nomẽ nugatoriũ.*

Quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax, periisse illico.

Primo versu scribo. *Tax, id est*, &c. Tertio. *si quid crediderim tibi, tax periisse illicò.* Ludit Sycophanta ex instituto suo, dicitque nomen sibi quotidianum esse *Tax*: id est, tanquam hominem tagacem, & qui non benè utatur manu sinistrâ, traduci à populo: inde est, quod respondet Charmides audito nomine, dixisse eum furto illicò periturum si quid ejus fidei concrederet. Nam ut *Pax* à *Pago*, ita etiam *Tax* à *Tago* deducebãt. Atque ut *Tangere* quoque pro furari usurpabant, ita *Tax* & pro *Tactim*, & pro *Furtim.*

tim. Heic posteriori notione extulit, priori in Persâ. Sc. *Iovi opulento.*

——— tax tax tergo meo erit, non curo.

Iam quod paullò post Charmides iterum eum hoc modo compellat.

Aggrediundu'st hic homo mihi astu. heus, Pax, te tribus verbis volo.

Nihil obstat, si scribamus, *heus, pax, te*, &c. Nã utebantur hac dictione cum aliquem compellarẽt, aut sermonem ejus interpellarent. Terentius Heaut Act. II. Sc. II.

Capillus passus prolixus, circum caput
Rejectus negligenter, pax. CLIN. *Syre mi, obsecro,*
Ne me in lætitiam frustrà conjicias. ———

Sed secundo uersu malè collocata Cliniæ persona: ita constituo.

Rejectus negligenter. CLIN. *pax. Syre mi obsecro.*

Nam interrumpebat Syri verba, itaq; oportebat veniam postulare. Vide magni Scaligeri Ausonianas Lectiones. Ad *Tax* quod attinet, debet illa vox etiã apud Terentium reponi fabulâ citatâ, Act. IV. Sc. II.

Unus est dies, dum argentum eripio tax, nihil amplius.

Malè enim hodiè excusum est. *eripio, pax, nihil a.* Hoc quoq; admonebo: ut *à Paco Pax*, ita ab *Harpago*, etiam *Harpax* adverbialiter efferebant, Pseudolus in Comædiâ sui nominis. Sc. *Hi loci.*

——— apage te Harpax, haud places.
Huc quidem hercle haud ibis intrò, ne quid harpax feceris. Ita scribo. Sequitur.
— nequicquam herclè es, nam nihil auri fero.
Nimis argutè obrepsisti in eâpse occasiunculâ.

Post-

Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides.

Prius tu nō eras quā auri feci mentionē, nihil agis.

Lego, *obrepsisti meàpse occasiunculâ.* ut erat in veteribus libris. S. *Quid hoc hic.*

Hic meo hero amicus solus firmus restitit,
Neque demutavit animum de firmâ fide
*Quanquam labores * multos *
Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

Nihil hoc loco contaminatius, ita mutilus & luxatus est. Restituo ex veteribus editionibus meis.

Neque demutavit animum de firmâ fide.
Hic unus, ut ego suspicor, servat fidem:
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.

Non poterat melius emendari.

IOANNES MEURSIUS
Hugeiano Grotio S. D.

ODi puerum præcoci ſapientiâ, *ajebat ille; ſed eo di-ſto, mi Groti, nihil cenſeo ineptius. Cur enim? Quippe* ge-neroſioris arboris etiam planta cum fructu eſt, *quod Quintiliano juvene dictitabatur. Sed aurē vellit Cato, qui* ſe-nilem juventam ſignum eſſe præmaturæ mortis *pro-nuntiat. Quod utinam falſum! exemplis enim & experientiâ comprobatum, non diurnare hoc hominum genus. Dolendum certe: & quod de Cæſare olim dictum,* non naſci eum debe-re, aut Reip. nō tam citò eripi, *idem de præcocibus & præ-ſtantiſsimis iſtis ingeniis videtur; quibus ſi ad frugem perve-nire daretur, quanto uſui Reip. erant futura? Tua cauſsâ hoc dico, cui in ipſa ferè pueritiâ tam præclarè ſapere contigit, ut μειλίφηβος in ingenii & eruditionis admirationem cunctos erexeris. Cave autem te efferas, aut ames nimis propter hæc: quin Dei potius in te beneficentiam agnoſce, illique ut gratus ſis ſedulò labora. Gratus autem eris (vide quam ſollicitus ſit hic affectus, quem non contemnes.) ſi dona, quæ tibi largiter ſuppe-ditavit, nominis ipſius ſanctiſsimi ſolius gloriæ, Reique publicæ utilitati impendere ſtudebis. Quod niſi facis, infelix es, immò nihili. Hoc cogita, & me ama: atque hæc ad Plauti Truculen-tum examina.*

AD TRVCVLENTVM.

Cap. I.

Mare, pro Meare. *Damnosus*, pro sumptuoso, & prodigo. *Dapinare*. *Congerones*. *Habiturire*. *Infrequens* miles.

Sc. *Non omnes aetas*.

—— *quotque pericla vianda! di vostrā fidē,hui!* In veteribus omnibus erat, *quotque perclamanda*. Fallo me,aut veram lectionem erui,*pericla manda*. Nam veteres *Mare* pro *Meare*:unde *Remant* pro *Remeant*. Ennius apud Festū, & Lucretius lib. I I I.

Vnde homines,dum se falsò terrore coacti
Refugisse volunt longè,longèque remasse.

Sequitur posteà.

Faxim lenonum & scortorum,ut plus est,minus,
Et minus damnosorū hominū,quā nunc sunt,sient.

Legendum est *Paxim*; ut monui suprà ad Amphitruonem,cap. I X. Porrò homines *Damnosi* heic accipi possunt vel quibus multum insumitur; quales sunt meretrices lenonesque;vel prodigi,sumptusq; nullius rationem habentes. Veteres autem *Damnum* propriè τὸ ἀνάλωμα interpretabātur, ut docuit ad Varronem vir incomparabilis Ios. Scaliger. Addo ego;ut Δαπάνη *Dapnum* prius, deinde *Damnū* factum est,ita Δαπανᾶν, *Dapinare*, quo utitur Comicus noster Capt. Sc. *Quanto in pectore*.

Æternum tibi dapinabo cibum,si vera autumas.

Mutatus vero ά in *I*,ut in Ἀφάνναι, *Apinae*. Præterea

Damnosus eâ quâ dixi notione in sequentibus istis verbis intelligi debet.

Eadem postquam alium reperit, qui plus daret,
Damnosiorem, me exinde amovit loco.

Ita enim interpungendus locus. Sc. *Ad fures.*

Ne quis adventor gravior abeat quam adveniat.

Priscianus lib. de vers. Comicis ita citat, *abeat* atque *adveniat*. Et sanè *Atque* pro *Quam* Latinis scriptoribus non insolens: non tamen propterea heic reponi debere existimo, cum nulli codices agnoscāt: unde suspicio est, ne Grammaticus ille doctissimus ita scripserit, ut memoriâ tenuerit, itaq; erit ejus ἁμάρτημα μνημονικὸν leviculum.

——— *quin ei*
Ut simitu adveniunt ad scorta congerrones,
Consulta sunt concilia, &c. ———

In veteribus erat *congerones*, quomodo & doctissimus Lambinus suspicatus erat corrigendum. Fulgentius *Congerones, qui aliena ad se congregant.* Et optimè huic loco convenire eam dictionem fatebitur, quicunque inspexerit. Eâ formâ *Forasgerones* dicit infrà.

Non arvus hic, sed pascuus est ager, si arationes
Ambituris, qui arari solent ad eos verò ire melius
est.

Libri veteres constanter, *si arationes Habituris, qui,* &c. Certum habeo scribsisse Plautum, *Habituris*, id est, habere desideras: Nam *Habiturire* ut *Esurire*, *Iturire*, & alia ad faciē eam extulisse olim minimè dubium. Si *Ambituris* retineamus, nil poterit dici ineptius; non enim ambituriebat, sed ambiebat; id est habituriebat. Itaque sufficere hæc existimo

ſtimo ad adſerendam conjecturam meam.

E linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis
Amantis, ſi quidem non danunt. ———

Optimè in veteribus eſt, *corde amare facitis.* Græciſmus eſt, *Amara facere amantes. Sc. Hahaha.*

Quin ubi nil det, pro infrequente mittat militiâ domum.

Lambinus *infrequētem* interpretatur τὸν ἀστρατιώτητον, ſed malè, nam *Infrequens* dicebatur miles qui ſubinde à ſignis aberat. Feſtus. *Infrequens appellatur miles, qui abeſt abſuitve à ſignis.*

Cap. II.

Solitare. Clura. Clurinum pecus. *Simiæ* per convitium qui dicti. *Lamiæ. Victoriæ. Hæc* pro Hæ, ἀρχαϊκῶς. *Patuli* & *Propatuli* boves. *Patulis.*

Sc. *Quis illic eſt.*

Spero meam quidē herclè, tu quæ ſolita es cōprimas.

Veteres omnes. *tu quem ſolitas comprimas.* Optimè Ἀρχαϊσμὸς eſt: *Solitare* frequentativâ formâ pro *Solere,* ut *Dolitare* apud Catonem pro *Dolere.*

——— *tu verò clurinum pecus?*

Dixi in appendice Critici Arnobiani lib. III. legēdum heic *Cluninum*, intelligendumque eſſe de ſimiâ, quia à veteribus *Cluna* dicta fuit. Sed ſanè *Clurinum*, cum veteres libri habeant Plauti & Arnobii, temerè mutari non debet, nā & in Gloſſario legitur, *Clura* πίθηκος. Et dubiū non eſt quin veteres ita extulerint ut *Cordus*, pro *Condus. Cortumio, Contumia. Canimen, Carmē. Genimen, Germē. Gnoma, Groma.*

Pracidanea, Pracidaria. Proletaneus, Proletarius. Strigores, Strigones. Architector, Architecton. Ita autem irridens Aſtaphium ancillam Stratilax appellat deformitatem ei exprobans; nam homines deformes *Simia* per conuitium audiebant. Huc pertinet iſtud Milite. Sc. *Voluptas.*

——— PY. *edepol hac quidem*

Bellula eſt. PA. *pithecium hac eſt pra illâ.* ——

Talis ancilla Phroneſii Truculento.

——— *ô Phitecium*

Face ut accumbam, adjuvare ſic decet puerperam.

Lycophron quoque Therſiten hominem maximè illiberali facie πιθηκόμορφον nominat.

πιθηκομόρφῳ πότμον αἰτωλῷ φθόρον

τεύξει ———

Vel ſimiam appellaſſe Aſtaphium videri poteſt, quia eſſet ingenio maligno, & verſipelli: & ſanè antiqui ejuſmodi homines non aliter indigetabant. Inde eſt apud eundem hunc Plautum Pſeudolo, Sc. *Dulcia atque amara.* (*mia.*

PS. *Sed quod nomẽ eſſe dicam ego iſti ſervo?* CH. *Si-*

Inſpice totum locum, non invenies qui magis accommodatus ad hanc rem. Huc referendum, quod Candulus & Atlas, quia ſcelerum fraudumque omniũ inventores extiterant, Κέρκωπες ſunt dicti. Apomaſar etiã cap. cxxxv. ſimiam interpretatur τὸν πανοῦργον. ut & Artemidorus libb. 2. & 4. capp. 12. & 58. Item proverbium celebratũ fuit, πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, quod uſurpabant ὅτι οἱ φαῦλοι κἂν πολλοῖς περιβληθῶσιν, ὅμως δ' οὖν διαφαίνονται πονηροὶ ὄντες. ut ait Suidas. Ariſtophanes etiam Equitibus πιθηκισμοὺς poſuit pro fraudibus.

Κλ. οἴμοι τάλας. οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις.
Huc etiam pertinebat somnium Charmidæ Rudẽte, ubi simia significat Lenonem Labracem, hominem nequissimũ: unde apparet Comicum nostrum ὀνειροκριτικῶν minimè fuisse imperitum. In Mostellariâ quoque servus Phaniscum adversitorem contumeliosè simiam nominat.

Vide ut fastidit simia. ——

Sed & hoc admonendum duxi in Ven. & Bas. esse *Larinum pecus*, & suem interpretor, à nobili illâ trigintà porcorum matre, & Laribus Grundilibus. Puto tamẽ veram Plauti lectionem esse *Clurinum pecus*, cũ Arnobius etiã usurpaverit, scriptor veteris literaturæ scientissimus, & à Comici nostri, ut observavim⁹, imitatione nõ abhorrẽs. Sequitur porrò.

Quia tibi insuasô infecisti propudiosa pallulam.

Festus, *Quia tibi suaso.* Sed quia veteres libri ita cõstanter habẽt certâ conjectura ducor scripsisse Plautum. *Quia tibin' suaso infecisti*, &c.

AS. *Dignis dant.* ST. *lavinia hîc sunt quas habes victorias?*

AS. *Ne attigas me.* ST. *tangamne ego te?*

Rectè Dousa, *dane.* Sed ego personas & locum sic restituo.

AS. *Dignis dane, lamiæ hæc sunt, quas habes victorias.*
Ne attigas me. ST. *tangamne ego te?*

Et quidem *lamiæ* erat in veteri codice, quod multò probius. Aspernatur Stratilacis munera Astaphium quasi abhorrens, Lamias esse ac terriculamenta dicens. Licilius.

Terriculas Lamias Fauni quas Pompiliique.

Et *Lamiæ turres* apud Tertullianum. *Victoriæ* au-

tem *καταχρηστικῶς* heic à Comico nostro ponuntur; erant verò sigilla Victoriæ quæ magnâ frequentiâ Greci (nam hæc Athenis agi finguntur, ut omnes Fabulæ.) faciebant. Val. Max. lib. I. cap. I. *Victorias, aureas pateras, & coronas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat; & eas se accipere non auferre dicebat.* Cicero Verr. VI. *Erat preterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburnea victoria antiquo opere, ac summâ arte perfecta.* Hæc diis prestitibus suis in manu ponebāt, scilicet ut militiæ possent hostes superare. Clarè ecce in loco Valerii citato, & illo Ciceronis eâdem Verrinâ quam laudavi. *Insistebat in manu Cereris dextrâ simulacrum pulcerrimè factum victoria: hoc iste è signo Cereris avellendum, asportandumque curavit.* Porrò *Hac* scribsi, pro *Hæ*, *ἀρχαϊκῶς*. Ita Terentius Heaut. Sc. IV. Act VI.

Hasce ornamentis consequuntur alteræ,
Porrò hac talenta dolis apposcent duo. Sequ.
Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovē.

Hec lectio à Scaligero profecta, propter authoritatē tanti viri in textum recepta est. Ego viri tanti, quem unicè, ut debeo, colo, authoritati detractū ire nolo, sed heic tamen eum sequi non possum, cum omnes veteres constāter habeant *Patulum*. Et sanè meliores Festi editiones ita præferunt, non *Patalē*. Deinde ex Iunio Philargyrio & Servio ad Georgic. III. scimus *Patulos* boves appellatos qui cornua latè distantia habeant, qui Grecis poëtis *εὐρυμέτωποι*. Iidem quoque *Propatuli* dicti, teste hoc ipso Festo in *Propatulum*. Sed, ut quod super hoc loco cēseo semel dicam, scribsit Plautus *Patulem* *ἀρχαϊκῶς*, nam vete-

veteres nomina secundæ declinationis etiam tertiâ indifferenter efferebant. Hoc Festus antiquitatis diligentissimus scientissimusque annotaverat, sed locus posteà corruptus, & *Patulem* in *Patalem* mutatum est. Confirmat & hoc conjecturam meam, quod si *Patulum* Plautus dixisset, jam hoc non novum nec annotatione dignum sit.

Cap. III.

Ne musca quidem; vetus dictum. *Oramenta. Exorabula.* Lassi lavari soliti calidâ. *Milli.*

EAdem scenâ Astaphio mulieres convenire volenti ita respondet Stratilax.

——— quas tu mulieres
Mihi narras? ubi musca nulla fœmina est in ædibus.

Meo animo τὸ *fœmina* παρέλκει. itaque rescribserim, *Ubi musca nulla est in ædibus.* Veteres cum domi nemo esset, rogati joculariter respondebant, *Ne musca quidem.* Invenio & apud Suetonium Domitiano, cap. III. *Inter initia principatus quotidiè secretum sibi horarium sumere solebat: nec quicquam amplius quàm muscas captare, ac stilo præacuto configere: ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Cæsare, non absurdè responsum sit à Vibio Crispo: Ne musca quidem.*

Quin maceria illa ait, in horto quæ est. ——
Vett. libri. *Quid maceria.* Rectè, & ita Priscianus laudat lib. V.

Verum ego illum, quanquam violentus est, spero mutari potest

Blan-

Blandimentis,ornamentis cæteris meretriciis. Legēdum existimo,*oramentis cæteris*.Scioli librarii temerè ejecerunt cū non intelligerent, etiam similitudine vocis inducti. *Oramenta* nihil aliud sunt quam sermones blandi,& blanditiæ,quæ *Exorabula* nominavit primore Scenâ hujus fabulę.Ait enim Dinarchus.

Quot amans exemplis ludificetur,quot modis
Pereat,quotque exoretur exorabulis.
Quot illic blanditiæ. ———

Certè ornamenta cum blandimentis non ita aptè conjungantur: sed arbitrabuntur viri docti. Sc. sequenti,*Piscis ego credo.*

DI. *Quin herclè lassus jam sum durando miser,*
Mihi quoque præ lassitudine opus est ut lavem.

ultimus versus reddendus Astaphio,malè enim Dinarcho tribuitur. Ita correxeram, cum video consentire mihi veteres libros. Ait verò Astaphium sibi opus esse præ lassitudine ut laver;is mos vetustissimis etiam Græcis. Artemidorus lib. I. cap. LXVI. Πάλαι μὲν γὰρ εἰκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδ᾽ εἶχον τοσαῦτα βαλανεῖα. ἀλλὰ ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου ἐλούοντο. Et quidem calidâ tum lavabantur. Idem loco citato. Ἢ γὰρ ἀναλαμβάνοντες, ἢ ἀπεργοῦντες εἰς θερμὰ πορεύονται. Huc pertinet locus Epidico.Sc. *Malè morigerus.*

——abi intrò,ac jube huic aquam calefieri.

Item Bacchidibus Sc. I.

—— aqua calet,eamus hunc intrò ut laves.
Nam ut in navi vecta es,credo timida es.

Sequitur in Truculento.

Sed obsecro herclè Astaphium, i intrò, ac nuntia
Me adesse. tu i properè, & suade jã ut satis laverit.

Veteres libri. *Me adesse, cui properet suavium, ut s. l.* Quæ lectio magis placet. Sc. *Ne expectetis.*

Et Homero, & postillã mille memorari potest
Qui & convicti & condẽnati falsis de pugnis sient.

Veteres libri, *& postilam illi m. p.* Scribo, *& postillã milli.* Nam *Milli* pro *Mille* etiam Lucilius dixit lib. IX.

Tu milli nummûm potes uno quærere centum.

Item lib. XV.

Hunc milli passûm qui vicerit atque duobus
Campanus sonipes. ——

Vide Macrobium Sat. lib. I. cap. V. Hæc quamvis in speciem recta sint, non possum tamen dissimulare præferre me lectionem istam.

Et Homeri Iliada & Odysseam illi memorari possunt.

Quam in Parisiensi inveni. *Memorari* ἀρχαϊσμὸς est pro *Memorare*. Iam in Iliade & Odyssea Homeri plurima esse mendacia nemo ignorat. itaque ille versus huc accommodatissimus. Deinde quid est *Homeronidam?* quis mihi explicabit? Tentaveram, *Et Homerum item.* Sed nihil opus, rectâ lectione inventâ, πειωπολογεῖν.

Cap. IV.

Maius pro Magnus. Iupiter *Deus Maius* Tusculanis, *Maia. Abstit. Acceptrica. Chœnica. Seneca. Esopia. Sesopia.* Glans bubus dari solita.

Scenâ căpse Phronesium meretrix Astaphium cõmone-

monefacientem ut se ægram esse assimularet, ita objurgat.

——— *tace,*

Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis, an me maleficio vincere est?

Ita restituit magnus Lipsius ex vestigiis istis Vatic. *Cui adhuc ego tu malam eam emovet ruri, à me matitio vincere est?* unde apparet eum aliquantum à ductu literarum recedere. In Bas.erat. *Quoi adhuc ego tu malam emones rustica me maleficio vincere'st?* unde conjicio scribendum.

Quor adhuc eho tu mala me mones rustica? me maleficio vincere'st?

Posteà in glorioso Stratophanis militis sermone.

Meus est scio jam de argumentis, nimium quidem simili'st, papæ.

Iam magnu'st? jamne lectat legiones, quas spoliare velit?

In veteri codice erat. *Iam maius est? jamne l.l.* Quod profectò rectissimum, nam *Maius* antiquissimi pro *Magnus* dicebant, hinc *Majestas*, cujus originem accuratiùs tradere Festus debuerat. Iupiter quoque à Tusculanis *Deus Maius* appellabatur, id est, θεὸς μέγας. idque κατ' ἐξοχὴν. Macrobius Sat. lib. I. cap. XII. ubi de Maii mensis nomine disserit. *Sunt qui hunc mensem ad nostros fastos à Tusculanis transiisse commemorent, apud quos nunc quoque vocatur Deus Maius, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet ac majestate dictus.* Item magna mater Maia. Ibidem. *Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiam, cui mense Maio res divina celebratur, terram esse, hoc adeptam nomen à magni-*

tudine,

tudine, ſicut & mater magna in ſacris vocatur. Ab hâc radice *Maior, Maximus.* Nam à *Magnus* ἀναλόγως debebat deduci *Magnior, Magniſſimus.* Sed eſt notum nomẽ illud ἀναλογίαν excedere. Sic adverbialiter *Maie* (poſteà *Mage*) *Maius* (poſteà *Magis*) *Maximè.* Et Giſanius in Indice Lucretiano teſtatur ſæpè ſe *Maius* pro *Magis* inveniſſe in manuſcriptis, quod librariorum ſcripturæ vitioſæ imputare non debebat, cum ſit remotiſſimæ antiquitatis. Itẽ Capella vocum antiquarum uſurpator lib. de Dialect. *Quantitas non recipit maius & minus.* Nam *Maius* ibi eſt μᾶλλον. Ergo non debet mutari, & *Magis* reſtitui, quod amico noſtro videtur. Imperiti librarii temerè nimis, id eſt ſuo more, vocem antiquiſſimam de Plauti libris exturbaverunt, in quos noſtro periculo poterit poſthac recipi.

Ubi illa obſecro eſt, quæ me reliquit atque abſtitit. In veteribus *abiſti* eſt pro *abſtitit*: itaque ſuſpicor ſcribendum *abſtit* ἀρχαϊσμῷ, quo etiam uſus Ovidius Metamorph. lib. xi.

——— renovat lectuſque locuſque
Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet abſtit.

Vid ad Aſinariam cap. i. Sc. *Ite hac ſimul.*

——— huic des
Quantumvis, nuſquam apparet neque datori, neque acceptrici.

In veteribus libris erat, *neque acceptrica.* Optimè. Antiqui *Acceptrica* & *Acceptrix* dicebant, ut *Senex, Seneca.* Pomponius Piſtoribus,

Pappus hic medius habitat ſeneca non ſeſcunciæ.

Sic *Chœnix, Chœnica. Phalanx, Phalanga.* & alia ejus formę.

Quid

*Quid nunc ergo huic odio es * * busteus.*

Scribo & suppleo ex veteribus libris. *Quid nunc ergo odiosè es confessus omnibus te iis.* Cur, inquit, te fecisti ut noscerent omnes ii? intelligit verò eos quos Geta adduxerat. Posteà miles stomachosus ita Getam adfatur.

——— *quid tibi huc ventio est?*
Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est,
inquam,
Amicam meam? emoriere ocius, si manu niceris.

Non video quid sit, *si manu niceris*, neq; item quod in Lambiniana editione est, *si viam imbiteris.* Optimè in Parisiensi *si manum injeceris.* Sc. *Date soleas,*

Quo pacto excludis quaeso? potin' planius
Quam exclusus nunc sum? ———

In veteribus libris erat, *excludis quaeso esopitiis planius.* Lego. *Quopacto excludis quaeso esopiis planius.* Et ἀρχαϊκῶς *Excludis* dixit pro *Excludas.* Sensus est. Quopacto me planius sedibus ejicias, & sedes mutare, id est migrare cogas? Veteres autē *Esopia* appellabant, sedes, quae in Augurali & Saliari carmine *Sesopia sunt.* Festus. *Sesopia in Augurali & Saliari carmine appellantur, quae aliàs Esopia pro sedilibus dicere habemus nunc adhuc in consuetudine.* Sc. *Rus mane.*

Rus mane dudum hinc ire me jussit pater,
Ut bubus glandem prandio depromerem.

Vult vir magnus, *Ut subus.* cur autem? quiáne in silvas solent pastum dimitti sues? sed & bubus veteres glandem in pabulum dabant. Cato cap. LIV. *Bubus pabulum hoc modo parari denique oportet. Ubi sementim paraveris, glandem parari legique oportet,*

tet, & in aquam conjici. Inde semodios singulis bubus in dies dari oportet. Cap.LX: *Bubus cibaria annua in juga singula lupini modios* CXX. *aut glandis modios* CCLX. Vide quoque Columellam lib.VI.cap.III. & XI.cap.II.

Cap. V.

Crumenas in collo gestabant olim. *Minus. Miner. Viduer.* *Inire* pro Intrare. Parasiti *Scorta* dicti. Festus emendatus. *Cavilles. Furcilles.*

Eadem Scenâ.

—— homo crumenam sibi de collo detrahit.

Minas viginti mihi dat, accipio libens.

Unde observare est veteres in collo crumenas gestasse, id quod videmus etiamnum nostrates rusticos factitare. Sic Asinariâ. Sc. *Cur me.*

Hic pone, hic istam colloca crumenã in collo planè.

Epidico etiam. Sc. *Fecisti jam.*

Ipse in meo collo tuus pater crumenam collocavit.

Et extremâ hac Truculento.

Pecũa ad hãc collo in crumena ego obligata defero.

Sequitur pauxillo intervallo.

——— ille abiit, ego perperaminas

Ovis in crumenâ hâc in urbem detuli.

In veteribus libris erat, *Ego properè minas.* Rectè. Oves *Minæ* sunt ventrem quæ glabrum habent, ut cognoscimus ex Varrone de R.R.lib.II.cap.II. Itẽ *Minæ* mammę quæ lac non habent, ut ait Ælius apud Festum, quæ tamen heic locum habere non possũt cõmodè: Sed Plautus ita vocat facetè, quia

R venun-

venundatæ in minas essent conversæ: Aut *Minæ* sunt parvæ & pusillæ (nam istâ metamorphosi tales erant) quod etiam non malè congruit: Veteres autem *Minus* pro *Parvus* dicebant, unde in comparationum gradibus, ut vocant Grammatici, *Minor, Minimus. Minuo.* Sicuti *Maius, Maior, Maximus*.quod suprà eruimus. Efferebant quoque *Miner*, ut *Vetus, Veter*. Hinc apud Festum legitur. *Minerrimus pro minimo dixerunt.* Ad eandem formam *Viduer* pro *Viduus*, undè *Viduertas*, ut *Liber, Libertas*.& talia.

AS. *Quid istuc? alienus es, amabo, mi Strabax*
Qui non extemplo ire si anne oportuit
Ita te quidem qui es familiaris? ST. *ibitur.*

Lego & interpungo.

Qui non extemplo inires? anne oportuit
Ita? te quidem, qui es familiaris? ST. *inibitur.*

Origo mendæ ex compendiosâ scriptione, *ĩres*, & *ĩbitur*. Porrò *Inire* posuit pro intrare, quomodò Casinâ Sc. *Vide fur.*

— OL. *si tu jubes, inibitur tecum.*

Transeo ad Scenam sequentem *Mirum videtur.*

ST. *Vel amare possum, vel jam scortum ducere.*
AS. *Lepidè mecastor nuntias, sed dic mihi*
Haben'? ST *parasitum te fortasse dicere.*
AS. *Intellexisti lepidè quid ego dicerem.*
ST. *Heus tu*, &c.

Scio quid heic acutè valdè CL. Lipsius, sed nô probo: magis id quod in veteribus meis libris invenio.

— *sed dic mihi*
Ain' parasitum te fortassè ducere?
ST. *Intellexisti lepidè q. e. d.*

Heus

Heus tu,&c.

Ita enim etiam personæ collocandæ. Dixerat Stratilax exuisse se mores truculentos,& posse jam amare, posse scortum ducere, unde Astaphium verbi ἀμφιβολογία incerta rogat, an dicat fortasse parasitum se ducere, nam parasiti etiam per iocum *Scorta* nominabantur, quia nimirùm impudenter cœnas captabant,& invocati aderant. Clarè ecce Captivi id nos docent Act. I. Sc. I.

Juventus nomen indidit Scorto mihi
Eò quia invocatus soleo esse in convivio.

Operę pretium est inspexisse totum locum ut à me correctus est. Sed nemo, spero, culpabit si pauxillũ extrà ordinem digressus, occasione hac Festum in *Scorta* emendaverim. *Apud Attellanos antiquos solebant dicere, se attulisse pro scorto delicularum.* Scribo *pro scorto pelliculam.* Varro lib. VI: *In Attellanis licet animadvertere rusticos dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam.* Sequitur.

Ita ut pauxillum differat à cavillulis.

In veteribus duobus est, *à cavillibus.* quod puto rectum. *Cavilles* pro *Cavilla* (nam fœmininè extulit suprà) ἀρχαϊκὸν est, quomodo *Furcilles* pro *Furcilla* apud Festum invenitur antiquos dixisse.

Cap. VI.

Ni pro Ne. *Stridia. Stria. Manitutor. Amplectari.*

Sc. *Neque gnatus est.*

——— *ita*
Ad me magna nuntiavit Cyamus hodiè gaudia.

Sinceram puto lectionem veteris codicis. *nuntiavit Geta meus hodiè.* Nam *Geta* servus in hac Fabulâ personam sustinet. Sc. *Lepidè efficiam.*

AS. *Litteras didicisti, quando scis, sine alios discere.*
DI. *Discant, dū mihi cōmentari liceat, ni oblitus sie, Quod dedi.*

Ni ἀρχαισμὸς est pro *Ne*. Ita Cato cap. CXLIII. *Rem divinam ni faciat, neve mandet qui pro eâ faciat injussu domini, aut dominæ.* Et ipse Plautus alibi in his Fabulis non semel. *(es abi.*

Vno verbo eloquar, mittin' me intrò! AS *mendax*
Vnum aiebas; tria jam dixti verba, atq; mēdacia.

In veteribus libris est. *Vnum aiebas, stridia dixti.* Rectè. *Stridia* pro *Tria* ex remotissima antiquitate est: primò dicebant *Stria*, ut *Stritavus*, pro *Tritavus*: deinde *Stridia*, ut *Posteà*, *Postideà*. *Anteà*, *Antideà*. *Intereà*, *Interideà*. *Mecum*, *Medecum*. *Tecum*, *Tedecum*. Ingeniosi correctores abjecto S nobis *tria jam* substituerunt valdè bellè, scilicet. Vel possunt etiam *Stridia* verba dicta videri quasi stridula & obstrepera, quâ facie *Cor dolium*. *Vinum crucium*. *Agnus curio*. Tamen prior explicatio magis huic loco convenit, quia cum dixisset uno verbo se elocuturum, tribus dicit, *Mittin' me intrò?* quod exprobat Astaphiū, mendacii eum arguens. Sc *Egone tibi.*

Nam vinum, si fabulari posset, se defenderet.

Magis placet quod veteres editiones habebant, *si fabulare*, quod ἀρχαϊκὸν est, & in superioribus quoque Comœdiis Plauti usitatum. Sc. *Blitea.*

Vbi id audivit, quamquàm penes est mea omnis res, & liberi.
Video eccum, qui manstutorem me adoptavit bonis.

In

In veterib. erat meliùs, *penes est me.* Deinde scribo, *qui manitutorem.* Nam *Manitutor* dictum est, ut *Manipretium.*

Cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Ætatem qui uni cubili nunquam cōmittit suam,
Quia si unū ostiū obsideatur aliud perfugiū gerit.

Lego, *aliud perfugium quærit.* Inde nata mēdo, quia librarii promiscè *C* & *G* pro *Q* scribebant, non habitâ diphthongorum ratione. Ita conjeceram, cum ecce in Parisiensi sic reperio. Sed cur quæso ostium? cum de cubili præcesserit. Rectè uno consensu ejiciunt libri veteres.

PH. *Nunquid vis?* DI. *facultas opera ubi mihi erit, ad te venero.*

Rectè mendum esse deprehēdit acutissimus Gulielmius, sed meo judicio, dū *valeas* pro *facultas* restituit, necdum benè satis emendat. Ego minimâ mutatione rescribendū existimo, *fac valeas, opera,* &c. Opus erat *a* literulâ insertâ, & *t* in *e* commutato. atque hanc puto veram hujus loci lectionem.

*Propter hunc spes etiam se hodiè * militem.*

In veteribus libris erat plenius. *spes etiā se hodiè tam interit in militem* Corrigo. *Propter huncce spes etiam hodiè jam interit in militem.* Sensus plenus, & planus. Sc. *Eo mihi.*

Eo mihi amare fero suppliciū dānis ad amicā meā.

Lego, *Ego mihi amore fero.* Vel *amare* est Græcismus, valetque, τῷ ἐρᾶν.

PH. *Vin' tu amplectar, & saviū dē?* ST. *quidvis face, gaudeam.*

Veteres libri habent constanter, *Vin' te amplecter.* quod rectissimum est: nam Priscianus docet *Amplectari* veteres pro *Amplexari* extulisse.

Qui (malum) bella aut faceta es, quæ ames hominem istiusmodi.

Veteres libri, *hominē istimodi*. Quod Plauto nostro dignius. Atque hic mihi finis: tu, benigne Lector, si offendi, quod mirum non esse debet in tam asperâ & salebrosa Antiquitatis viâ, errorem mihi meum & lapsum humaniter condona.

ADMONITIO.

Amphitr. Sc. *Qui me alter.*

ME. *Clarè advorsum fabulabor, hic auscultet quæ loquar,*
Igitur magis modum in majorē in sese concipiet (metum.

Locus corruptus, & scio quid de eo olim pronuntiaverim in Critico, sed nunc alia mihi mens, putóque veram lectionem esse.

Igitur magis modo immaniorem in sese c.m.

Pag. 30. *Graxo* scrib. *Graco*. Adde deinde post Κράξω. Hinc *Graculi* dicti.

Pag. 90. lin. 1. *Apolog.* scrib. *Florid.*

Pag. 96. ubi disputo de diis medigrumis, & à *Gruma* deriuo, nūc muto sententiā, & malo à *Grumus*. Nam *Medigrumus*, & *Mediocris* ad verbū planè eadem sunt: ut enim *Grumus* veteribus locum editiorem significabat, ita & *Ocris*. Ergo *Medigrumi*, & *Mediocres* qui inhabitant medium istū locū: & ita eleganter dii vocantur, quâ ratione Olympus mons pro cœlo usurpatur. Habitacula verò Deorum per sexdecim cœli regiones distincta vide apud Mart. Capellam lib. 1. de Nupt. Philol. & Mercurii. atque hinc liquet cur alii *superi*, alii *medigrumi*, sive *mediocres*, sive *medioxumi*, alii *inferi*.

PETRO

RVPICI SIGNATORIO,

nunquam meo, olim tamen quasi-meo. S. D.

APeriam tibi dolorem meum justissimum, quem nuper, ut Poëta loquitur, fronte serenabam. O facinus indignum, & ab amico homine. non amicum! Tune ut illuseris tam proteruiter famæ meæ, & clàm apud alios suggillâris, coràm amici speciem mentitus? Ah! quàm mihi pectus scindit vel sola recordatio! Et, fidem tuam appello, si ea ulla, conscientiamque rogo, hoccine verum? deinde, si maximè verum esset, hoc ego de te unquam ullo modo promerui, qui te tam sincerè, tam ardenter amavi, ut fratrem frater non possit magis? Quod certè os istud tuum, quo sanctissimum amici apud me toties nomen, quo fratris usurpare ausus es, re ipsa nihil minus quàm amicus, quàm frater, immò infestissimus inimicus? Dic, obsecro, itáne tibi res parui momenti visa fuit ludere de famâ alienâ, ne dicam amici? Nihil inquis legisse me præter Scholiastas Græcos, reliqua ferè tua esse, quæ in Commentario Lycophroniano, & Spicilegio Theocritico: tuum mihi nomen omnes debere paginas implere. Ergo ego miser certè & fatuus, qui quinquennium jam Literarum studio impendi, si non cum bonæ valetudinis dispendio, at periculo certè maximo, ut tãto scilicet tempore nihil nisi Grammaticorum Scholia triuisse dicar. Atque eruditionis quidem & ingenii laudem mihi detrahi facilè patior, tenuitatis meæ conscius: sed plagii me insimulari, id verò pati nec possum, nec debeo; neque quisquam, qui ingenuus haberi velit, & sit. Parturis & Anticriticum, quo errores meos sis refutaturus, & vindicias facturus. Quod ipsum etsi animi iniqui certissimum sit judicium; pro me tamen, quæso, gratiam habebo, & Minerval dabo novo Doctori Quinquatribus. Prætereà Plautinas has Curas mera glossemata mortuaria dictitas. Sint sanè, quod fortassè verum est, cur non in os hæc mihi, cum legeres antè penè quàm scribseram? Si amicus eras, ita te facere æquum fuerat, non autem apud alios traducere. Itaque nunc à te expeto,

ut hæc ad Plautum quæ diversorum judicio commisi, tu unus omnia & singula (si quid tibi in tanto capite cerebri) examines: nemo poterit id acriùs facere, cùm inimicus mihi sis, ideoq; nihil amori daturus, qui judicii restitudinem interuertere plerumque solet; quæ enim viri magni erunt dissimulaturi, tu videbis, & obelo configes. Ejus vicem, si deerit, lingua tibi abundè præstabit, quæ ad illius instar probè est acuminata, addo etiam, veneno Calumniæ imbuta. Iam illud quid esse dicam, quod libris me tuis aliquando uti gloriatus es? Fateor, non sum re adeò lautâ, ut emere omnia possim, itaq; cum tibi hoc per Fortunam liceat, noli mihi paupertatẽ meam tacito quodammodo conuitio objicere. Quæso te, per amorẽ istum quo nuper te prosequutus sum, ne supercilium tolle, si Fortuna tibi blandior opes plenâ manu dederit. Quin potius illud Demetrii cogita. οὐ μόνον τὸν πλοῦτον τυφλὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην. *id est, tam indignis eas quàm dignis obtingere. Sed quid feceris tute vide. Ego dolorem simul & innocentiam hâc epistolâ testari volui. Intereà manet manebitque altâ mente repôstum. Amicitiam, quod per præcones olim factitatum, palàm renuntio. Vale, ut meritus es.*

IOANNES MEVRSIVS
Olim tibi affectu frater, nunc
quem effecisti ut essem.

INDEX

INDEX
Rerum & verborum in hoc Curarum Plautinarum Commentario.

R 5 Βύβα.

Ma-

FINIS.